HABES CANDI

de Lector Fratris Laziardi necnon Huberti Vellei/ conserta Epitomata a primęua mundi origine ad tempora nostra (quibus Franciscus Primus Francorum Rex christianissimus fœliciter imperat) Quæ referta doctorum Philosophorũq; ac sanctorum patrũ optime dictis factisq; memorandis: necnon Pontificum Cęsarum/Regũ ac principum egregijs facinoribus benignos perlegere ocellis si nõ te pigeat: haud leue emolumentũ nec vulgarem doctrinã referes. Vale.



¶ Venundantur ab Emundo lefeure cõmorãte in vico Diui Iacobi sub signo Lunę crescẽtis.

¶ Cum Priuilegio.

¶Nobili & egregio viro magiſtro Nicolao de Beſze Ar
chidiacono Stāpenſi in eccleſia Senonenſi. Et in ſuprema
Parlamēti curia Pariſieñ. Cōſiliario, Emondꝰ le feure. S.

QVę in terris gignuntur ad vſum hominū omnia creari / homi
nes autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe alij
alijs prodeſſe poſſent / optime iudicaſſe ſtoicos, mecum duxi
ſemper ſapientiſſime Nicolae, in quo naturam (ſi Tullio cre=
dendum putas) debemus ducem ſequi, & cōmunes vtilitates
in medium afferre, mutatione officiorum, dando, recipiendo,
tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines
ſocietatem. Doluimus diu eam ob rem nobis conceſſum opellę parum vix eſſe
quo naturę tandem deſiderio ſatiſfactum putaremus. Occurrit autem (prodo=
lor) pleniſſimum vniuerſalis illius hiſtorię Epitoma tenebris datum, luce exu
tum, quo non vtilius, nō melius, non ſalutare magis, hominibus datum oppor
tune, iudices. Non rerum primordia cęlat, pontifices aperit: & (quod placet ma
gis) amica breuitate / & Francorum Regū & Imperatorum, tum pompas, tum
facinora deuelat omnia. Fœcūdiſſima igit̃ fruge, ſtudioſos omneis ditaturum
me iudicans cordicitus, non ſtrophis, non cuniculis, libero verum examine, &
patula veritatis fronte, perbellis ſolertiſſimi Ioannis Pratenſij characteribus
tui ſemper & vbiq̃, tuis excutiendas auſpicijs curę habuimus haſce hiſtorias,
vt qui melioris alumnos literaturę tāto vbertatis ditares beneficio ſolus appa
reres: ſed ꝙ noſtris occurſuram vigilijs ignauorum petulantiam perſpexerim
liquido, interruptum opus vt penderet, effeciſſet, niſi nos tua & refeciſſet &
recreaſſet (qua in omnes vteris) clementia. Quis enim (veri iudex ęquiſſime)
exiguas noſtras has noctes blatteronum expertes futuras cenſebit penitus?
Hę ſunt noſtrarum primitię lucubratiuncularum, tua clemētia, manſueta / tua
conſuetudine, & ſereno tuo / humanitatis hoſpitio, excipi expoſcētes precario.
Eia ergo norma boni, pietatis amor, tutela bonorum: confugiū atq̃ ſalus mi=
ſerorum, & dulce leuamē, Xenocratem illum induas oramus, quem miti adeo
fuiſſe ingenio neſcit nemo, vt futuram accipitri prędam tuto paſſerē tum ope=
ruerit, tum demum opertum blande fouerit ſinu, ſane indicans ſupplicem pro
dere non fas, non ius eſſe, tanto magis ad homines futurus manſuetus. Res eſt
mediuſſidius (quod tibi offero munuſculum) quā nec cęlum neſcit, nec bonos
vnq̃ ignoraſſe cœlites in promptu eſt. Nam ſi vel Plinij Cadmus mileſiꝰ, vel
Ioſephi Moſes, vel ſcriptorum aliorum, quos & Aegyptꝰ & Babylon habuere
ſacerdotes hiſtorię euenta humano contulerint vſui / quis eam ob rem donatos
cœlo non profitebitur? Ea eſt (vir ſapiētiſſime) quę nec quēquā mori ſinit / nec
Imperatores moriturę nūq̃ glorię impulſos decoramento / pręteritorum recor
datione / aut Alexandri / aut Scipiōis / aut Pompeij aut Caroli Magni / aut Lo
douicorum. xij. aut Franciſci vniꝰ (noſtros ne ſileam reges inclytos) perſonas
non induere ſinit. Quare (ſi Curtio andis) Alexādrum Philippus pater ſuorū
hiſtorias maiorum diſcere in primis tum ſalutare, tum egregium factu duxit.
Polibium ſiquidē ſcripſiſſe menti ſubit hominibus ad vitę inſtitutionem faci=

liorem viam aliquam esse minime/q̃ si rerū ante gestarum animo non excide-
rit recordatio. Cuius expertem semper infantem. M. Cicero iudicauit. Vniuer-
salis igitur sanctissimum hoc Epitoma historię & integrę speculum vitę/e tuo
benignus excipias clientulo, Crassi illius immemor haud futurus vnq̃/ quia
Sempronio Asellione ꝙ esset ditissimus/ ꝙ nobilissimus/ ꝙ eloquentissimus
ꝙ Pontifex maximus/ꝙ iurisconsultissimus (quę tua omnis solertia nunc est)
laudibus elatus innumeris forensibus interdū curis amicam haurientib9 quie-
tem priscorum frequens lectitabat historias singulare animi solamen & dulce
tum curarum/tum laboris & vigiliarum medicamētum: ita sane. P. Scipionē/
eum qui primus Aphricanus appellatus est/ vel solus nostro hoc referes quo ꝙ
nunq̃ minus ociosus/q̃ cum ociosus: nec minus solus q̃ cum solus sis futurus.
Eia ergo nostri tutela laboris numeris perfecte oib9 Mecoenas optime/ tenus
es (vt quod sentio dicā tantū/& dicam breuius q̃ res tanta dici potest) has no-
stras suscipe lucubratiūculas non minus gratificaturus/q̃ ad maiora nostrum
hoc/in me/corculum elaturus/tuo siquidem ductu.

Seuitiam maris indomiti/fluctusq̧ profundos
Haud metuent vllo lintea nostra die.

Vale. xvij. Kal. Augusti.

Liber secundus.

Liber tertius.





Cap. I. de Deo.

DEVM ESSE, Vniuerſi pulchritudo atq; diſpoſitio
teſtatur. Siue enim angelorum / ſiue hominū / ſiue ſen
ſibilium rerum / ſiue inſenſibiliū / rationē conſidera
uerim⁹, in his magis q̄ deum eſſe nihil cōperiemus.
Omnes nempe creaturas ab aliquo principio dedu= Dama=
ctas ad eſſe: cōſtat eſſe neceſſariū. Ipſū vero princi= ſcenus.
piū oportet eſſe increatum: ſua quidem potētia prę= cap.iij.
ſtans / conſeruans vniuerſa / omniaq; firmans / prote=
gens / continens. Hoc vero nihil aliud poteſt eſſe q̄ De⁹ eſt
deus. Vnde non abſurde philoſophi deum / eſſe mentem Vniuerſi dixerunt: mēs vni
ob hanc vel maxime cauſam, q̄ quēadmodum mens ſine ſui lęſione / aut cor= uerſi.
ruptione penetrat vniuerſa, ſitq; penetrando indiuiſibilis: ſic deum recte di=
ci eum qui omnia repleret contineretq;. Qui veſtigijs etiā ſenſibilium rerum
inhęrentes, ex ipſis creaturis, illum vt opificem omnium / intellectum / men= Ad Ro
tem / dominūq; / cognouerūt. Nam vt diuinus Paulus teſtatur. Inuiſibilia ip= mañ.j.
ſius a creatura mundi per ea quę facta ſunt intellecta cōſpiciūtur ſempiterna
quoq; eius virt⁹ & diuinitas. Oēs eñ creaturę ſimilitudinē ſuę cauſę in ſe q̄tū
illis conceditur: exprimere conantur. Eſtq; tantę bonitatis, vt nihil ſit in reb⁹
humanis quod boni participatione ſit omnino priuatum. Quapropter theo
logi, ex rebus ipſis bonitatē ac pulchritudinē eius cognoſcentes, illū vt bonū
pulchrum / ſapientē / diligibilem / deum deorum / dominū dominorum / ſeculorum Nomīa
authorem / vitę indultorē / ſapientiā / mentē / verbū / ſcientē / virtutē / regem dei.
regum / antiquū dierum / ſalutem / iuſtitiā / ſanctificatorē / redemptorē / im=
menſum: & omne quicquid eſt, eū eſſe aſſerentes, & amauerūt & laudauerunt.
In quibus cōſiſtit theologia poſitiua omniū rerum authorē illū ponēs. Quæ
de deo poſitio, licet ad id nos perducat, vt vnum deū rerum fateamur opificē
multo tamen excellētius noſtri ſanctiſſimi ex ipſis etiā inuiſibilib⁹ creaturis
angelos dico, cognouerūt: non modo vt principiū aut artificem venerantes:
ſed vt inuiſibilem / ineffabilem / ſimplicē / totius boni largitorem / incompo=
ſitum / incorporeū / incircūſcriptūq;. de quibus eſt ipſa ſacra theologia negati Socra=
ua. Nam cum de deo nihil digne: aut dici: aut cogitari queat, negatiōe magis tes.
q̄ affirmatione illum prędicamus: adeo vt Socrates ipſe, hoc ſe ſcire putaret
q̄ nihil ſciret: ideſt q̄ rerum eſſentias ignoraret. Et vt quidam ſapiens diui=
no ſpiritu afflatus ait. Abſcondita eſt ſapiētia & locus intelligentię ab oculis
viuentiū. Sed quid gētiliū teſtimonia citamus: cū ſonora ſacrę doctrinę tuba
beatiſſimus Paulus ſæpe ſcribat deum lucem habitare inacceſſibilem: quam
nullus hominū vidit: ſed nec videre poſſunt. Quis eñ rem infinitā poſſit in=
tellectu cōprehendere, aut certe rerum eſſentias & quidditates quis metiri po= Exhor=
tuit aliquādo? Quod quia fieri nequit, eſſentiarū authorem agnoſcam⁹ infini= tatio ad
tum & indiffinibilem: totius boni principium. atq; quātū nobis fas eſt, illum dei dilei
honoremus amemuſq;. Nempe ſi dilexerimus eum & ipſe diliget nos. Ipſe eſt ctionē.
inſuper vt ait Auguſti. quem amat omne quod amare poteſt: ſiue ſciens: ſiue Auguſ.
neſciens. Ipſe eſt quem nemo amittit niſi deceptus: quem nemo quærit niſi prę clarum
admonitus: quē nemo inuenit niſi purgatus: cum ſit tamen vbiq;. Ipſe eſt per dictū.
quem omnia, et quę ſine eo nihil eſſent tendūt ad eſſe. Demū vt ait Bernardus Berñ.

eſt (quod ad vniuerſum ſpectat) finis ad delectationē ſalus / non minus peruerſorum pœna q̄ gloria humiliū. Eſt enim rationabilis quædam æquitatis directio, inconuertibilis atq; indeclinabilis: quippe attingens vbiq;: cuiꝰ illiſa omnis prauitas conturbetur neceſſe eſt. Quę de deo idcirco hic adducta ſunt: vt agnoſcat vnuſquiſq; omne datum optimum & omne donum perfectū, deſurſum eſſe: ac deſcendere a patre luminū: a quo item opus omne ſuum debet ſumere initium. Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Cap. II. De triplici Creatura, & alia rerum differentia, ac mira dei bonitate.

QVia ergo bonus & ſuperbonus eſt deus / ſuaipſius contēplatione (vt ſacri Damaſceni verbis vtar) nō eſt cōtentus: quin potius glorię ſuę diuitias ſuperabunde oſtendens: creaturas triplici differentia diſtinctas abinuicem, ex nihilo ad eſſe deduxit. Ex his quędā ſunt ſimplices intelligentię: omni prorſus materia carentes: Deum indefatigabiliter contēplantes diuinamq; bonitatē laudātes & admirātes. Alię autem ſunt omnino materiales, ratione prorſus carentes, nullūq; ſpiritalem habentes intellectū: ex qbus tamen quædam viuunt & ſentiunt: vt ſunt animalia bruta: quædam vero tm̄ viuūt: vt ſunt plantę / ſemina. At intellectualis homo ſimul & corporeꝰ vtriuſq; naturę particeps efficitur. Ex ſenſuali quidē iam deciduꝰ, remotiſſimuſq;. Ex intellectuali vero ad ſimilitudinē dei factus, deoq; propinquus. Eſtq; (vt Gregorius Naziāzenus ait) vtriuſq; naturæ vinculū: viſibilis ſcilicet & inuiſibilis: in quo certe ſummi cōditoris dignitas oſtēditur, ꝙ ſcilicet luti figmētum veheret aliquādo in ſublime: illudq; non modo coęquaret angelis: ſed & his illud cuſtodiendū traderet. Omnes enim (ait Paulus ſacratiſſimꝰ) adminiſtratorij ſunt ſpiritꝰ, in miniſteriū miſſi, propter eos qui hęreditatē capiūt ſalutis. Ex quibus itaq; relucet bonitas cōditoris. Nam cum ex natura ſua ſit omnino inuiſibilis: nullius egens creaturæ: quippe cui nihil poſſit aut lętitię aut mœroris accidere: imaginē tamē ſuæ bonitatis in creaturis expreſſit, vnaquaq; in ſuo genere bonitatem / pulchritudinē / ordinēq; participante. Vnde (vt Nicolaus Cuſanꝰ / vir doctus ait): Mūdus vniuerſus nihil aliud eſt q̄ deꝰ explicatus. Ex eo enim ꝙ cunctę res ſubſiſtunt / ab eo qui ſolus eſt, vt ſint acceperunt. Eſt enim omniū eſſe ipſa diuinitas, totius eſſentię menſurā infinite tranſcendēs. deniq; & ea quæ vitam habent: ab eo qui ſupra omnē eſt vitā: vt viuant inde ſuſcipiūt. Quod & ipſe dominus in Euāgelio paucis verbis expreſſit cū dixit Ego ſū via / veritas / & vita. Porro & rationales creaturæ, ſimpliceſq; intelligentię / ſummę illius rationis & intellectꝰ rationē omnē, intellectum, mētemq; ſuperātis, pro captu ſuo participationē accipiunt: tantūq; fas eſt ijs qui beatitudinis ſunt capaces / ad celſiora conſcendere: quantum ſummus ille radius participabilem ſe reddiderit. Admiranda eſt inſuper in his rerum ordinibus mira contrariorum vnio quia quod vni minime conuenit alteri naturale eſt. Videmus enim venenum animantibus quibuſdam ſalubre eſſe: hominibus vero mortiferum. laudabilis eſt mundus ex ipſo rerum opifice, qui tantam harmoniam atq; concordiam ex ipſa cōtrarietate effecit.

Homo eſt vtriuſq; naturę vinculum.

Paulus ad hebr.

Mūdus eſt deus explicatus.

Cap. III. De Angelis.

IGitur solus existens sine principio deus: ante mundi consti=
tutionem spirituales intelligẽtias ex nihilo ad esse deduxit:
lucis capaces ac bonos illos creans: pręclarasq; proprietates
eis tribuens. horum substãtia intellectualis est semp mobilis
suę potestatis arbitrioq; libera: icorporalis/dei ministra: per
gratiã non natura immortalitatẽ consecuta. Qui licet dimen
sione quãtitatis nõ constet, spiritalibꝰ tamẽ terminꝰ est finitus. nam & agit &
patitur. Verũ in eis tanta est puritas ac simplicitas, vt seinuicem sine vlla lę=
sione cessioneve/ alterutriꝰ penetrare possint substãtias: quẽadmodũ cęreorũ
lumina in vna domo cũ multa sint: integra tamẽ atq; pfecta aperta inter se dis
cretione separant. Huiꝰ substãtie speciẽ solus creator agnouit. Dicunt etiã se
cunda lumina intellectualia, eo ꝙ ab ipso primo lumine principio carente/ lu
cis radios in se recipiãt. Ex his quidã ad id prolapsi sunt, vt in se diuinã effigiẽ
corruperint, dei similitudinẽ supbe appetentes: cũ et ipsi iam pręcęteris mul
ta claritate donati essẽt: quapropter in iudiciũ magni dei vinculis æternis sub
caligine sunt reseruati: quorũ natura cũ in nullo sit mutata, id solũ elaborant
vt in hoies sue malitię virus euomãt, illos ad peccatũ prouocãtes: tum nociuis
imaginibꝰ: tum phãtasmatibꝰ: nõnunq̃ etiam diuinationibus/& incãtationi
bus: quantũ hoc illis ad probationẽ bonoꝝ & confusionẽ reproboꝝ permise=
rit Deus. Eorũ vero qui suũ seruauerũt principatum ordines, in trinas distin=
guũtur Hierarchias, vnaquaq; trinũ continẽte ornatũ. Et prima quidẽ Sera= Tres
phin/Cherubin/Thronisq; perficitur. Secũda dñationes, virtutes, ac potesta Hie=
tes continet. Postremo tertia in fine cõstituta principatibꝰ, archangelis, ange rarchię
lisq; completur. Ex quibus constat beatissimos spiritus & statione differre &
illuminatione. Sine inuidia tamẽ susceptũ lumẽ/ supremi (quãtũ fas est) se=
quentibꝰ fundũt. Sortiũtur autẽ noĩa ex ipsis ministerijs. Nã Seraphin ij di=
cuntur qui deo iugiter inhęrẽt quasi ardẽtes. Cherubin multitudo sciẽtię siue
multoꝝ oculoꝝ interpretat. Thronoꝝ vero nomine altissimarũ sedium/atq;
eleuatarũ ratio designatur. At dominationis appellatione cẽsendi sunt q̃ nul=
lam nouerint aliquando seruitutẽ. Porro virtutes virilem quandã fortitudinẽ
atq; incõcussũ robur designãt. Eniuero potestatũ vocabulũ: cœlestẽ spiritua
lẽq; potẽtiã significat. Cęterũ pricipatꝰ duces alioꝝ sunt pcipua quadã digni
tate pollentes. postremo Archangeli, angeli diuini nutus peragunt officiũ: vt
sacer sancti Euãgelij narrat cõtextus, in eo maxime loco vbi nostrę reparatio
nis sacrosanctę virgini deipatę annũciatur mysteriũ. Horum omniũ pręcla
ras pprietates differẽtesq; statiões si quis altius rimari appetierit, diuiniloquũ
Dionysiũ, sacrumq; Damascenũ cum pietate ac reuerentia perlegat: ex quibꝰ
quę superius dicta sunt, maxima p parte sunt expiscata. Depingunt autẽ nõ
nunq̃ corporali specie apud sacram scripturã quasi humana forma sint pditi:
ꝙ mente vigeant, sintq; semp intento animo ad diuinos fulgores hauriendos.
Nam & oculos habere describunt: ob lucidã qualitatẽ diuini luminis suscipiẽ
di. nares insuper/aures/gustus/tactus/palpebras/supercilia/dentes/hume=
ros/ac cętera huiusmodi dicũtur habere/ob diuinã & simplicẽ pspiciendi di=
gnoscendiq; cunctas res claritatẽ. Insup illud operępreciũ fuerit aĩaduertẽdũ
ad hunc locũ hęc idcirco de angelis esse adducta, vt suã quisq; dignitatẽ agno=
scat atq; angelicę particeps effectus dignitatis, veterem peccati vilitatem per=

horrescat, atq; ex eorũ contemplatione rerum omniũ opifex magis ac magis laudetur. sed de beatissimis inuisibilibusq; spiritibus satis sit dictum. nosse tñ sufficiat quasdam esse inuisibiles beatissimasq; virtutes: quarũ custodię homo traditus est: bona vero nostra opera animasq; deo dignas in supremã curiam subuehunt: nunc ad visibilem creaturam cognoscendã pergamus.

¶Cap.IIII. De Opere sex dierum.

IN principio itaq; creauit Deus cœlũ & terram: omnẽq; visibilem creaturã. Et primo quidẽ cœlum (quod firmamẽtum dicitur) ac quatuor elementa. Ignem videlicet/aerem/aquã & terram, non ex subiecta materia: sed ex nihilo fecit. Alia vero quę in eis sũt: vt aialia/plantę/semina & cętera huiusmodi, ex ipsis quatuor elemẽtis sunt composita. Quę omnia senario dierũ numero (ad perfectionẽ designãdã) digesta esse scripsit Moses/ genesim demonstrans. Prima etenim die fecit Deus lucẽ & omnẽ angelicam creaturã (de qua superius dictum est) Lucẽ a tenebris separans: dieiq; nomine imposito lucẽ designãs: tenebras vero nomine noctis: cõpletusq; est dies primus, quẽ vnum vocat Moses. Deinde firmamentum in medio aquarum fieri pręcepit, aquas quę sub firmamẽto sunt ab his quę sunt supra, discernẽs. Quo etiam nomine oẽs voluit cœlos designari, motum cuiq; conuenientissimũ tribuens: de quibus paulolum tractãdũ est. Tradunt Astronomi experientia cõpertum decem cœlos esse propter eorũ motus oppositos. Nam & firmamentum quod octauũ est, tribus aiunt circũuolui motibus: ex quo manifestum est duos esse superiores. horum supremũ sphęra prima siue primũ mobile dicitur mouetur q; quotidie ab oriente in occidentẽ. xxiiij. horis oẽs inferiores sphęras violento motu secum rapiens. Secundũ mobile siue cœlũ aqueũ ab occidente in ortu proprio motu cursum trahit in. cc. annis gradu vno minutis. xxviij. Octauũ quod firmamentũ dicitur, stellis innumerabilibus decoratũ est/ mouetur q; motu triplici. Cęteri vero septẽ inferiores a proprijs planetis quibus singuli decorãtur, nomia sortiũtur, vocaturq; septimũ/Saturni cœlũ. Sextũ Iouis. Quintũ Martis. Quartũ Solis. Tertiũ Veneris. Secundum Mercurij Vltimũ Lunę. Hi oẽs cœli duobus polis pręcipuis circũuoluũtur: quorum alteꝝ arcticũ: idest borealem: alterũ antarcticũ idest australem Astronomi dixere. Motus insuper eorũ continuꝰ est & regularis: vnde semp a terra ęqualiter stellę distant. Sol tamẽ linea ecliptica, per singula signa terrã ambiens/ aliqñ propinquior: aliquãdo remotior nobis apparet. Nẽpe pręter illos quos nuper diximꝰ polos, describũtur & alij duo qui Zodiaci poli dicunt̃ per. xxiij gradus & dimidio ab alijs distantes: super quibus reliqui omẽs cœli opposito motu voluũtur: quapropter singulis mẽsibus vnũ ex duodecim signis ingrediens noctes aut breuiores aut longiores efficit. Horum natura minime fluxibilis est: Idcirco nihil corruptionis patiuntur. Stellę etiam in eis fixę eandem cum suo cœlo naturam habent. Qui cum ab elemẽtis nihil accipiant: ex sua forma substantiali sunt composita: & quantum ad suam naturam spectat corruptioni obnoxij, nihil enim pręter deum natura incorruptibile. Sed quia vt dictum est, minime fluxibiles sunt: nec potentiorem formam habent contrariã, ab aliquo agente naturali corrumpi nõ possunt. nihil insup caloris aut frigiditatis: põderis aut leuitatis suscipiũt. Quoꝝ omniũ rationes ab Astro=

Decem cœli et eoꝝ motus: et noia.

Proprietates cœlorum

nomis potius inuestigandę sunt q̄ huic operi inserēdę. Reliqua persequamur. Tertia die congregatę sunt aquę, quę sub cœlo erant in locum vnum, & apparuit arida: quā deus vocauit terram: congregationē vero aquarum mare. Prius enim q̄ fuissent aquę in locum vnum congregatę, totam terram occupabāt: in quibus, vt quidam aiunt, nihil soliditatis erat, sed (vt nunc in nubibus fieri videmus) ad modum vaporum super terram eleuabātur. At postq̄ solidatę sunt aquæ naturali inclinatione suum centrū petunt. Dicunt quidā aquam dei dispensatione a terra eccentricā esse sphęrica rotunditate semper permanente natura. Estq̧ frigida & humida lympida & clara: sed ob aliorum elemētorū mixtionem efficitur turbida. Terra autē remanente arida iussu dei produxit herbam virentē & lignum pomiferum: vnumquodq̧ iuxta genus suum semen producens, quo terra redderetur ornatior & creatoris virt⁹ mirabilior appareret. Nō enim per temporis interualla aut iactato semine suos fructus p̄duxit, sed statim maturos omniq̧ suauitate refertos. Huius natura frigida est & sicca. humiditatibus tamen aqueis immixta omnino impura est. habet etiam metalla, flumina/lapides & cętera necessaria: sicq̧ constituta est, vt totius vniuersi centrū ipsa sit. Est etiā sphęricę figurę sicut & cętera elementa, immobilis super suo centro consistens: elementum est omniū grauissimum. Nam cū quatuor sint elementa, vnumquodq̧ pro leuitate aut grauitate superius est aut inferius. Et ignis quidē supremum obtinet locum: ob suæ substātię puritatē ac leuitatē: estq̧ eius natura calida & sicca, clara & subtilis: cui⁹ sphęrā cœlū Lunę ambit ac circundat. Secundū locum possidet aer: qui sui natura/substantia est clara: transparens & pura/calida/& humida. calida: vt igni non contrarietur. humida: vt aquæ conueniat ac siccitati huius obsistat. hunc in triplicem regionē partiuntur philosophi. Harum suprema igni coniuncta est plus ęquo calescens: in qua ignitę impressiones generari consuescūt: media vero frigida est quippe quæ nullos solis radios recipiat: quā ferunt habitationē esse dęmonū semper turbida: in qua impressiones aquosę: vt grādo, nix, pluuia & cętera huiusmodi fieri solent. Postremo infima regio calida est & humida: caliditatem quidē tum ex reflexione radiorum solis recipiens: tum ex sua natura: frigiditatem vero ex vicinitate aquę: ac, vt dixim⁹, sua natura: in hac ros & pruina generant. ¶ Quarta vero die Solem & Lunā, cęteraq̧ sidera cœlo adhęrescere fecit: vt essent in dies & annos, mēses & tempora, & illuminarent terram. Hic tamen animaduertendū est Solem proprium habere annum, qui trecētis sexaginta sex diebus completur. At Luna vndecim minus cursum suum peragit. Singuli autem Planetę motu suo annū faciunt. Et Mars quidē duobus mensibus: Iuppiter duodecim: Saturnus vero triginta, cursum perficiūt. Reliqua vero ab Astronomis perscrutanda. modicum enim vtilitatis affert horū agnitio. ¶ Quinta die volatilia omnia ac natantia cōposuit deus, vnicuiq̧ masculo ad proprium genus propagādum parem tribuens fœminā. Eaq̧ sic disposuit: vt essent volatilia in aere: natantia in aqua. Quarum omniū tantę sūt species: vt si quis eas voluerit sermone explicare, seipsum derideat necesse est. Ex multis tamē pauca describenda sunt. Volatiliū enī siue volucrum alię rapaces: vt aquila/accipiter/milu⁹/gryphus/herodius. Quędā vero māsuetę sūt vt columba/turtur/perdix/passer. Alię autem solitudinibus delectantur: vt bubo/vlulę/ & cętera huiusmodi, quorum p̄prietates physici descripserunt.

de terra & ei⁹ natura.

de igne & ei⁹ natura.

De aere & ei⁹ natura.

Aeris tres partes.

De singul' motib⁹ cœlorum.

¶Sexta die quadrupedū genus,ac omne reptile constitutū est super terrā:hominem etiā eadem die ad imaginē & similitudinem suam fingens:id est rationalē ac intellectualē.Et corpus quidē ex limo terrę cōposuit,animā vero ex nihilo rationalē/intellectualē/pulchrā/ac spiritalē effinxit:liberū nihilominus suę volūtatis arbitriū illi relinquens.

Diffinitio aię. Est eñ anima principiū substantiale motus & quietis,liberū habens voluntatis delectū:incorporea/inuisibilis/immortalis/infigurabilis/beatitudinis capax/vertibilis:id est mutabilis ad bonū siue ad malū.Quę oīa nō natura cōsecuta est,sed sūmi opificis indultu & gratia,cuius pręcipuę tres describūtur potētię:intellect⁹ videlicet,ratio,& voluntas.Harū duę:scilicet intellectus & ratio,spiritales sunt:nullo indigentes

Aię triplex potentia. organico instrumēto ad suas operationes exercendas.Tertia vero & spiritualibus potentijs & corporeis: atq; vt suū imperiū exequātur,& agit & impellit sensibus corporeis,vt instrumento vtens:ipsa vero a nemine cogi potest.Ex quibus patet voluntatis dignitas & excellentia.Pręterea nosse oportet triplicem esse animā:vegetatiuam scilicet,sensitiuā,& rationalem.

Vegetatiua. Vegetatiuę propria actio,est eas res quib⁹ inest nutrire,augmentare,vegetare:& hanc habent plantę & semina.

Sensitiua. Sensitiua vero non solum vegetat aut augmētat,verum superiorem locum obtinens,scd̄m quinq; sensus corporeos operari dignoscitur.

Quinq; sensus. Sunt enim quinq; sensus:visus/auditus/olfactus/gustus/& tactus:vnoquoq; proprio scd̄m hui⁹ animę cooperationē fungente officio:& hęc in brutis inest.

Rōnalis. At rationalis omnes in se cōplectens,& vegetat,& sentit,& ratiocinatur,& intelligit:Cōmunicatq; scd̄m altricem augmentationem & seminariā plantis,cęterisq; rebus quibus vitę seminariū inest.Rationis expertibus in his cōmunicat quę sunt scd̄m appetitum/iram/cōcupiscentiā/atq; motū localem.Porro incorporeis & intellectualibus naturis intellectu ac ratione coniungitur.Agit eñ nō tm̄ vt præcedentes mediante corporeo organo:sed & sine his est ratiocinās/intelligēs/discernens singula/virtutes persequēs/pietatis culmen attingens.¶Diuiduntur etiā animę potentię in rationalem & irrationalem:id est in sensum & mentem.Irrationalis pars quę & vitalis dicitur/& seminaria & generatrix,naturę magisq; rationi obedit.Ea vero quę appetit⁹ nomine siue irascibilis & concupiscibilis vocatur,rationi subiacet:volūtate illam ad opus mouente.Sunt & alię potentię,proprietatesq; animę:de quibus nunc supersedemus.Facto itaq; ex corpore & anima hoīe,appellatum est no-

Ioseph⁹ ij. men eius Adam,eo q; ex terra rubra esset factus.Apud Hebręos eñ(vt ait Iosephus)rubram terram designat.Et sic septimo die compleuit deus oē opus

moralis eruditio quod patrarat:benedixitq; diei septimo,vt ample satis in libro Geneseos continetur.Per hęc nobis insinuans post huius vitę laboriosa certamina,requiem nobis esse promissam.Dies enim septimus completionem operis in sacra scriptura plerumq; significat:vel vt nonnulli volunt:compleuit die sexta opus suum addito septimo:quod Sabbatum dici & esse voluit:quia mystica prę cæteris benedictione & sanctificatione eum donauit.Vnde & dies iudicij,quia post septimam sabbati ventura est,octaua in scripturis dicta est,quasi septem

Exhortatio. tm̄ præcesserint.Dies quoq; resurrectionis Domini,cum post tot dierum milia ventura esset,octaua dicta est.Hunc igitur diem colamus,atq; in eo bonis operibus vacemus,attendentes illum ad laudes dei exequendas nobis esse concessum.In hac etiam die requieuit Deus:non quasi operādo lassus:sed ab vni-

uerso opere requieuit, quia nouam creaturã facere cessauit. Nã semper operatur Deus administrationem eorum generum, quę tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus (vt ait Augustinus) causa subsistẽdi est omni creaturę. Omnibus igitur ita peractis, cęteris animantibus quę mouentur super terrã, prętulit Deus hominem, in paradiso voluptatis illum collocãs, vt operaretur & custodiret illum.

Cap.V. De Paradiso terrestri.

PLantauit autem Deus paradisum voluptatis ad orietalẽ plagam. Est autem paradisus locus in oriente omni terra celsior, vsq; ad concauum Lunæ pertingens, cuius vocabulum in Latinum ex Gręco vertitur / ortus. Porro Hebraice edem dicitur quod in nostram linguam voluptas interpretatur, sicq; vtrũq; iunctum, voluptatis ortum significat. Est insuper omni genere ligni, & pomiferarum arborum consitus / habens etiam & lignum vitę: nõ ibi frigus / non ęstus: sed perpetua aeris temperies / omnis odoris suauitate refertus, vniuersęq; pulchritudinis ac venustatis excedens intelligẽtiam: locus omni germinatione florens, in quo & lignum vitę plantatum est: subtilissimi etiam aeris atq; purissimi, splendidus, lucis plenus. Demum nulla in eo aeris aut hyemis asperitas / nullisq; pluuijs aut imbribus obnoxius, de quo cecinit Poeta Ouidius. Ver erat æternum placidiq; tepentibus auris: Spirabant Zephyri natos sine semine flores. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. Nec renouatus ager grauidis carebat aristis. Ex cuius medio fons prorumpens, totum nemus irrigat, diuiditurq; in q̃tuor nascẽtia flumia. Nomen vni Phison per Indiam fluens, late in pelagum se diffundit. Nasciturq; in eo aurum optimum atq; bdellium, & lapis onychinus. Alteri nomen est Gion, quem Aegyptij Nilum vocant, terram Aethiopię circundans. Tertij vero nomen est Euphrates, qui defluit in mare rubrum. At quarti nomen est Tigris, cõtra Assyrios rapidissimo cursu vadens: Locus profecto dignus, quem incoleret homo ad imaginẽ dei factus. Ex huius descriptione paradisi satis potest animaduerti Deum pro sua benignitate similitudinem cœlestis patrię, in nostro voluisse orbe exprimere. Huius nempe hæreditas ad nos spectat, quia non ad laborem creati sumus, sed ad quietem: atq; illius paradisi in sacra scriptura nobis familiare, vicinumq; præponitur exemplum: vt illuc virtutibus bonisq; operibus redire maturemus: a quo per peccatum dilapsi sumus. Est enĩ animę ordinata integritas, eiusq; medietas designata per lignum scientię boni & mali: quod in paradisi medio describitur plantatum: quę a quatuor fluminibus de paradiso egredientibus irrigationis incrementum accipit, cum per prudentiam res agendas discretione moderatur / aduersus voluptates temperãtia vtitur / fortitudine prosperitates aduersitatibus æquat: iustitia insuper vnicuiq; ius suum tribuit. Hęc sunt quatuor flumina, cordis paradisum irrigantia: quorum alluuione fœtus optimos terra nostra producit. In hoc etiam loco Dei præcepto cuncta animantia sunt adducta: vt singulis Adam nomina imponeret. Vocauitq; cũcta animantia nomine suo: quod vsq; ad linguarum diuisionem mansisse, narrat sacer Hieronymus. At cum inter ea homini simile nihil inueniretur: quod eius societatis posset fieri particeps, ipso dormiente, ex eius costa mulierem finxit Deus, quam tribuit ei sociam, vt viro affer

De loco paradisi terrestris.

Damascenus.

Ouidius.

Phison

Gen.ij.

Gion.

Euphrates.

Tigris.

Hic paradisus.

Moralis eruditio.

Formatio mulieris.

ret adiutorium. Tantumq; est huius rei mysterium, vt omnem humanum fugiat intellectum. Nam cum sic naturales rerum cursus a summo opifice legibus temperentur, vt suos minime excedãt terminos: adeo q nec potest etiã voluntas mala iustos limites rerum transgredi: elementa etiam sic suum ordinem/vim/& qualitatem seruant: vt quid/quodq;, vel non quid de quo fieri sciatur, mirabili tamen nouoq; modo, vt suam ostenderet potentiam, pręter naturam de viro mulierem effinxit. Fuit igitur hęc mirabilis mulieris formatio: sed illa decepta a serpente genus humanum non modica iniuria affecit. Nam inanis gloriæ cupida sic postero semini venenũ propinauit, vt a morte nemo fuerit alienus. O quãtum hęc momentanea gustus delectatio nocuit! O fallaces serpentis blanditias, quibus allecti primi parentes quietis perdidere solatium. O lubricam & caducam hominis cogitationem, tum quia vita destitutus est/miserq; effectus, cum se perpetuo victurum/regnaturumq; arbitrabatur. Non igitur efficiamur inanis glorię cupidi, nõ cõcupiscẽtes noxia & caduca. Cõcupiscẽs eñi primus hõ visibilia/inuisibiles virtutes amisit: & per oculũ corpis pertulit prędã cordis/tristitiã grãdẽ ex modica voluptate reportãs. Habet enim hoc voluptas omnis:

Boetiꝰ.

Stimulis agit fruentes/
Apiumq; par volantum
Vbi grata mella fudit
Fugit/& nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Tristes vero voluptatum esse exitus quisquis libidinum suarum reminisci volet, facile intelliget. Ad custodiendum ergo cordis munditiam exteriorẽ, quin q sensuum disciplina seruanda est. Vocatum est autem nomen mulieris Eua: id est omnium viuentium mater.

Cur Eua dicta sit.

¶Cap.VI. De Homine.

Damascenus lib.ij. Dotes hois nouiter creati.

CReatus igitur Adam (vt testantur Historici) in agro Damasceno/mox triginta annorum perfectionem habuit. Nam fecit illum summus artifex puritatis participem/fortitudine pręditum/prauitate carentem/rectum/iocundũ/omnis mestus expertem/virtutibus clarum/bonis omnibus ornatum/Angelum alterum/adoratorem mixtum/natura insontem/voluntate liberum: id est & in bono proficiendi & manendi, potestatem habentem: secundum vero delectum voluntatis peccati susceptiuum. Habuit etiam in statu innocentiæ non solum Dei cognitionem: verum etiam & omnium creaturarum quanta illi satis erat ad humanæ naturæ regimen & gubernationem. Ea vero quæ naturali hominis studio cognosci non possunt/aut ad humanæ naturæ vtilitatem minime pertinent: sicut sunt cogitationes hominum/futura contingentia/& cætera quæ nullius sunt momenti, prorsus ignorauit. Ipse insuper primus homo hora prima diei formatus est in agro Damasceno (vt superius dictum est) hora tertia in paradiso voluptatis constitutus fuit. Sed cum esset serpens cunctis animãtibus callidior, primo mendacio mulierem seduxit: vt Dei præcepta contemneret/omnem foelicitatem ac diuinitatem promittẽs, ligni vetiti gustatione. Quod cum oculis pulchrum cerneręt/suaueq; gustu, viro statim edendum tradidit: sicq; fa

Quę fuit Adæ añ pctm̃ scientia

Vbi & q̃ hora forat⁹ ẽ Adam.

ctum est, vt ambo Dei mandatum trangressi, mox se nudos esse cognosce= rent: malorumq; cōscij ficus folia sibi in tegimen consuerunt. Sed & beneficio rum & immemores & ingratos, diuina punitio mox secuta est. Nam præter mortis miseriam/& infinitas ærumnas: quibus addicta est humana conditio de paradiso Deus ipsos delinquentes eiecit. Eorum autem præuaricatio die sexta mundi circa meridiem facta est: expulsio vero de paradiso circa horam nonam. Estq; eis post peccatum huius loci aditus interclusus. Septus est enim vndiq; rhomphea flāmmea: id est muro igneo accinctus, vt ad cœlū vsq; iūga= tur illius incendium. Cherubin quoq; id est angelicum præsidium arcendis spi ritibus malis eo in loco constitutum est, vt homines flāmę/angelos vero ma los boni spiritibus propellant, ne cui carni vel spiritui additus pateat. Ferunt quidam nouum hominem Christum post multas annorum reuolutiones ea= dem die id est. xxv. die Martij. viij. Kal. Aprilis hora sexta crucifixum/eius= demq; peccati debitum soluisse/ipso circa nonam expirante/Latroni paradi= si aditum reserasse, vt eo labores & dolores nostros portante, contraria con= trarijs curarentur.

Preuaricatio primorum parentū.

Primū eorum tegmen.

Vltio diuina.

Qua hora Christ9 mortuus.

¶Cap. VII. De prima ætate.

ADam igitur ex primo horto voluptatis in agrum miserię la= borum ac dolorum translatus, contemplationis voluptatem cum carnali delectatione commutauit: cognouitq; vxorem suam Euam, ex qua anno. xv. vitę suę natus est Cayn & ei9 soror/atq; vxor Calmana. Deinde post annos alios. xv. na= tus est Abel & soror eius/atq; vxor Delbora. Et in his duo= bus ortum habuere duę ciuitates secūdum Augustinum. Vna est sanctorum, quę peregrinatur in terris, & futurū habitaculū expectat ī cœlis sine fine mā= surum. Alia reproborum est, quę hic mansionem constituit nullam, futurorū spem habens, terrenisq; rebus semper inhians. Fecerunt enī (vt ait Augusti= nus) ciuitates duas amores duo/terrenam amor sui/& contemptus Dei: Cœ= lestem vero amor Dei, & contemptus sui. Priorem ędificauit Cayn omni ma= litię deditus. Secundam constituit Abel iustus ac iustitiam colens, fuitq; pri= mus martyr in Ecclesia Christi: pro iustitia sanguinem fundens. Hunc etiam in testimonium iustitię adduxit Dominus Iesus cum Iudęos peccati accusaret dicens, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab Abel vsq; ad Zachariam filium Barrachię, quem occidistis inter templum & altare.

De duplici ciuitate sanctorū & reproborum.

Abel primus martyr.

¶Cap. VIII. De Interfectione Abel & malitia Cayn.

CAyn hominum nequissimus, & ad lucra semp intentus, auā= ritię semper deseruiēs: primo terram colere docuit: ex hoc si= bi sperans in futurum prouidere. Abel vero iustus obsequēs Deo/factus est pastor ouium. Cum igitur eorum vterq; de suis laboribus oblationes Deo immolarent, essentq; Abel sa= crificia grata coram Domino. (Offerebat eni lac & primoge nita gregū.) Cayn vero fruct9 quos habebat, deteriores: Tact9 inuidia Cayn fratrē iustū maliriose iteremit. Propter qđ maledict9 a Dño, ac miam Dei cō= temnēs/vag9/gemēs/& tremēs/effect9 est sup terrā. Hic insup dolose & ma= litiose viuēs/rapinisq; ac violētia opes cōgregās, suos ad latrocinia inuitabat.

Cayn mensuras & limites inuenit. Primus fertur adinuenisse mensuras/stateras/& pondera/terrisq; terminos primus posuit: atq; homines ad calliditatem & fallaciam erudiuit. Primus inuidit ꝓximo: fratri scilicet Abel, quẽ in agro Damasceno fraudulenter interemit. Primus ciuitatem ædificauit, quam mœnibus circumdedit, vt homines male agentes, in ea se tuto defenderent. Profugit enim post scelus homicidij perpetratum ob diuinam indignationem ad orientalem plagam: in qua consedit in regionem Edem. Cognouitq; vxorem suam quæ peperit

Enos. geñ. iiij Iareth. madiel. Mathusael. lamech Enos, ex cuius nomine ciuitatem fundauit, eam Enochiã vocans, intra quã se continuit rapinas (vt dictum est) & homicidia exercens. Porro Enos genuit Iareth, qui genuit Madiel, seu (vt alij volunt) Maniel: cuius filius fuit Mathusael, qui genuit Lamech, qui vxoribus suis diuinam vltionem septuplum fuisse in Cayn propter homicidium fratris vaticinatus est. Alios etiam filios ac filias habuit Cayn, quos prætermisit scriptura: nam illos tñ voluit describere, vt diuus Augustinus testatur: quos suscepti operis ratio postulauit. Atq; vt idem Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate dei ait, Progenies ex Adam per Cayn sceleratum nouenario numero finitur, quo peccatum signatur, & ipse numerus fœmina clauditur, a quo sexu factum est initium peccati: de quibus etiam infra dicetur. Septem enim peccata cõ

De septẽ peccatis Cayn. misit Cayn. Primum, quia non recte inter se & Deum diuisit. Secundum, quia virulenter & fallaciter inuidit. Tertium, quia cum dolo & malitia suas operationes exercuit. Quartum, quia fratrem innocentem procaciter & fraudulenter occidit. Quintum, quia primus in terra superbiuit. Sextum, quia desperauit. Septimum, damnatus pœnitentiam recusauit. Ideo septu=

Cayn occidit a Lamech. pla in eum diuina vltio desęuit. Occisusq; est a Lamech viro sagittario, ac Dei nutu luminibus orbato: qui cum venatum pergeret ductu cuiusdã adolescentis prędę auidus, Cayn feram putatum, sagitta interemit: quod cum didicisset Lamech, adolescentem etiam verberibus interfecit. Natus est autem Cayn primus inter filios Adæ, vt ostenderetur q; in Adam tota humani generis massa damnata est: & dum quis ex ea vas sanctificationis efficitur: non natura, sed Dei misericordia prouenit. Opera filiorum Cayn palam indicant, a qua radice processerunt, & ad quam pertineant ciuitatem. Per

Allegoria. hos etiam, Cayn scilicet & Abel, duos populos intelligi voluit Isidorus, Iudaicum scilicet natu maiorem, & Christianum, minorem. Maioris sacrificiũ de terrenis operibus reprobatur. Quãuis enim Iudęi carnalia sacrificia recte fecerint, tempus tamen noui testamenti a tempore veteris non distinxerunt, hactenus velamen super faciem habentes, in lectione veteris testamenti, quam carnaliter interpretantes spiritum non recipiunt, vsq; hodie maledictionem diligentes, vagi/dispersiq; in gentibus/profugiq; a terra promissionis, tum spiritualis, tum elemenarris, quę est Hierusalem, gemẽtesq; ac trementes ob multitudinem persecutorum, quibus abundat terra eorum. Pręterea q; in hoc capitulo septenarius numerus frequens est: ad id mihi pertinere videtur quod Dominus in Euangelio dicit. Non dico tibi septies sed vsq; septuagies septies. in quibus tum bonorum, tum etiam malorum designatur numerus. Nam septenarius ducto vndenario facit. lxxvij. in quo oĩmoda trãsgressio signaẽ, q̃ tñ in Euãgelio dimitti ꝓmittiẽ. Aiũt etiã ab Adã vsq; ad Christũ gñationes esse. lxxvij. scd̃m Lucã: qa septia gñatiõe pc̃tũ solutũ est.

Et qui semel repperit in vita sua: nõ eosdem cruciatus patietur in morte: quos in vita passus est: ita & Lamech: id est totius mundi peccatũ Christi soluetur aduentu. Referebat quidam Hebręus. lxxvij. animas exisse de Lamech, quę omnes interiere diluuio.

Cap. IX. De Filijs Cayn, a quibus artes mechanicę inuentę sunt.

Lamech primus contra naturam & mores, bigamiã introduxit, binas vxores accipiens. Nomen vni Adach, & nomen alteri Selach, ex quibus (si Iosepho creditur) septem & septuaginta filios & filias suscepit. Ex Adach genuit Label: vel vt alij volũt Zabel, a quo pastorꝝ portatilia tẽtoria inuẽta sunt, habitauitq; primus intra tabernacula. Ex eadẽ genuit Thubal, qui primus sonorum musicorum peritiam ad voluptatem pertinẽtem inuenit. Ex Salach genuit Thubalchain, qui ferrariam artem, & metallorũ sculpturas repperit: oĩa hęc concupiscentię oculoꝝ accõmoda. Insuper & res bellicas mirum in modum exercuit: habuitq; sororem Noema, quę varias ac diuersas artes texturæ inuenit, concupiscentię carnis deseruientes. Insuper lanã & linum in fila deduxit, cum pellibus tñ antea vterentur homines. Et vt paucis concludã, omnes artes, siue scientię seculares mechanicę vel liberales / vel physicę humanę curiositati deseruientes, a filijs Lamech inuentę dicũtur. Cœlorum vero cursum, ac rerum cœlestium ornatum primitus inuenerunt: eaq; ne defluerent, quę tanto labore inuenta erant, columnis duabus insculpserũt: quarum altera lapidea, altera vero lateritia erat: credẽtes lateritia ab ignis virtute suas vendicari artes: lapidea vero vim posse propelli imbrium. Hęc fuere filiorum Cayn adinuentiones: de quibus Dominus in Euangelio. Prudentiores sunt, inquit, filij tenebrarum filijs lucis in generatione sua. Quis enim ignoret Cayn filios atq; operum eius sequaces / filios dici tenebrarum / nullũ exhorrentes facinus / voluptatem omnes sectantes / nihil deniq; pretermittentes: quod ad hanc explendam necessarium existimant. Nam & ab Iabel de bigamia nato tentoria esse inuenta, superius dictum est: quę cum sint inutabilia instabilitatem voluptuariorum hominum figurant. Thubal vero vt nihil voluptati deesset, musicen repperit: de qua dicitur. Aures percanora musica tentat. Sed & Thubalchain execrandam ferrariam artem inueniens, finem voluptatis demonstrat: de quibus annuente deo postea dicemus. Hęc tamen interea principes attendãt, quibus tñ citharœdorum & histrionũ cura est. Insuper & Ecclesiam dei passim cõculcari ab omnibus permittunt, atq; vtinam & ipsi nihil molestię sacrosanctę dei ecclesię inferrent. Aduersus hos inclamat Esaias Propheta, dum dicit. Vęh qui cõsurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq; ad vesperam, vt vino ęstuetis. Cithara & lyra / & tibia / & tympanum / & vinum in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis: & opera manuum eius non consideratis. Propterea dilatauit infernus animã suam: & aperuit os suum absq; vllo termino. Quinimmo vbi repẽtina describitur vltio & subitanea plaga a Deo hominibus immissa, annotatur tunc illis potissimum inflicta, cum voluptarijs actibus, corporalibusq; delicijs erãt intenti. Ad reliqua pergamus.

Thubal inuẽtor Musices.

Noema texturã inuenit & lanisiciũ.

Oẽs artes physicę & mechanicę a filijs Lamech inuẽtę dutes ab⁹ lũnis insculptę.

Exhortatio ad principes.

Cap. X. De morte Adam & generatione filiorum.

Mors & sepultura Adę. Adā filijs prophetauit.

OCciso igitur Abel/profugatoq; ob scelus Cayn, filij sui morte consternatus Adam multis tēporibus ab vxoris amplexu sese continuit: sed cum augendę prolis amor illum stimularet: centū & triginta annos natus genuit Seth. Deinde alios mares & fœminas: vixitq; annis.dccccxxx.& mortuus est ac sepultus in valle Ebron sanctitate pollens. Prędixit etiā filijs suis spiritu prophetico venturū diluuium, per aquam: necnon & per ignē seculum omne periturū. Præcepta iustitię filios edocuit pręcipiens illis a consortio Cayn abstinendū: ne praua malorum conuersatione boni corrūperentur. Multis etiam annis suum peccatū luxit: in quo nobis exemplum peccata plāgendi reliquit; si tamē coelum cōscendere cupimus. Atq; vt inam nos multis criminibus obnoxij modico tēpore illum sectemur: qui tanto tamq; diuturno planctu peccatū vnum defleuit. Qui enī Adam pœnitentē ac lugentem sequi noluerit, illū peccantē arguere non poterit. Porro Seth.cxxx.annos natus genuit Enos. hic cœpit inuocare nomē Domini: alios etiam mares & fœminas genuit. Enos vero nonagenarius genuit Caynā, aliosq; filios & filias: factiq; sunt omnes dies Enos.dcccccv.anni & mortu9 est. Caynā quoq; cū esset.lxxv. ānorum genuit Malalech: siue vt alij dicūt, Malalehel: deīde alios mares & fœminas. Factiq; sūt oēs āni qb9 vixit.dccccx.āni & mortu9 est. Malalech vero sexagītaquinq; annorum genuit Iarech: ac deinde alios filios & filias, vixitq; ānis dcccxcv.& mortuus est. Iarech autē.clxij.annorum natus est Enoch, deo placens: factiq; sunt dies Iarech.dcccclxij.āni & mortu9 est. Cui successit Enoch/ cum deo ambulans ac placens ei per omnia, tulitq; illū dominus de medio malorum ne malitia immutaret animū eius, raptusq; est in paradisum venturus iterum in fine seculorū. Genuit autem post.lxxv. annos Mathusalē trecētis annis, genuitq; filios & filias: vixitq; in humanis.ccclxv.annos & non apparuit, quia tulit eum dominus. Porro Mathusalē cum esset.clxxxvij.annorum genuit Lamech aliosq; mares & fœminas: factiq; sunt oēs dies eius.dcccclxix. anni. Postremo Lamech.clxxxij.ānos natus genuit Noe: quem orbis consolatorē vocauit: vixit.dcclxxvij.ānis & mortu9 est. & ī hoc finiť pria ętas, principium ab Adam sumens: finem vero ab Noe. Fluxeruntq; ab Adā vsq; ad diluuiū anni. M.M.ccxlij.secundū nostram supputationem. Secundum Hębreorum vero numerum. M.dclvj. Est autem summopere animaduertēdum in hac generatione Seth, nullā fœminā nominari: quod aliter tamē in generatione Cayn factum est: ob hanc maxime causam quod a iustis viris nihil molle nihil tenerū, nihilq; quod fœminā redoleat, expetendū sit: a quibus cum semper viris retia pręparentur/tanq̄ a latronibus abhorrendū est. Porro hęc generatio denario numero constringitur, vt in filijs lucis decem præceptorum obseruatio demonstretur.

Enoch cur ī paradisū raptus.

Cur ī iustorum generatōe nō supputenť fœminę.

Cur iustorum generatio denario numero strigať.

Cap.XI. De Diluuio & fabricatione Arcę.

NOe igiť cōsolator orbis cū esset ānorum.ccccc.genuit Sem, Chā & Iaphet. Sed cū essent hoies ad oĩe facin9 intenti, multiplicatiq; essent valde sup terrā, in cōcupiscentijs suis exarserunt vxoresq; speciosas timore dei posthabito duxerunt: ex quibus orti sunt famosi gigantes viri potētes, ad malū ꝓcliues, cōem hoīm staturā ꝓceritate excedētes. Ois etiam caro corruperat

viam suam naturā deprauādo & malitiam luxuriāq; augendo. Quod cū Noe vir iustus in generationibus suis omnino detestaret, hosq; pessimos hominū actus grauiter ferret, animū adiecit ad meliora deo legitimos tribuēs honores iustitięq; præcepta semper obseruans. Ob quam causam ab ipsorum hominum internitione cum genere suo ereptus est. Nam cū decreuisset deus vniuersum gen⁹ humanū omnesq; volucres ac bestias diluuio perdere, eorūq; peccata vlcisci, solus Noe placens deo repertus est. Idcirco dei iussioni obtēperans Arcam de lignis tabulatis lęuigatisq;.c.annorum spatio confecit.ccc.cubitorū longitudinem habentē: latitudinē.l.altitudinē.xxx.in qua & fenestra erat in cubito consummata. Ostium vero a latere deorsum positum erat intrinsecus & extrinsecus bitumine linita ne posset in eam aqua introire. In mansiunculas insuper & tristega eam diuisit, vt in vnaquaq; ea quę saluanda erant cum tranquillitate possent habitare: ita vt in prima esset habitatio mansuetorum animalium: in alia immītiū: aliā autē possiderent homines cum auibus & volucrib⁹ in alia vero quę ad victum erant necessaria erant reposita. Alio etiam modo fabricatam fuisse Arcam tradunt catholici doctores. Nam bicameratam in inferioribus: tricameratam vero in superioribus scripsere. Et vt Augustinus ait, in prima habitatione in inferioribus semel camerata erat Arca: in secunda sup iferiorē habitationē bicamerata: i tertia vero sup scd'am tricamerata. Alij vero dicūt in inferiorib⁹ duas fuisse māsiūculas: & sic arcā fuisse bicameratā. harū iferior stercora suscipiebat: scd'a escas q̄ apothecaria dicebatur: in supiorib⁹ tricamerata erat: vbi hoīes & animalia congrua distinctione cōtinebātur. At vero q illius longitudo trecētorum fuerit cubitorū: latitudo vero quiquagitaa: ltitudo triginta: postremo cōsummatio vni⁹cubiti mēsura termiata fuerit, non absurde ecclesiam significare voluisse, mihi visum est: in qua cū multo copiosior sit hominum malorum numerus q̄ bonorum, recte latior pars infima describitur. Nā et in hac postrema parte reptilia & quadrupedia, cæteraq; quę immunda erāt, reposita fuerunt. Et vt ait Grego. videmus multos in ecclesia lasciuire: superbire: terrenis opibus inhiare/ irasci/ & rixari/ & proximos lędere. Sed quia ecclesia tolerat eos vt conuertātur, quasi in Arcę latitudine bestię/ fuisse dicūtur. Videmus & alios aliena non rapere, illatam iniuriā ęquanimiter tolerare, rebus proprijs contentos esse, humiliter viuere: sed quia pauci sunt, angustatur Arca, habetq; tunc triginta cubitos in lōgitudine. Sed & alios videmus etiam possessa relinquere, terrenis rebus nullum studium dare, inimicos diligere, carnē domare, & per cœleste desideriū contemplationis penna subleuari. Sed quia rari sunt, iam Arca iuxta cubitum ducitur: vbi homines & volatilia continentur. Sed quia nullus sine peccato est nisi ille qui cōceptus est sine peccato, in vno cubito Arca consūmatur: quia vnus est author & redēptor ecclesiæ sine peccato: ad quem, & per quem omnes proficiūt, qui se peccatores nouerunt. Omnibus igitur rite dispositis Noe cum filijs & vxoribus in Arcam introiuit: accepitq; dei præcepto ex animalibus mundis septena & septena: ex immūdis vero duo & duo: escas autem iuxta vniuscuiusq; naturę conuenientiam reposuit, vt inde genus hominum cęterorumq; animātium ab inundatione aquarum saluaretur. Quibus ingressis post septimam diem, quæ fuit decimaseptima mensis secundi, tanta inundatio aquarum ruptis cœli cataractis terram inuasit, vt cubitis. xv. montes omnes, abyssus

arcę dispositio.

Primũ diluuiũ

aquarum superaret: factũq; est diluuium quadraginta diebus super terrã: quo consumpta sunt vniuersa animantia tam in hominibus q̃ in bestijs & volucribus solo Noe cum filijs ex hominibus: ex animalibus vero & volucrib⁹ quæ inducta erant in Arcã tantũ saluatis. Est autem summopere animaduertendum istud primũ diluuiũ idcirco inductum a deo, vt ab inquinamentis luxuriæ quæ tunc homines & animalia possidebat, emundaretur terra. Secundum vero regnante auaritia, seculum ab igne finem accipiet. Nam aquæ natura est quod maculatum est mundare: ignis vero rubiginẽ ab auro detrahere. Sunt qui arbitrantur hunc numerum quadragenarium quo pluuia inundauit, pœnitentiæ tribulationẽ significare. de quo dictum est in euangelio q̃ quadraginta diebus ieiunauit Dñs Iesus, sed & Moses & Helias figuram domini præferentes hunc numerum sacrauerunt. Constat enim ex quaternis denarijs: qui quaternus numerus stabilitatẽ denotare scribitur.

Causa diluuij

Secũdũ diluuiũ

¶Cap. XII. De Iride & egressione Noe de Arca.

Recordatus est autẽ dñs Noe/& eorũ quæ erant in Arca: diminutaq; est aqua post centũ triginta dies: stetitq; Arca sup mõtes Arath in Armenia septimo mense vicesimaseptima die mensis, egressusq; est Noe de Arca cum vxore sua & filijs vxoribusq; eorũ ac omnibus animãtibus quæ erant in Arca benedixitq; dñs Noe & filijs eius: quibus oĩa subiecit, prolemq; eorum multiplicauit. Ex quibus verbis considerem⁹ attentius homini subiecta esse irrationalia: ideo ĩ sacro libro Geneseos dicitur. Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ & super omnes volucres cœli: cum vniuersis quæ mouẽtur in terra. nec vt ab hominibus timeatur homo dicitur: quia contra naturam superbire est/ab æquali velle timeri. Idcirco patriarchæ toti⁹ synagogæ fundatores/non imperatores/nõ reges/non principes/ sed pastores ouium nominati sunt: vt ex hoc appareat q̃ta debeat rependi ab hominib⁹ circa homines mansuetudo. Omnes enim nos æquales natura genuit: sed pro varijs meritis alijs alios dispensatio dei iusta, sed occulta, præponit: vt humana formidine peccare metuant qui diuina iudicia non formidant. Nõ autem præpositi ex hoc timore superbiant: in quo nõ suam gloriam, sed subditorum quærant iustitiam. non enĩ hominib⁹ sed bestijs dominãtur: quia ex qua parte bestiales sunt ea formidini substrati sunt. Præterea vt maior clementia dei in homines appareret, arcum pluuialem in signum fœderis hominibus tribuit habet autem hic arcus duos colores præcipuos, quibus duo iudicia repræsentãtur. Aqueum ergo præteritum diluuium repræsentat: ne ab hominibus timeatur. Igneum futurũ significat, quod valde timẽdũ est. Apparuerat tamen antea eo q̃ naturalis res sit, sed tunc in signum fœderis nõ erat. Arcus hic qui & iris dicitur in cœlo positus est, vt sciamus ab eo nobis dari auxiliũ qui habitat in cœlis/ secundũ id quod in Psal. dicitur Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Est deniq; hic arcus in nube rorida & concaua instar speculi ad solem se habente: quæ cum sit propter dispositionem guttularum tersa atq; polita: colores ex reflexione radiorum solis repræsentat: quemadmodũ ex resplẽdentia solaris luminis per vitrum aqua plenum in obiecto pariete vidẽtur solares radij.

Cur prĩ archępastores ñ impatores dicti sint.

Notanda vt cognoscat hõ cui præsit.

De materia Iridis.

¶Cap. XIII. De Ebrietate Noe & maledictione Cham.

EGressso igitur de arca Noe post diluuiū, accidit illa famosa ebrietas ipsi Noe. Cuius occasione ipse filijs videlicet Sem & Iaphet ꝓ honore paterno & honesta verecūdia benedixit. Filio vero suo Cham pro irrisione & irreuerentia patris maledixit: factusq́ est seruus seruorum Sem & Iaphet. Nam cū impleta essent promissionis ad Abrahā repromissa tempora vniuersum semen Cham a filijs Israel deletū est. de quo inferius dicemus. Est tamē animaduertendū Cham istum figurā Iudęoꝝ pretulisse: qui cū patrem inebriatum cōspexisset, verēda eius ignominiose nudauit sic & Iudęi Christi mortem videntes irriserūt illiusq́ de virgine sumptū corpus charitate inebriatum, nudauerunt in cruce. Sed Sem & Iaphet / idest duo populi ex circūcisione & pręputio credentes, velamine operuerunt, nec viderunt sacramento venerātes, passionisq́ mysteriū mirabili ratione aduersus incredulos defendentes: fitq́ ille populus seru⁹ seruoꝝ omnibus subiectus & in oēs termios terrę dispersus. Sem vero biēnio post diluuiū genuit Arphaxat. Iste Sem fert̄ fuisse Melchisedech: qui prim⁹ post diluuiū cōdidit vrbē Salem quæ nunc vocatur Hierusalē. De pręd ictis tribus filijs Noe / veraciter legūtur descendisse septuaginta duę generationes. Quindecim ex Iaphet: viginti & septem de Sem. De Cham vero trigīta. Dominus Iesus Christ⁹. lxxij. discipulos destinauit: qui totidē linguarū generib⁹ Euāgeliū prædicarēt. Et ex illis trib⁹ filijs Noe / eoꝝ p̄re viuēte, iuxta Philonis historiā, viginti & quatuor mille cētū virorū nati sunt, extra mulieres: q̄ supra se tres habuisse duces narrant̄. s. Nembroth, Iectan & Suphene. Nēbroth, prim⁹ regnauit supra gētes.

Allegoria. — *In Iudęos* — *Sem q̄ & a multis Melchisedech dr̄.*

¶ Cap. XIIII. De Nembroth & eius regno.

PRimus quidem Nēbroth de filijs Cham, qui regnauit super fratres suos: eruditus fuit a Ionico, quondā filio Noe sapiēte de quo Moses tacet om̄ino. Hic post diluuiū prim⁹ astronomiam inuenit: et futuros quosdā pręuidit euētus, maxime de ortu & occasu quattuor regnoꝝ: de quibus Daniel propheta scripsit. Super filios vero Sem Iectā regnasse dicitur: sed super filios Iaphet, Suphene principatū assumpsit. Arphaxat filius Sem, genuit Sale: Sale genuit Heber: & ab isto secūdū Iosephū, Hebręi denominati sunt in dono illius. In diuisione linguarū sola Hebręa lingua remansisse describitur: quę antea nō Hebręa, sed Humana dicebatur: qua om̄es cōmuniter vtebantur: quapropter hic de lingua Hebręa sermo fiat. Est igitur sciendum q̄ tres sunt liguæ sacrę, Hebræa scilicet, Græca & Latina: quę in toto orbe excellūt. His enim tribus linguis super crucem Domini, a Pilato fuit causa ei⁹ scripta. Vnde & propter sanctarū scripturarū obscuritatē: harum trium linguaꝝ cognitio necessaria est: vt ad alterā recurratur, siquā dubitationē nōis vel iterptatiōis sermo vni⁹ liguę attulerit. Gręca aūt ligua iter cęteras gētiū clarior habet̄. Est eñ & latinis & oīb⁹ linguis sonātior. Cui⁹ varietas in quiq̨ partib⁹ discernit̄. Quarū prima dicit̄ Cœnodo / idest mista siue cōis: qua oēs vtunt̄. Scd̄a Attica videlicet Atheniēsis, q̄ vsi sūt oēs Gręcię authores. Tertia Dorica, quā h̄nt Aegyptij & Syri. Quarta Ionica. Quīta Aeolica: q̄ loquunt̄ Aeoles sūt: & qa i obseruatōe Gręcę ligue eiusmōi certa discrimia sūt, eoꝝ i locutiōe sermo est multiplex. ¶ Latinas aūt liguas q̄tuor esse dixerūt.

Nembroth. primus astronomiā inuenit. — *Ionicus* — *Iectan.* — *Suphene.* — *Sale.* — *Heber a quo Hebręi* — *Lingue tres.* — *Quatuor apud latinos lingue.*

idest Prifcā, Latinam, Romanā/mixtā. Prifca eft/ qua vetuftiffimi Italię fub Iano & Saturno funt vfi, hoc tpe prorfus ignota hoibus, vt ex Sibyllinis carminib⁹. Scđa dignofci pōt Latina, q̄ fub Latino cęterifq; Thufcię virginib⁹ latine fūt locuti. Ex q̄ fuerunt duodeci tabulę fcriptę. Tertia Romana, q̄ poft reges exactos a populo Romano cœpta eft: qua Neuius/Plaut⁹/Enni⁹/Virgili⁹, cęteriq; poetæ oēs: & ex oratoribus Gracch⁹/Cato/& cęteri effulferūt. Quarta mixta, quæ poft imperiū Latinis promotum fimul cum moribus & hoibus in Romanam ciuitatē irrumpēs/integritatē verbi per folœcifmos & barbarifmos corrupit. Omnes autē orientis gentes in gutture linguā & verba collidūt, ficut Hebręi & Syri. Oēs mediterraneę i palato fermones feriūt ficut Gręci & Afiani. Oēs occidētes verba in dētibus frāgunt ficut Gallici Itali & Hifpani. Syrus & Chaldęus vicin⁹ eft Hebręo i fermone cōfonās in plęrifq; & literarum fono. Qua lingua autē locutus fit deus in pricipio mūdi dum diceret: fiat lux: inueniri difficile eft. nōdum em̄ erant linguę, item qua lingua infonuit poftea hominū auribus, maxime ad primū hominem loquēs vel ad prophetas: vel dum corporaliter fonuit vox dicentis Dei. Tu es filius meus dilectus. ¶ Huic tamen quęftioni refpondēt quidā curiofum effe: nec per fcripturas legi: alij vero deum lingua Hebręa locutū firmant, quafi prima cęterarum fuerit atq; digniffima: quorū opinioni affentire videtur Auguf. in libro de doctrina Chriftiana: et quā etiā poft refurrectionē manere afferit. Ea autē locut⁹ eft Dñs Iefus cum in terris verfaret̄. hac etiā vfa eft beata virgo Maria, cęteriq; Apoftoli: a qua & cęterę deriuatę funt. diuerfis vero gētib⁹ creditur q̄ eadem lingua deus illis loquatur, qua ipfi homines vtūtur. Loquitur autē deus hominibus non per fubftantiam inuifibilem: fed per creaturam corporalē. Per quam etiā & hominibus apparere voluit quando locutus eft. Dicit etiā Apoftolus Si linguis hominū loquar & angelorū. vbi quęritur qua lingua angeli loquātur: nō q̄ angelorū aliquę linguę fint, fed hoc per exaggerationem dicitur. ¶ Tres fupradicti duces in campum Sennaar formidātes diluuium conuenerūt: volētes turrim quę vfq; ad cœlos pertingeret ędificare: cuius altitudo quinq; millia paffuum dicitur fuiffe: latitudo vero cētū feptuaginta quattuor: adeo vt prope eam afpicientes altitudo longe minor videbatur: & tunc labium eorum fuit confufum. & cum fe mutuo nō perciperent, ab opere extitit ceffatum. et propter varietatem linguarum per diuerfa mūdi climata fuerūt difperfi. Nam filij Sem Afiam. filij Cham Aphricam. filij vero Iaphet Europam obtinuiffe dicuntur.

De vicinitate & diuerfitate linguarū. Qua lingua locut⁹ fit deus. Qūo de⁹ hoib⁹ loquatur. Qūo intelligit̄ dictum apl̄i fi linguis hominum loquar & angelorum. Turris babylonię ędificatio. & liguarū varietaf. Diuifio filiorū Noe: et eorum proles.

¶ Cap. XV. De Diuifione orbis.

Hec fequēs cofmographia ex Ifidoro defumpta eft.

ORbis in tres partes inęqualiter eft diuifus. Afia quidē a meridie per orientem: vfq; ad feptētrionem. Europa a feptemtrione: vfq; ad occidentē. Aphrica vero ab occidēte: vfq; ad meridiem terminatur. Mediū ergo orbē folum tenet Afia: reliquum Europa & Aphrica. Afia ex nomine cuiufdā mulieris eft appellata, quę apud antiquos imperiū tenuit orientis. Hęc in tertia orbis parte difpofita, ab oriente ortu folis: a meridie oceano: ab occiduo mari finitur: a feptentrione Męotidi lacu: & Tanai fluuio terminatur. Habet autem prouincias multas & regiones: quarum breuiter fitus & nomina expediam.

Afia nomen fortita eft a muliere

¶ Cap.XVI. De India & alijs partibus mundi, & earum deriuatione.

INdia est vocata ab Indo flumie, quo ex parte occidētali clauditur. Hęc a meridiano mari porrecta vsq; ad ortum Solis: & a septētrione vsq; ad montem Caucasum peruenit: habēs gentes multas & oppida. Insulā quoq; Taprobanē gēmis & elephantis refertam, Chrysam & Argirā / auro & argento fœcūda est: Filumq; arborem folijs nunq̄ carētem: habet & fluuios Gangen / Indum / & Yppanē illustrantes Indos. Terra Indię fouonij spiritu vberrima & saluberrima: in anno bis metit fruges vitę: hyemis & ęstatis poti lijs catur: gignit autem tincti coloris homines: elephātes ingētes / Monocerota bestiam / Psittacū auem / Hebenum quoq; lignum & cinamomū / & piper / & calamū aromaticum / & Ebur / lapidesq; preciosos, Berillos & Cherisopressos, & adamantē, & Carbūculū / magnetes / margaritas, & vniones: quibus nobiliū fœminarū ambitio ardet. Isti sunt & montes aurei quos adire ꝑptet dracones & gryphos: & vniuersorū hominū mōstra impossibile est. In India fuisse quinq; millia oppidorum pręcipue narrat Solinus: in libro de mirabilib⁹ mūdi. Hāc primus Liber pater qui & Bacchus dicitur, suo imperio adegit. Maximi in ea amnes Indus & Ganges: minima Gāgis latitudo per. viij. millia passuū: maxima per viginti. Altitudo vero vbi vadissimus est mēsuram centum pedū excedit. In Gāge insula est populosissima: cui⁹ rex. l. millia peditū: equitū. iiij. millia in armis habet. In India insuper habitāt Modrocsi: quoꝝ rex cccccc. millia peditū. xxx. millia equitū. viij. millia elephātoꝝ oībus dieb⁹ ad stipendium vocat. In hac etiā Pigmei alięq; nationes passim habitāt. Sunt em̄ in hac mōstra diuersi generis / serpētes enormes: Leucrocata, Creale. tauri mirabiles / Māticora / Monoceros: anguillę tricenorū pedum: pomaria sexaginta passuū / harūdines imēsę / cęteraq; plura mirabilia. Parthia ab Indię finibus vsq; ad Mesopotomiā generaliter nominatur. Propter inuictā em̄ virtutē Parthorum & Assyria: & reliquę proximę regiones nomen ab ea traxerunt. Sunt em̄ in ea Aracusia, Parthia, Media, Assyria, & Persides: quę regiones inuicem sibi cōiunctę initiū ab Indo flumine sumūt. Tygri flumine claudūtur: locis mōtuosis & asperiorib⁹ sitę: habētes fluuios Hydaspē & Ardē: sunt iter se finibus suis discretę nomina ex proprijs auctoribus ita attrahentes. Aracusia vero ab oppido suo nuncupatur. Parthiam Parthi a Schytia venientes occupauerunt: eamq; ex suo nomine nuncupauerūt. Huic a meridie mare rubrum est: a septentrione Hyrcanum salum: puto melius saltum: ab occidua Solis plaga: media regna in ea decem & octo sunt: porrecta a Caspio littore vsq; ad terras Schytarum. Assyria vocata ab Assur filio Sem: qui eam regionem post diluuium primus incoluit. Hęc ab ortu Solis Indiam: & a meridie Mediam tangit: ab occiduo Tygrim: a septentrione mōtem Caucasum: illic portę Caspię sunt. In hac regione primus vsus inuentus est purpurę: inde primo crinium & corporum vnguenta venerunt: & odores quibus Romanorū & Gręcorum effluxit luxuria. Media & Persida a regibus Medo / & Perseo cognominatę, qui eas prouincias bellando aggressi sunt. Ex quibus Media ab occasu transuerso Parthia regna complectitur. A septentrione Armenia circūdatur: ab ortu Caspios videt, a meridie Persidam. Huius terra medicam arborem gignit: quam alia regio minime parturit. Sunt autem Medię duę. Vna maior: altera minor. Persida tendens ab ortu vsq; ad Indos: ab occasu

India vnde nomē sumpsit.
Arbor nūq̄ folijs carens.
Bacch⁹
Gāgis altitudo & ꝑfundum.
Indię populi.
Pigmei
Anguillarū Indię longitudo.
Parthia
Assyria ab assur filio Sem.
Primus purpurę vsus & odoriferorū vnguētorum.

rubrū mare habet,ab aquilone vero Mediā tāgit,ab austro Carmaniā q̄ Persi de anectit:quib⁹ est Cusa oppidū nobilissimū.In persidia primū orta est ars magica:ad hāc Mēbroth gigas post cōfusionē liguarū abijt:ibiq̄ Persas ignē colere docuit.Nā oēs in partib⁹ illis Solē colūt:q ipsoꝝ ligua El dr̄.Mesopotamia gręcā etymologiā possidet: eo q̄ duob⁹ fluuijs ambiat.Nā ab oriente Tigrū habet:ab occiduo Euphraten.Incipit aūt a septētriōe iter mōtes Taurū & Caucasū,a meridie sequit̄ Babylonia:deide Chaldęa:nouissime Arabia. Babylonię regionis caput Babylon vrbs est:a qua & nūcupata est:tā nobilis vt Chaldęa:& Assyria & Mesopotamia i ei⁹nomē aliqn̄ trāsierūt.Arabia appellata.i.sacra eo q̄ sit regio thurifera,odores creās:hāc Gręci eo Dęmon:nostri beatā noīauerūt:in cui⁹saltib⁹cinamomū nascit̄:ibi est auis Phœnix/Sardonyx gēma:& hiris molochides/& pedorata iu enit̄ ibi.Ipa est & Saba a filio Chus:q nūcupat⁹est Sabath.Hęc aūt terra angusto tractu oriētē vers⁹ad Persicū sinū extēdit̄:cui⁹septētrioalia claudit Chaldęa,occasū sin⁹arabic⁹.Syriā Syr⁹ quidā phibet̄ indigena suo vocabulo nūcupasse:hęc ab oriēte fluuio/ab occasu mari nr̄o/& Aegypto termiat̄:tāgēs a septētrione Armeniā & Cappadociā,a meridie sinū Arabicū:sit⁹ ei⁹ porrect⁹in vniuersa lōgitudie:i lato angustior.Habet aūt i se p̄uicias:Comagenā,Phœniciā,& Palęstinā:cui⁹ps est Iudęa vsq̄ ad Sarracenos & Nabathęos.Comagena pria p̄uicia Syrię a vocabulo Comagęę vrbis nūcupata:q̄ ibi Metropolis habebat̄:huic est a septētrione ab ortu Mesopotamia:a meridie Syria:ab occasu mare magnū.Phœnix Cachini frater de Thebis Aegyptioꝝ in Syriā p̄fect⁹ apd̄ Sidonē regnauit: eāq̄ p̄uiciā ex suo noīe Phœniciā appellauit.Ipa est vbi est Tyr⁹:ad quā Esaias loqt̄:habet aūt ab oriēte Arabiā:a meridie mare rubrū.Palęstina p̄uincia Philistijm vrbē Metropoli habuit:q̄ nūc dr̄ Ascalon:ex q̄ ciuitate oīs circa eā regio Palęstina nūcupata est:huic ab oriēte mare rubrū occurrit:a meridiano latere Iudęa excipit̄:a septētrionali plaga Tyrioꝝ finibus claudit̄:ab occasu Aegypto limite termiat̄.Iudęa est regio Palęstinę ex noīe Iudę appellata:ex cui⁹tribu reges habuit:hęc pri⁹ Chanaā a filio Chā dicta:siue a decē Chananeoꝝ gētib⁹:qb⁹expulsis eādē terrā Iudęi initiū longitudinis ei⁹ a vico Arsa vsq̄ ad vicū Niliadā porrigit̄:i quo Iudeoꝝ pariter & Tyrioꝝ cōis habitatio est:latitudo aūt ei⁹ a mōte Libani vsq̄ ad Tyberiadis lacū extēdit̄.In medio aūt Iudęę ciuitas Hierosolyma est q̄si vmbilic⁹ regiōis toti⁹ regiōis terrę:variarū opū diues: frugib⁹ fertilis:aquis illustris:opima balsamis.Vnde scd̄m elemētoꝝ gratiā existimauerūt Iudęi eā p̄missā patrib⁹ terrā fluentē lacte & melle:cū hic De⁹ illis resurrectiōis progatiuā polliceret̄.Samaria regio Palęstinę ab oppido quodā nomē accepit:qd̄ vocabat̄ Samaria ciuitas quodā regalis in Israel,q̄ nūc ab Augusti noīe Sebastia nūcupat̄.Hęc regio īter Iudęā & Galilęā media iacet:incipiēs a vico cui nomē est Eleas:deficiēs i terra i Chiabato:situs ei⁹natura:nec vllo differēs a Iudęa.Galilęa regio Palęstinę vocata quę gignit candidiores hoīes q̄ Palęstina.Hęc aūt duplex est:superior & inferior:sibi tn̄ cōnexę Syrię & Phœnicię adhęrentes:terra eoꝝ opima & ferax:& fructib⁹fœcūda.Pentapolis regio in cōfinio Arabię & Palęstinę sita:dicta a quinq̄ ciuitatib⁹ impioꝝ:quę cœlesti igne cōsumptę sunt: terra olim vberrima:nūc aūt deserta atq̄ exusta:nā pro scelere incolarū de cœlo descēdit ignis qui regionē illam in cineres ęternos dissoluit: cuius vmbra quędam & species in fauillis & arborib⁹ ipsis etiā adhuc videt̄.Nascūtur enim ibi poma vi=

Ars magica vbi primū orta.
Mesopotamia.
Arabia fœlix.
Phœnix auis vbi sit.
Syrię p̄uincię.
Palęstina vnde dicta.
Iudęa vnde dicta.
Samaria nūc Sebastia
Galilęa duplex.
Pētapolis scelere incolarū cōsumpta

rentia sub tāta specie maturitatis, vt edēdi desideriū gignāt: si carpas fathiscūt, ac resoluuntur in cinerem, fumumq; exhalāt quasi adhuc ardeāt. Nabathęa regio a Nabayoth filio Ismael nuncupata: iacet aūt inter Iudęam & Arabiam: & surgēs ab Euphrata in mare rubrū porrigitur: & est pars Arabię. Aegyptus prius Aeria dicebatur: iā ab Aegypto Danai fratre postea ibi regnāte nomen accepit. Hęc ab oriēte Syrię ac mari rubro cōiuncta: ab occasu Libyā habet, a septētrione mare magnū, a meridie vero introrsus recedit / pertēdens vsq; Aethiopas: regio cœli imbribus insueta: & pluuiarū ignara. Nilus solus eā circūfluēs irrigat: & in vndatiōe sua fœcūdat: vnde & ferax frugibus multā partem terrarū frumento alit: cęterorū quoq; negociorū adeo copiosa est, vt impleat necessarijs mercibus etiā orbē terrarū. Finis Aegypti Canopea a Canope Menelai gubernatore sepulto in ea insula, q̄ Libyę principiū & ostiū Nili facit. Seres oppidū oriētis, a quo & genus sericū: & regio nuncupata est. Hęc a Sera vrbe / & mari Caspio ad oceanū orientalē amplectit, nobilibus frōdibus fertilis, e quibus vellera decerpūtur, q̄ cęterarū gentiū Seres & vsum vestiū prębēt. Bactrię regiōis ppriu Bactrus nomē dedit: partes huius q̄ planę sūt pronis iugis ambiūtur: q̄ aduersę sūt Indi fluuij fontibus terminat: reliqua Oxus fluuius iclu dit. Mittit Bactria fortissimos camelos nunq̄ atterētes pedes. Schytia sicut & Gothia a Magog filio Iaphet fert cognoiata: cuius terra olim fuit ingēs: nā ab oriēte India, a septētrione per paludes Męotides: iter Danubiū & oceanū, vsq; ad Germanię fines porrigebat. Postea vero mior effecta a dextera oriētis pte, q̄ oceanus Schyticus tendit vsq; ad mare Caspiū qd̄ est ad occasū: deide a meridie vsq; ad Caucasi iugū deducta est: cui subiacet Hyrcania ab occasu: hn̄s pariter multas gētes ppter terrarum infœcūditatē late vagātes: ex quibus q̄dā agros incolūt: q̄dā portētuosę ac truces carnibus humanis vescunt: & eorum sanguinē ebibūt. Schytię plures terrę sūt locupletes: inhabitabiles tn̄ plures: nā dū i plęrisq; locis auro & gēmis affluūt, gryphorum imanitate accessus hoim rarus est. Smaragdis āt optimis hęc patria ē referta: Cianeus quoq; lapis & crystallus purissimus Schytię est: habet & flumia magna: Ostorum, Facidē atq; Arexē. Hyrcania dicta a sylua hyrcana: q̄ Schytię subiacet: hn̄s ab oriēte mare Caspiū, a meridie Armeniā, a septētrione Albaniā, ac occasu Hyberiā: est aūt syluis aspera copiosa imanibus feris, tigribus, pātheris, pardisq;. de q̄ Virg. Hyrcanęq; admorūt vbera tigres. Albania a colore ppli dicta, eo q̄ albo crine nascūtur: hic ab oriēte sub mare Caspiū surgēs, per orā oceani septētrionalis: vsq; ad Męotides paludes per deserta & inculta extēdit. Huius terrę canes ingētes sūt, tanteq; feritatis, vt etiā tauros premant, leones perimāt. Armenia nūcupata ab Armeno Iasonis Thessali comite, q̄ amisso rege Iasone collecta multitudie eius q̄ passim vagabat: Armeniā cępit: & ex suo noie nūcūpauit. Sita est aūt iter Taurū & Caucasum a Cappadocia vsq; ad Caspiū mare ptotensa, hn̄s a septētrione Ceraunos mōtes: a quibus Tigris fluuius nascitur: in huius regionis vicinis mōtibus Arca post diluuiū sedisse perhibetur. Duplex autem est Armenia: superior & inferior: sicut duę Pānonię. Hiberia regio est Asię prope pontē, Armenię iuncta: in hac hęrbę tincturę vtiles nascūtur. Cappadocia vrbs nuncupata est in capite Syrię sita: ab oriente Armeniā tangit: ab occasu Asiā minorē: ab aquilone mare Cimericū: & Thenusireos cāpos quos habuere Amazones: a meridie vero Taurū montē: cui Sicilia & Isauria vsq; ad Ciliciū sinū q̄ spectat cōtra insulā Cyprū: sed terras eius ante alias nutrix quidē fluuius per eam fluit

qui quodã Lydię regna disiũxit a Persis. Alia mior ab oriẽte Cappadocia cin=
git: ab alijs partib⁹ vndiq; mari circũdať. Nã a septẽtrione Ponthum Euxinũ
habet: ab occasu Propõtidem, a meridie Aegyptiũ mare. Habet ꝓuincias Bi=
thyniã, Phrygiã, Galaciã, Lydiã, Cariã, Pãphyliã, Isuriã, Lyciã, Ciliciã. Pria
Asiæ minoris, Bythinia in pontí exordio ad partẽ solis oriẽtis aduersa Thra
cię iacet: multis ante noibus appellata. Nã pri⁹ Hebryciã dicta. Deinde My=
gdonia. Post a Bithynio rege Bithynia nũcupata. Ipa est maior Phrygia. Ni=
comedia in ea vrbs est vbi Annibal fugiẽs haustu veneni animã exspirauit.
Gala= tia. Galatia dicta a priscis Galloꝝ gentib⁹, a quib⁹ fuit nũcupata. Nã Galli a re=
ge Bithynię in auxiliũ euocati, regnũ cũ eo parta victoria diuiserũt: sicq; dein
de Grę̃cis admixti, primũ Gallogręci, nũc ex antiquo Galloꝝ noie Galatę
phrygia duplex. dicũtur: & eoꝝ regio Galatia nũcupatur. Phrygia dicta a Phrygia Cecropis
filia: hęc & Dardania ex Dardano Iouis filio dicta: de quo Homer⁹ ait. Quẽ
primum genuit cœlesti Iuppiter arce. Hic em̃ ꝓfectus a Coritho ciuitate pri=
mus venit in Phrygiã. Est aũt regio Troadi subiecta; ab aquilonis parte Ga
latię, a meridiana vicina est Lycaonię, ab oriente Lydię adhęret, ab occidente
Hellespõto mari terminať. In hac regiõe Troia est, quã ex suo noie appella=
uit Tros Troianoꝝ rex, Ganimedis pater. Duę sũt aũt Phrygię: maior & mi=
nor, Maior Phrygia Smyrnã habet: minor aũt Iliũ, Lycaoniã, & Cariã. Her=
Lydia. mus fluui⁹ discernit a Phrygia. Lydia sedes antiqua regnoꝝ, quã Pactoli vn=
da extulit ĩ diuitias torrẽtib⁹ aureis: hęc antea Męonia dicebať, q̃ cũ pro bre=
uitate duos fres reges/Lydũ & Tyrrhenũ ferre nõ posset: Tyrrhen⁹ cũ ingẽti
multitudie ꝓfect⁹, locũ Galatię occupauit: & Tyrrheniã noiauit. Lydia aũt
a Lydo regis fre, q in ꝓuincia regnauit, cognominata est: cõiũgitur aũt ab oc=
cidẽte minori Phrygię: ab ortu Smyrnã vrbẽ habet, quã Herm⁹ fluuius cin=
git: cuius cãpos Pactolus & Hermus circũfluũt arenis aureis ditissimis. Pam
Pãphy= lia. phylia Isauria ex situ loci cognominata est, ꝙ vndiq; apparata aurarũ flatib⁹
patet. Metropolim vrbẽ Seleuciã habet. Cicilia a Cilice quodã nomẽ traxit:
Cilicia. quẽ Phœnice dicũt antiquiorẽ, quia Ioue ortũ fuisse asserũt: plurima iacet cã
pis, recipiẽs ab occiduo Lyciã: a meridie mare Persicum, a tergo Montisauri
iuga: hanc Tiduus amnis intersecat: habet matrẽ vrbiũ Tharsim in ea: & Co
ricus oppidũ est: vnde crocũ plurimũ & optimũ venit: spiramine fragrãtior,
Lycia. & colore rutilãtior auro. Lycia nũcupata ꝙ ab oriẽte adiũcta sit Cilicię. Na ha
bet ab ortu Siliciam, ab occasu & meridie mare, a septẽtrione Charinam. Ibi
Mons Chimę ra. est mons Chimęra: qui nocturnis ęstib⁹ ignẽ exhalat: sicut in Cicilia Aethna
Vesuuius, & Veseuus in Campania.

¶ Cap. XVII. De situatione tertię ptis: ac aliarũ ptiũ mũdi: q̃ est Europa.

Europa vnde di cta. POst Asiã ad Europã stylũ vertã. Europa quippe Agenoris
regis Libyę filia fuit, quã Iupiter ab Aphrica raptã Cretã ad
uexit: & tertiã partẽ orbis ei⁹ noie appellauit. Iste aũt Age=
nor Libyę fili⁹, ex q̃ & Libya. i. Aphrica ferť cognoiata, vn=
Libya pri⁹ Eu ropa. apparet Libyã prius accepisse vocabulũ: postea Europam.
¶ Europa aũt in tertia orbis pte diuisa: incipit a flumie Ta=
naide descendẽs ad occasum per septẽtrionalẽ plagã, Oceanum vsq; in fines
Hispanię protẽditur. Cuius pars oriẽtalis & meridiano a Põto consurgens,
tota magno mari coniungitur: & in insula Gades finitur. ¶ Prima pars

Europę:regio Scythia inferior,q̄ a Mętidis paludibꝰ incipiens inter Danu=
biũ & Oceanũ ſeptẽtrionalẽ vſq̧ ad Germaniã porrigit̃:q̄ terra gñaliter pro=
p'er barbaras gẽtes,quibus inhabitabat̃,Barbarica dr̃.Huius pars prima Ala
nia eſt,quę ad Mętidis paludes pertingit.Poſt Dacia,vbi & Gothia.Deinde
Germania,cuiꝰ plurimã partẽ Sueui incolũt.Germania poſt Scythiã inferio
rẽ a Danubio inter Rhenũ fluuiũ & oceanũ concluſa:cingitur a ſeptẽtrione
& occaſu Oceano,ab ortu vero a Danubio,a meridie Rheno flumĩe diuiditur.
Terra hęc diues viroꝝ:& populis imẽſis & imanibꝰ.Vnde & ꝑpter fœcũdi=
tatẽ gignẽdoꝝ pploꝝ Germania dicta eſt.Gignit aues hercinias,quarũ pẽnę
nocte plucẽt.Ingentes quoq̧ feras/& vrſos/atq̧ alia parturit:mittit & gẽmas
Cryſtallũ & Succinũ/Callaicũ quoq̧ viridẽ/& Cerãnũ cãdidũ.¶Duę ſunt
aũt Germanię:ſuperior iuxta ſeptẽtrionalẽ oceanũ:iferior circa Rhenũ.Pro
uĩciarũ aũt q̄s Danubiꝰ a Barbarico ad mediterraneũ mare ſecludit:prima eſt
Meſſia a meſſiũ ꝓuẽtu vocata: vnde & eã veteres Cereris horreũ nũcupabãt.
Hęc aũt ab oriẽte oſtijs Danubij iũgitur:ab euro Thracię,a meridie Macedo
nię,ab occaſu Hiſtrię copulat̃.Poſt Meſſiã aũt Pãnonia eſt·inde Noricꝰ ager
frigidus & paſcuis fructuoſus:poſt quem Rheticus frugibꝰ ferax qui excipit
Galliã Belgicã.Thracię Tyras Iaphet filiꝰ veniens nomẽ dediſſe ꝓhibetur.
Alij a ſęuitia incolarũ Thraciã appellatã dixerũt.Huic ab oriẽte Propõtis &
vrbs Cõſtãtinopolis oppoſita eſt,a ſeptẽtriõe vero Heſter obtẽdit̃,a meridie
aũt Aegęo mari adhęret,ab occaſu Macedonia illi ſubiacet:cuiꝰ regionẽ olim
Berſoꝝ ppl's Maſſagetę/& Sarmatę/Scythę:& alię plurimę nationes icolue=
rũt.Ampla eſt eñ,ideo plurimas cõtinet gẽtes.Hebrũ fluuiũ Thracia fũdit,
q etiã gẽtes Barbaroꝝ plurimas tãgit.¶Gręcia a Gręco rege vocata,q cũctã
eã regionẽ icoluit.Sũt aũt ꝓuicię Gręcię ſeptẽ:quaꝝ pria ab occidẽte Dalma
tia:inde Epirus:inde Hella:inde Theſſalia:inde Macedonia:inde Achaia:&
duę ĩ mari Creta & Cyclades.Illyricus gñaliter aũt oĩs Gręcia eſt.¶Dalma
cia a Dalmi maxia eiuſdẽ ꝓuicię ciuitate traxiſſe nomẽ exiſtimat̃.Adhęret au
tẽ ab oriẽte Macedonię,a ſeptẽtriõe Mœſię,ab occaſu Hiſtria termiat̃,a me=
ridie vero Adriatico ſinu claudit̃.¶Epirus a Pyrrho Achillis filio nũcupata
cuiꝰ ꝑs Chaonia,q̄ ãte Moloſſia dicta ẽ a Moloſſo filio Pyrrhi,quẽ de Andro
mache habuit:ſed poſtq̄ occiſꝰ ẽ Pyrrhꝰ Oreſtis iſidijs Andromachẽ Helenꝰ
ſuſcepit:tenuitq̧ regnũ priuigni:q ſucceſſerat pr̃i:a quo Moloſſia dicta eſt ꝑs
Epiri,quã Helenꝰ poſtea a fratre Chaone,quẽ in venatu ꝑ ignorãtiã dr̃ occi=
diſſe Chaoniã noĩauit:quaſi ad ſolatiũ fratris extincti.¶Hellas dicta a rege
Heline Deucaliõis & Pyrrhę filio:a quo & priꝰ Gręci Helines nũcupati ſũt:
ipſa eſt & Attica terra Atta prius dicta.Nã Granus quidã Gręcię fuit indige
na:ex cuiꝰ filia Attis noĩe Attica terra vocata ẽ.Hęc iter Macedoniã & Acha
iam media iacet,Archadię a ſeptẽtrionali ꝑte cõiũcta.Ipſa eſt & vera Gręcia
vbi fuit Athena ciuitas,mater liberaliũ literaꝝ,& Philoſophoꝝ nutrix.Quia
nihil Gręcia habuit clariꝰ/aut nobiliꝰ:in ea eſt & Maratoniꝰ cãpus opinione
quõdã pręlij cruẽtiſſimꝰ.Helladis aũt duę ſunt ꝓuicię:Bœotia & Peloponeſꝰ
Bœotia aũt dicta ex hac cauſa dũ Cadmus filiꝰ Agenoris Europã ſororẽ a Io
ue raptã ex p̄cepto genitoris q̄reret,nec ĩueniret pr̃is irã formidãs,cõfirmato
aĩo exiliũ elegit.Nã bouis forte cõſpectę ſecutꝰ veſtigia amplexꝰ eſt ſedẽ:vbi
illa tecubuerat.Atq̧ locũ de noĩe boũ Bœotiã nominauit,vbi & Thebas vrbẽ

Schytia iferior. Barbarica. Alania Germania. Quid gignat germania. Duę germaniæ. Meſſia a meſſiũ dicta & horreũ Ceteris. Thracia a quo dicta. Dalmatia & eiꝰ ſitus. Epirus & eius partes. Helenꝰ Andromachẽ duxit vxorẽ. Atticæ terrę ſitus. Athenarũ citas. Duę helladis ꝓuincię.

Bœotia a quo dícta. Pelopõnesus. Thessalia. Ars domãdorũ equorũ. vbi pri⁹ ínuenta & solidi aurei, Alexandri magni patria. Achaia & ei⁹ situs. Archadia. Lapis q semel accẽs⁹ nũq extinguitur. Italia Magna Græcia appellata: deĩde hic Saturnia.f.vide Italię noĩa & ei⁹ ptes. Tuscia

cõstruxit,& vbi olim ciuilia bella detonuerũt,& vbi nati sunt Apollo & Hercules maior ille Thebanus. Eadẽ est Hionia vocata o fonte quodã Apollinis & Musis cõsecrato,qui i eadẽ Bœotia est. ¶ Pelopõnesus secũda ps Helladis a Pelope rege antiquę Atticę vocata. Thessalia a Thessalo rege noĩata, q̃ ad meridianã plagã Macedonię cõsecuta est. Cui⁹ a tergo Pieria est. Multa sunt in Thessalia flumina & ciuitates & oppida: inter quas p̃cipue est Thessalonica: ibi est & mõs Parnasus quodã Apollini cõsecrat⁹. Thessalia patria Achillis & origo Lapitharũ fuit, de quib⁹ fertur, q̃ hi primo equos frænis domuerunt. Vnde & Cẽtauri dicti sunt: in Thessalia primum solidi aurei facti sunt. Domandorũ quoq̃ equoꝝ vsus primũ repertus est. Macedonię in exordio ab Aematico rege Aemathię nomẽ erat, sed Macedo Deucalionis ex sorore nepos postq̃ ibi accepit pricipatũ mutauit vocabulũ, Macedoniãq̃ a suo noĩe dixit. Est autẽ cõfinis ab oriẽte Aegæo mari, a meridie Achaię, ab occasu Dalmatię, a septẽtrione Mœcię, patria Alexãdri magni, & regio aureis venis/argentiq̃ optima, lapidẽ quẽ Peantẽ vocant ista gignit. Mõs Olympus in ea est, qui excellẽti vertice attollitur, tantus vt in cacumine ei⁹ nec nubes nec venti censeatur. ¶ Achaia ab Achæo rege, & vrbs & p̃uincia appellata. Hęc pene insula est. Nã absq̃ septẽtrionali parte, qua Macedonię iũgitur, vndiq̃ septa est mari ab oriẽte Myrtoũ habet mare: ab euro creticũ, a meridie Ioniũ, ab aphrico & occasu Cassiopas insulas, a sole septẽtrionali parte Macedonię vel Atticę terrę adiũgitur. Huius caput est vrbs Corinthus Grecię decus. Inachus est Achaię fluuius. ¶ Archadia sinus est Achaię, vt platani foliũ inter Ioniũ & Aegæum mare exposita, quã Archas Iouis & Calistus filius Pelasgis in ditionem redactis ex suo noĩe Archadiã nũcupauit. Ipa ẽ Sicyõia a Sicyonio rege, a quo & regnũ Sicyonioꝝ est dictũ. Habet aũt Archadia fluuiũ magnũ Orimãthum, Abeston quoq̃ lapidẽ q semel accẽsus nũq̃ extinguit. Cãdidissimę etiã meru lę ibi nascũtur. Lacedemonia, Pãnonia ab alpib⁹ apenninis nũcupata, quibus ab Italia diuidit, regio fortis, & solo lęta, duob⁹ satis acrib⁹ fluuijs Adrano Sanoq̃ vallata. Cõiũgit aũt cũ Norico, & Rhetia, hñs ab oriẽte Mœsiã, ab euro Histriã, ab Aphrico vero alpes apẽninas: habet ab occasu Galliã Belgicã, a septẽtrione Danubij fõtẽ vł limitẽ q Germaniã a Gallia secernit. ¶ Histriã Hister amnis vocatus q ei⁹ terrã influit ipse est Danubius: habet aũt Histria a septẽtrione Pãnoniã. ¶ Italia olĩ a Grecis pplis occupata Magna Grecia ẽ appellata: deinde a regis noĩe Saturnia dicta, eo q̃ ibi Saturnus a Ioue sedib⁹ suis pulsus latuerit: mox & Latina a Latino rege dicta est. Postremo ab Italo Siculoꝝ rege ibi regnãte: Italia nũcupata est. Cui⁹ sit⁹ lõgitudine ampli⁹ q̃ latudie a Circio ad Eurũ extẽdit. A meridie Tyrrheno mari, ab aq̃lone Adriatico claudit: ab occiduo alpiũ finit iugis. Terra oĩb⁹ in reb⁹ pulcherrima, Soli fertilitate/pabuli vbertate gratissima: habet lac⁹ Benacũ, Auernũ atq̃ Lucrinũ: fluuios Heridanum/& Tyberim/& tepentes fontes, Baias: gignit gẽmas Serticem/Liguriũ & Coralliũ, Boam quoq̃ serpẽntem, lyncem feram & Diomedeas aues. Italia autẽ & Hispania idcirco Hesperię dictę, eo q̃ Greci Hespero stella nauigent, & in Italia & in Hispania, quę duę hac ratione discernũtur. Aut enim Hesperiam solam dicis, & significas Italiam: aut addis vltimam, & significas Hispaniam, quia in occidentis est fine. Tuscia pars Italiæ, Vmbria vero pars Tusciæ. Tuscia vero a frequentia sacrorum vo=

cata & Turis. Vmbriā aūt historię narrāt, eo ꝙ tpe aquosę cladis imbribus
sup̄fuerit: & ob hoc gręce Vmbria cognominata: est enī in iugis Apēnini mō
tis sita in parte Italię iuxta meridiē. ¶ Hetruria pars Italię dicta. ꝙ eiꝰ fines Hetruria.
tenebātur vsq; ad finē Tyberis. Hetruriā dictā ab Hetrusco principe putant:
idē & Tyrrhenia a Tyrrheno Lidij fratre. qui ex sorte cū populi p̄te de Meo-
nia venit ad Italiā. Hęc est & Tuscia. Sed Thusciā dicere nō debemus, quia
nusq̄ legimꝰ. Thuscia aūt a frequētia sacrificij & thuris dicta: illic & aruspi-
cia dicūtur esse reperta. Apulia vbi Brūdusiū quā & olim secuti Diomedē du
cem cōdiderūt. ¶ Cāpania habet hyeme terras atq; ęstate vernātes: Sol ibi mi Campania.
tis, grata temperies, aer purꝰ & blādus. ¶ Gallia a cādore populi nuncupata
est. Galla enī gręce lac latine dr̄. Mōtes enī & rigor coeli ab ea parte ardorē So Gallia cur dicta.
lis excludūt: quo fit vt candor corpoꝶ nō coloretur. Hāc ab oriēte alpiū iuga
tuentur, ab occasu includit oceanus, a meridie pręrupta Pyrenei, a septētrione
Rheni fluenta atq; Germania. Cuiꝰ initium Belgica / finis Aquitania. Regio
gleba huberrima ac pabulosa, & ad vsū aīantiū apta. Flumībꝰ quoq; & fontibꝰ
irrigua: perfusa duobꝰ magnis Rheno & Rodano fluminibꝰ. Habet vltra illa
plura alia flumina: vtpote Sequanā, Ligerim, Varonā, Sonā, & alia: quoꝶ no- Galliæ p̄cipua flumīa.
mina nō occurrūt. ¶ Belgis aūt ciuitas est Gallię, a qua Belgica p̄uincia di-
cta Cisalpina, qa citra alpes: Trāsalpina. i. trās alpes, cōtra septētrionē: Rhe
tia vero ꝙ sit iuxta Rhenū. ¶ Aquitania ab obliquis aquis Ligeris flumis ap-
pellata: quia ex plurima p̄te eiꝰ terminꝰ est: eāq; pene in orbē cingit. ¶ Hispa- Hispania.
nia prius ab Hibero amne Hiberia nūcupata est. Postea ab Hispero Hispa-
nia nūcupata ē. Ipa est & vera Hesperia a Hespero stella occidētali dicta. Sita est
aūt inter Aphricā & Galliā a septētrione, Pyreneis mōtibꝰ clausa. A reliquis
partibus vndiq; mari cōclusa. Salubritate coeli ęqualis, oīm frugum generibꝰ
foecunda, gemmarum / metallorū copijs ditissima. Interfluunt eam flumina: Hispaniæ flumina.
Boetis. Mineus, Hiberus, & Tagus: aurum trahēs vt Pactolus. Habet p̄uin-
cias sex: Taraconēsem, Carthaginēsem, Lusitaniā, Gallaciā. Bethicā: & trās
fręta in regiōe Aphricę Tingitaniā. Duę aūt sunt Hispanię. Citerior quę in
septētrionis plagā a Pyteneo vsq; ad Carthaginē porrigitur. Vlterior quę in
meridiē a Celtiberis vsq; ad Gagitanū frętū extenditur. Citerior aūt & vlte-
rior dicta quasi citra & vltra. Sed citra quasi circa terram: & vltra vel ꝙ vlti-
ma: vel ꝙ nō sit post hanc vlla: hoc est alia terra.

¶ Cap. XVIII. De Aphrica & eius partibus.

Libya dicta ꝙ inde Libs flat: hoc est vētus Aphricꝰ. Alij aiunt Libyā cur.
Epaphū Iouis filium, qui Memphim in Aegypto cōdidit ex
Cassiota vxore ptocreasse filiam nomine Libyā. Quę postea
in Aphrica regnū possedit. Cuius ex nomine terra est Libya
appellata. Aphricam autem nominatā quidā inde ęstimant Aphrica cur.
quasi Apricam, ꝙ sit aperto coelo vel Sole & sine horrore fri
goris. Alij dicūt Aphricā appellari ab vno ex posteris Abrahę de Cetura qui
vocatus est Apher: de quo supra meminimus. Incipit autem a finibus Aegy-
pti pergens iuxta meridiem per Aethiopiā vsq; ad Athlantem montem. A se-
ptētrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta claudit̄: & in Gaditano Aphricę p̄uincię.
fręto finit̄: habēs p̄uincias Libyā Cyrenēsem, Pentapolim. Tripolim, Bizātiū
Carthaginē, Numidiā, Mauritaniā Sitisēsē, Mauritaniā Cęsarieñ. Maurita

niā Tingitanā,& circa Solis ardorē, Aethiopiā. ¶ Libya Cyrenēsis,in partibus Affricę,prima est a Cyrene vrbe metropoli,quę in eius finibus nuncupata. Huic ab oriente Aegyptus est,ab occasu Syrtes maiores, & Troglodite,a septētrione mare libycum,a meridie Aethiopia/& Barbarorū varię nationes, & solitudines inaccessibiles,quę etiam Basilicos serpentes creant,Pentapolis gręca lingua a quinq; vrbibus nuncupata:id est Cyrene/Beronice/Appollonia/Ptholemais/& Veronice,a regibus nominatę sunt. Est autem Pentapolis Libyę Cyrenensi adiuncta,& eius finibus deputata. ¶ Tripolitanā quoq;

Tripolitana. prouinciam Gręci lingua sua signant de numero triū magnarū vrbiū:Ocea, Taberce,Ieptis magna. Hęc habet ab oriente Syrtes maiores & Trogloditas a septētrione mare adriaticū,ab occasu bizantiū,a meridie Getulos & Garamantas, vsq; ad oceanum æthiopicū protendentes. Bizancena regio ex duobus nobilissimis oppidis nomē sortita est,ex quibus vnū Adrometus vocatur bizantiū. Hęc sub Tripoli est patens passuū ducenta vel ampli⁹ millia, fœcunda oleis & glebis:ita prępinguis,vt iactata ibi semina pene centesima

Zeugis frugis renascātur. Zeugis vbi Carthago ipsa & Affrica iter Bizantiū & Numidiā sita,a septētrione mari Siculo iuncta:& a meridie vsq; ad Getulorū regionē porrecta. Cuius proxima quęq; frugifera sunt,vlteriora autē bestijs &

Getula serpētibus plena/atq; onagris magnis in deserto vagantibus. Getula aūt pars Affricę mediterranea est,Numidia ab incolis passim vagantib⁹ sic vocata,q nullā certam habent sedem. Nā lingua eorū incertę & vagę sedes Numidiæ dicuntur. Incipit aūt a flumine Anusiga,& in Zengitanū limitem desinit,habens ab ortu Syrtes minores,a septētrione mare quod intēdit Sardiniam, ab

Mauritania. occasu Mauritaniā Sitisensem,a meridie Aethiopū gentes: regio campis pręinguis. Vbi aūt est syluestris feras educat,vbi iugis ardua equos & onagros producit:eximio etiam marmore pędicatur,quod Numidicū dicitur. Habet autē vrbes pręcipuas Hipponē regiū & Subsicadā,Mauritania vocata a colore popu lo℞. Gręci eñ nigrū maurū vocant. Sicut eñ Gallia a candore populi:ita Mauritania a nigro colore nomē sortita est,cui⁹ ꝓuincia prima Mauritania Sitisensis est,quę Sitiphi habuit oppidum,a quo & vocabulum traxisse regio perhibetur. Mauritania vero Cęsarieñ Colonię Cęsareę ciuitas fuit, & nomen prouincię ex ea datū est: vtręq; eñ prouincię sibi coniunctę ab oriēte Numidiā habēt,a septentrione mare magnū,ab occasu fluuiū Maluā,a meridie montē Astrixim,qui discernit inter fœcundā terrā & arenas iacētes vsq; ad oceanū Mauritanię. Tingitania a Tingi metropolitana huius ꝓuincię vocata est. Hęc vltima Affricę exurgit,a montibus septem habens ab oriēte flumina,Maluā a septētrione,fretum Gaditanū ab occiduo, oceanū athlanticū a meridie,Gaulanū gentes vsq; ad oceanū Hesperiū pererrātes,regio gignēs feras,simias /dracones/& struthiones, olim etiā & elephātis plena fuit,quos

Garamātes. sola nunc India parturit. ¶ Garamātis regionis caput Garama fuit. Est aūt inter Cyrenensem æthiopiā, vbi est fons qui friget calore diei,& calet frigore

Aethiopia. noctis. ¶ Aethiopia dicta a colore populorū,quos Solis vicinitas terret. Deniq; vim syderū prodit hominū color. Est eñ ibi iugis ęstus:nā quicquid eius est,sub meridiano cardine est. Circa occiduū autē mōtuosa est,arenosa in medio,ad orientalem vero plagam deserta,cuius situs ab occiduo Athlātis montis ad orientem vsq; in Aegypti fines porrigitur:a meridie Oceano,a septē-

trione Nilo flumine clauditur, plurimas habens gentes, diuerso vultu & menstruosa specie horribili. Ferarum quoq; & serpentiū referta est multitudine, illic quippe rhinoceros bestia / & camelus / pardus / & basiliscus / dracones ingētes, ex quorū cerebro gēmę extrahūtur, hyacinthus & chrysopassus ibi reperiuntur, Cinnamomū ibi colligitur. Duę sunt aūt Aethiopię. Vna circa ortū solis. Altera circa Mauritaniā. Extra autē tres partes orbis, quarta pars trans oceanū interior est in meridie, quę solis ardore incognita nobis est. In cuius finibus Antipodas fabulose produntur inhabitare. Proxima autem Hispaniæ Mauritania est. Deinde Numidia. Inde regio Carthaginēsis. Postq; Getulia. Deinde loca exusta solis ardoribus. ¶ Sciendū sane q̄ quædam prouincię primū de nomine authoris appellatę sunt. Postea a prouincia gentis nomen factum est. Nam ab Italo Italus, & rursus ab Italia Italus: & sic vtuntur ipso nomine gentis: quomodo fuit ipsum nomen authoris: inde deriuatum est nomen prouincię, accidit ab vno nomine nominari, & ciuitatem / & regionem / & gentem. ¶ Prouincię autē hac ex causa vocabulum acceperunt. principatus nāq; gentium qui ad alios reges pertinebat, cum in ius suū Romā vincendo reducerent: procul positas regiones, prouincias appellauerunt. Patria autem vocata q̄ cōmunis sit omni qui in ea nascitur. Terrā autem significari vt prędixim9 elementum. Terras aūt singulas partes, vt Affricam / Italiam / eadem & loca. Nam loca & terræ spatia in orbe terrarum multas in se continent prouincias. Sicut in corpore locus est pars vna, multa continens mēbra in se, sicut & domus multa habens in se cubicula, sic terrę & loca dicuntur terrarum spatia, quorū partes sunt ꝓuincię. Sicut in Asia Phrygia, in Gallia Rhetia, in Hispania Bethica ꝓuincię Asię, Phrygia Troia Phrygię illi9 ciuitas Troiæ. Itē regiones partes sunt prouinciarū, quas vulgus cōuentus vocat: sicut in Phrygia Troia: sicut in Galatia, Cantabria, Asturia: a rectoribus autem regionum regio nuncupata est, cuius partes territoria sunt. Territoriū autem vocatū quasi tauritorium tritū bobus & aratro. Antiqui enī sulco ducto & possessionū & territoriorum limites designabant.

¶ Cap. XIX. De Origine gentium.

SIc autem orbis regionibus particulatim specificatis, calamus vertendus est ad Mēbroth, Iectā, & Suphene: quippe quibus sine causa de Arcu pluuiali diluuiū timebatur, cum securitatis fœdus iam pepigisset Dn̄s. In cuius fœderis signū Arcus pluuialis in nubibus est positus: qui licet sex videatur habere colores, duos in veritate pricipaliter habet, duo iudicia repręsentantia. Ceruleus quidē color exterius, qui aquosus est: aquę iudiciū prætéritum figurat, ne amplius timeatur. Rubeus vero color interius: futurum per ignem iudiciū significat, vt certo expectetur. ¶ Prędictus Heber genuit Phaleth, Phaleth genuit Ragau: sub isto exordiū habuit Schytarū regnū: quod licet sit vetustissimū, tn̄ quia barbarum est, inter principalia regna minime cōputatur. De hoc regno scribit Iustinus lib. ij. Viri Schytarū regnū Parthos & Bactrianos: fœminę vero Amazonū regna condiderūt. Ragau vero anno vitę suæ. xxxij. & secundę ætatis. clxiij. genuit Saruch: sub hoc ortum habuit regnū Aegypti, quę primo Aeria dicebatur: sed ab Aegypto tunc ibi regnante nomen accepit: quod durauit vsq; ad tempora Octauiani Augusti: nō tamen

Duę æthiopię

Iterum de arcu pluuiali.

Schytarum regnū qn̄ cœpit. Iustin9. amazonū origo.

Vide regni Aegyptiorū mutationē

continue:ſed quibuſdam interruptionibus ibi factis: cuius regni primus rex fuit Zores. Aduerte tamen ꝙ a tempore natiuitatis Abrahę regnauerunt in ęgypto Tebęi annis.cxc.Deide paſtores qui Pharaones dicti ſunt ānis.ciij. Poſt regnauerunt.xv.reges.cccl.Conſequenter ægyptij vti inceperunt impe ratoribus:& habuerunt ſucceſſiue quinq; qui regnauerunt annis.cxliiij. Poſt illos venerunt Diapolitani.& illi imperauerunt annis.clxxv. Poſt illos venerunt.xxiiij.imperatores qui regnauerunt.ccccccxxxiij.anis,quibus completis obtinuit Aegyptum Cambiſes ,qui & Nabuchodonoſor : & ſic finitum eſt regnū ægyptiorū vſq; ad tempus Ataxerſis qui & Aſſuerus.❡Et nota ꝙ ęgyptij qui eorum potētatu vſi ſunt dinaſtijs(vt ſcriptitāt Hiſtoriographi) in eorum fuere dominio vigintiquatuor dinaſtię:id eſt vigintiquatuor poteſtates.Soruch prędictus āno vitę ſuę triceſimo genuit Nachor:ſub hoc orta ſunt dno regna:ſcilicet Aſſyriorum & Sicioniorum,quorum primus rex Aſſyriorum fuit Belus,qui regnauit annis.lxv.quē Aſſyrij eo vita functo deū nominauerunt Saturnum.Sortiturq; nomina ſcđm linguarū varietatem:nam alij Bel eum vocant:alij Baalin:alij Beelphegor:aut Belz ebuch.Secūdus fuit Ninus filius Beli,cui ſucceſſerunt reges:& durauit.M.ccxl.annis. Regnū autē Sicioniorū vbi fuerunt reges durauit.xxvj.annis.Alij autem dicunt ipſos regnaſſe ānis.dccclxxij.& durauit vſq; ad annū Hely ſacerdotis.Poſt illos cōſtituti ſunt ſacerdotes carnij,qui carni pręofferendę pręfuerūt per annos.xxxiij.

Dinaſtiæ ægyptiorū.

Belꝰ primꝰ rex aſſyriorū,q & ſaturnꝰ dictꝰ ē.

Carnij ſacerdotes.

❡Secunda ætas finita eſt in natiuitate Habrahę.

❡Nachor autem genuit Thare. Thare autem anno vitę ſuę genuit Habraā: in quo Thare ſecunda ętas finita eſt: & habuit initium tertia,quę incipit ab Abraam & durauit.ccxij.annis ſecundum Hebręos:ſcđm alios.lxxij.annis.

Tertia ętas.

❡Cap̄.XX.De Filijs Noe & gentibus ab eis productis.

ET quoniā paulo ante dictum eſt ꝙ a tribus Noe filijs:ſcilicet Cham,Sem,& Iaphet: ſeptuagitaduę generationes ſiue gētes exortę ſunt. Vt ſingulę gētes ab eis progenitę innoteſcāt. eſt ſciendum ꝙ filij Sem quinq; ſingulariter gentes procreauerunt:quorum Elam primus,a quo Elamitę principes Perſidis.Secundus Aſſur,a quo Aſſyriorū pullulauit imperium. Tertius Arphaxat,a quo gens Chaldęorū exorta eſt. Quartꝰ Lidus ſiue Lid a quo Lidij.Quintꝰ Aram a quo Syri,quorum Metropolis Damaſcus.❡Filij Aram,nepotes Sem quatuor:Hus,Ethel,Gethel,& Meſa.Hus Traconitidis cōditor,qui īter Palęſtinā & Syriā tenuit pricipatū:vnde fuit Iob ſcđm ꝙ ſcriptū eſt:Vir erat ī terra Hus. Secūdꝰ Hul,a quo Armeni. Tertiꝰ Gethel,a quo Bractriani.Quartꝰ Meſa:a quo ſūt ij q vocātur Meones poſteritas Arphaxat filij Sem.Heber nepos Arphaxat,a quo Hebręi.Iectan filiꝰ Heber,a quo Iudęorū orta eſt gēs.Aleph filiꝰ Iectan.Iſmael filiꝰ Abrahā,a quo Iſmaelitę q nūc corru pto noie Sarraceni q̄ſi a Sarra,& agareni quaſi ab Agar. Nabath filiꝰ Iſmael,a quo Nabathęi q ab Eufrate ī mare rubrū inhabitāt. Moab ab Amon filij Loth,a quo Moabitę & Amonitę. Edon filiꝰ Eſau,a quo Edumęi.Hę ſunt gentes quę de ſtirpe Sem deſcenderunt poſſidentes terram meridianam ab ortu Solis vſq; ad Phenires.❡Filij Chani quatuor,ex quibus ortę ſunt hę gētes.Chus a quo ꝓgeniti ſunt Aethiopes.Hic fuit pater Mēbroth qui primus accepit principatum ſuper fratres ſuos.Meraim a quo Aegyptij

Filij arā q̄tuor.

Iob ortus.

Origo Iudęorū

Iſmael a quo Iſmaelitę

Nabath a quo nabathęi.

Chus.

perhibentur exorti. Futh a quo Libij, vnde & Mauritaneus fluuius vsq; in pręsens Futh dicitur, omnesq; circa eum regiones Futhęses vocatur. Chanaam a quo Aphri & Phoenices / & Chananęorum gentes. Item ex nepotibus Cham filius Chus, Saba & Euilath / Sabath regina Saba thura. Saba a quo progeniti & appellati Sabęi: de quibus Virgilius. Solis & thurea virga Sabęis. Hi sunt & Arabes. Euilath a quo Getuli in parte remotioris Aphricę æremo cohęrentes. Sabath a quo Sabatheni, qui nunc Vstabari nominātur. Regina vero & Saba & Chusa paulatim antiqua vocabula perdiderunt, & quę nunc a veteribus habeant ignorātur filij: Regina Saba / & Dadan. Hic Saba per sim literam scribitur in Hebręo. Ille autem superior Saba per Sameth, a quo appellatos Sabęos: interpretatur autem nunc Saba Arabia Dadan, a quo est gens Aethiopię in occidentali plaga. Filij Mesraim Labij a quo Labij, qui quondā Futhęi vocabātur. Collim a quo Philistini quos veteres Allophilos: nos modo corrupte Palęstinos vocamus. Cæterę sex gentes ignotæ sunt, quę a bello Aethiopico subuersę sunt: vsq; ad obliuionem pręteritorum nominum peruenerunt filij Chanaam vndecim, a quo Chananęorū gens, quorum terram his expulsis Iudęi possiderunt. Quorū primogenitus Sidon, a quo Sidones. Vnde & vrbs in Phoenice Sidon vocatur. Secundus Eth, a quo Ethęi. Tertius Iebus a quo Iebusęi. Quartus Amorrhęus, a quo Amorrhęi. Quintus Gergesęus, a quo Gersesęi. Sextus Eneus, a quo Enei: ipsi sunt & Gabeonitę a ciuitate Gabaon, qui supplices venerunt ad Iesum filium Marię. Septimus Aratheus qui Arthes condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm. Octauus est Aseneus, de quo Asenei. Nonus Aradius, a quo Aradij sunt: qui Sardum insulam possederunt angusto freto a Phoenicis litore separatā. Decimus Amatheus, a quo Syrię nobilis ciuitas quę vocatur Coelis. Vndecimus Samatheus, vnde Samathei. Hę sunt gentes de stirpe Chayn, quę a Sidone vsq; ad Gaditanum fretum omnem meridianā partem tenent. ¶ Filij igitur Iapher septem nominātur. Gomer, a quo Galathę id est Galli. Magog, a quo arbitrātur Scythas & Gothos traxisse originem. Meday, a quo Medos existere putāt. Ionam, a quo Iones, qui & Gręci, vnde & mare Ioniū. Thubal a quo Hiberi qui & Hispani: licet quidā ex eo & Italos suspicāt. Mosoth, a quo Cappadoces, vnde & vrbs apud eos Mazaca dicitur. Tyras, a quo Thraces: quorū nomie immutatum vocabulū est quasi Thraces. filij Gomer: nepotes Iaphet. Astenegas, a quo Sariatę, quos Greci Rheginos vocāt, a quo Riphaat Paflagones. Tigtā a quo sūt phryges. ¶ Filij Ionā Elissa, a quo Greci Elissei, q vocātur Aeolides. Vnde & ligua quita Gręcię Aeolis appellatur. Tarsis, a quo Cilicia, vt Iosephus arbitratur. Vnde & Metropolis ciuitas eorū Tharsis dicitur. Chetim, a quo Chethęi id est Cyprij, a quibus hodie vrbs Cithium nominatur. ¶ Dodaim a quo Rhodij. Hę surgentes de stirpe Iaphet, quę a Tauro monte ad aquilonem mediam partem Asię, & omnem Europā vsq; ad Oceanum Britānicum possident, nomina & locis / & gentibus relinquentes: de quibus postea immutata sunt plurima. Cætera permanent vt fuerunt. Nā multarum gentium vocabula partim permāserunt: ita vt hodie quędam appareāt vnde sunt deriuatę: sicut ex Assur Assyrij, ex Heber Hebręi. Partim vero temporis vetustate ita sunt mutata: vt vix homies doctissimi antiquissimas historias perscrutantes: nec omnium, sed aliquorum ex istis nationes gentium po=

Futh a quo & fluuius & regiones propinqui noiant.

Filij chanaā

Filij Iaphet.

Elissa.

Chetin

fuerunt inuenire. Nã φ filio ex Cham qui vocatur Meffraym Aegyptij sunt exorti. Nulla hic resonat origo vocabuli: sicut nec Aethiopum, qui dicũtur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerẽtur plura tñ gentium tam mutata q̃ manentia vocabula apparent: ex quibus postea vocabula diuersa dedit ratio. Nãq; Indi ab Indo flumine dicti sunt, qui ab occidentali parte eos includit. Seres a proprio oppido nomen sortiti sunt, Schytarum gens: apud quos arbores sunt quę non solum folia sed lanã tenuissimã proferunt: nã ex earũ frondib⁹ caniciẽ depectunt aqua perfusam: ex quo vellere vestimenta conficiunt, quę serica appellãtur. De quibus est illud. Igno ti facie sed noti vellere Schytę. Hęc Schytarum gẽs (vt ait Iustinus) antiquissima semp habita est: ob id quod editior eorũ terra sit: adeo vt cuncta hincinde flumina esse dicerent: existimãtes illi quidem rerum principium illuuiẽ fuisse aquarum. De quibus ample loquitur Iustinus libro secundo historiarum. Horum inter fines Indi: neq; etiã agrum exercẽt: nec domus ibi vlla/aut tectum/aut sedes est: Armenta & pecora semper pascentibus: & per incultas solitudines errare solitis: vxores/liberosq; secum in plaustris vehũt: quibus corijs imbrium/hyemisq; causa tectis, pro domibus vtũtur: iustitia gentis ingenijs culta/non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius. Aurum & argentum perinde aspernanť: ac reliqui mortales appetũt. Atq; vtinã reliquis mortalib⁹ simul moderatio & abstinẽtia alieni foret. Gãgaridę ppli sunt inter Assyrios, Indosq; habitãtes circa Gangẽ fluuium: vnde etiã & Gãgaridę nũcupati sunt. Hircani dicti sũt a sylua Hircanica: vbi sũt plurimę tygres. Bactriani Schytę fuerunt qui suorum factione sedibus suis pulsi: iuxta Bactron orientis fluuium consederunt. Ex cuius vocabulo & nomen sortiti sunt. Huius gẽtis rex fuit Zoroastres/inuentor Magicę artis. Parthi quoq; & ipsi ex Schytis originem trahunt. Fuerunt enim exules eorũ: quod etiã eorũ vocabulo manifesta-
Parthi. tur. Nã Schytico sermone Parthi exules dicũtur. Hi similiter & Bactriani domesticis seditionibus pulsi Schytia solitudines iuxta Hircaniã primum furtim occupauerunt. Deinde plęraq; loca finitima vi armorũ possederunt & vir-
Medi. tute. Assyrij ab Assur filio Sem vocati: gens potentissima, quę ab Eufrate vsq; ad Indorum fines omnem in medio tenuit regionem. Media rege suo cognominati putantur. Nãq; Iason Peliaci regis fili⁹ a filijs Pelię Thessalia pulsus est, cum Medea vxore sua, cuius fuit pręuignus. Medus rex Atheniensiũ, qui post mortem Iasonis orientis plagã perdomuit: ibiq; Mediam vrbem condidit/gentemq; Medorum nomine suo appellauit. Sed inuenimus in Genesi φ Meday auctor gentis Medorum fuit: a quo & cognominati: vt superius dictũ est. Persę autem ante Cyrum ignobiles fuerunt: & nullius gentes nominis ha-
chaldęi. bebantur. Medi semper potentissimi fuerunt. ¶ Chaldęi qui nũc Chaldęi vocantur, a Chaseth filio Nachor fratris Abrahę cognominati sunt: ipsi sunt & Arabi: quia in montibus Arabię sunt Teribanus & Antelibanus, vbi thura
Syri. colliguntur. ¶ Syri a Surim vocati perhibentur, qui fuit nepos Abraam ex Cetura, quos aũt veteres Assyrios: nũc nos vocamus Syros a parte totũ appel
Hebręi lãtes. ¶ Hebręi sunt vocati ab Heber, q pronepos fuit Sem. Israelitę vero ab Israel filio Ysaac. Nam Patriarcha Hebtęorum fuit Israel, a quo duodecim Iudęorum tribus Israel vocabulum sortitæ sunt. Iudæis autem scissurã decem tribuum nomen imposuit. Nam ante Hebręi siue Israelitę nuncupabãtur: ex

quo autem in duo regna populus Dei est diuisus: tunc duę tribus quę de stirpe Iuda reges habebãt, Iudęorum nomẽ sortitę sunt. Reliqua pars decẽ tribuũ quę in Samaria regem sibi constituit, ob populi magnitudinem & pristinum nomen retinuit Israel. ¶ Samaritanorum gẽs sumpsit exordium ab Assyrijs qui transmigrati habitauerunt in Samaria, qui latine interpretantur custodes eo ꝙ captiuato Israel isti in terrã regionis eorum ad custodiam collocati sunt. Phœnix Cadmi frater de Thebis Ägyptiorũ in Syriam profectus apud Sidonem regnauit: eosq; populos ex suo nomine Phœnices, eãq; prouinciam Phœniciã nũcupauit. ¶ Sidones aũt a ciuitate quę vocatur Sidon traxisse vocabulum perhibenť. ¶ Sarraceni dicti vel quia ex Sarra genitos prędicãt se: vel sicut Gentiles aiũt, ꝙ ex Syriorum sunt origine quasi Syrigenę: hi per amplã ambulant solitudinem. Ipsi sunt & Ismaelitę (vt liber Geneseos docet) ꝙ sint ex Ismaele: ipsi Agareni ab Agar, qui (vt diximus) peruerso nomine Sarraceni vocãtur: quia ex Sarra se genitos gloriãtur. ¶ Philistęi ipsi sunt Palęstini: quia /p/ literam sermo hebręus non habet: sed pro eo /phi/ gręco vtũtur: inde Philistęi pro Palęstinis dicuntur a ciuitate vtiq; sua. Idẽ Allophyli: id est alienigenę: quia semper fuerunt inimici Israel, longe ab eorum genere & societate separati. ¶ Chananęi appellati de Chanaan filio Cham: quorum terram Iudęi possederũt. Ex cuius origine fuit Emor pater Sychen, a quo Amorrhęi sunt vocati. Aegyptij ab Aegypto quodã rege suo nuncupati sunt. Nã antea Aerij dicebãtur. Interpretãtur autem lingua hebraica Aegyptij affligẽtes / eo ꝙ afflixerunt populum Dei priusꝙ diuino auxilio liberarentur. ¶ Armenus ex Thessalia vnus numero ducum Iasonis, qui Colchos profecti sunt: recollecta multitudine, quę amisso rege passim vagabatur, Armeniã condidit / gentiq; ex suo vocabulo nomẽ dedit. ¶ Limes est Persicus, qui Schytas ab eis diuidit Schyta cognominatus, a quo limite Schytę a quibusdã perhibentur vocati, gens antiquissima semper habita: hi Parthos, Bactrianos vicerunt, fœminę autẽ Amazonum regna condiderunt. ¶ Massagetę ex Schytarum origine sunt: & dicti Massagetę quasi graues .i. fortes gethę. Nam sic Liuius argentum graue dicit id est massas. Hi sunt qui inter Schytas atq; Albanos septẽtrionalibus iugis inhabitãt. ¶ Amazones dictę sunt seu ꝙ simul viuerẽt sine viris quasi Amazon: siue ꝙ adustis dextris mãmis essent, ne sagittarum iactus impediretur. Has dicunt iã non esse ꝙ eorum gentes partim ab Hercule, partim ab Achille vel Alexandro, vsq; ad internitionem deletę sunt in partibus Asię. Schytæ sunt gentes quæ posteri Iasonis esse creduntur: albo crine nascuntur ab assiduis niuibus, & ipsius capilli color genti nomen dedit: inde dicũť Albani. Horũ glauca picta oculis inest pupilla, adeo vt nocte plusꝙ die cernãt. Albani autem vicini Amazonum fuerũt: Vgnos ante hunos vocatos postea a rege suo Abares appellatos, qui prius in vltima Męotide inter glacialem Tanaim & Massagetarum immanes populos habitauerunt. Deinde per nicibus equis Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibentes ruperunt: & orientem annis .xx. tenuerunt captiuũ, & ab Aegyptijs atq; Aethiopibꝰ annuum vectigal exegerunt. ¶ Troianorũ gens antea Dardana a Dardano rege nominata. Nam Dardanus Iasiusq; fratres a creta profecti: ex his Iasius ad Thraciã, Dardanus ad Phrygiam peruenit: ibiq; primus regnauit. Post quẽ filius eiꝰ Erycthoniꝰ: deinde nepos eius Tros, a quo Troiani nũcu

Samaritani. Sidões. Sarraceni. Philistęi. Chananęi. Aegyptij. Massagetę. Amazones.

Galatę pati sunt. Galatę Galli esse noscuntur, qui in auxilium a rege Bithynię euocati regnum cum eo peracta victoria diuiserunt. Sicq; deinde Gręcis admixti: primum Gallogręci, nunc ex antiquo Galloꝝ nomine nuncupātur Galatę. Gręci antea Thessali a Thessalo: postea a rege Gręco Gręci sunt nūcupati: nā Gręci proprie Thessali sunt. Laphitas aūt gentes Thessalię fuisse aiunt circa Pollion amnē inhabitantem a Laphita Apollinis filia nuncupatos. Sciciones sunt Gręci nuncupati a rege Scicione. Hi primum Agialei vocabātur a rege Agialeo, qui primus imperauit Scicionib⁹: a quo & Agialea ciuitas nūcupata est, quę Pellopensis vocatur: vel Peloneus a Pelope rege suo. Ipsi sunt & Archades ab Archadię Iouis & Calistę filio dicti Danai a Dano rege vocati: idem & Argiui ab Argo conditore cognominati. Postq̄ aūt rex Gręcoꝝ Apis mortuus est: huic filius Argus successit in regnū: & ideo Argiui appellati sunt: qui etiam ab eis post obitum vt Deus haberi cœpit templo & sacrificio honorat⁹. Atheni qui Athini ab Antheo Iouis filio dicti Pelasgi nominati: quia cum velis tensis verno tempore aduenisse Italiā nisi sunt vt aues: primo eñ eos Varro Italia expulsos fuisse commemorat. Gręci vero Pelasgos ab Iouis & Larissę filio perhibent dictos. ¶ Mirmidones sunt Achillis socij, Dolopes Pyrrhi: dicti autem Mirmidones propter astutiā quasi mirmicę id est formicę. Eratosthenes dicit Mirōdones a Mirōdono duce Iouis & Eurymedusę filio: Cecropi Atheniensiū regi successit Agranus cuius filia Attis nomen & regioni & genti dedit: & ex ea Attici cognominati, qui sunt Athenienses. Ion vir fortis ex suo nomine eosdē Atheniēses vocauit Iones. ¶ Macedones a nomine Macedonis regis antea nuncupati sunt: postea Macedonę dicti a Macedone rege Deucaliōis Marcerij nepote. Epirotę a Pyrrho Achillis filio pri⁹ pyrrhidę: postea vero a Pyrrho rege ad Italiam transire pręsumpserunt. Dorus Neptuni filius fuit, vnde Dori & originem & nomen dicūt. Sunt autem partes Gręcię gentis, ex quibus etiā cognominata est tertia lingua Gręcoꝝ quę Dorica appellatur. ¶ Lacedęmones a Lacedęmone Semelę filio dicti: hi diu perseuerantes in bello contra Messenos veriti, ne diuturnitate pręlij spem prolis amitterent: pręceperunt vt virgines eorum cum iuuenibus domi relictis concūberent: sicq; ex promiscuo virginum & maritorum concubitu virgines de incertis parentibus nati ex nota materni pudoris Sparthani vocati sūt: nā ipsos eē Spartanos quos & Lacedęmones affirmāt. Sparthanos vero propter repētinos aduersus Cadmum incursus quasi de terra cōtractos: & ex omni parte confluitos ita vocatos. Thraces ex filio Iaphet qui vocatus est Tyras, & orti & cognominati perhibentur (vt superius dictū est) licet gentiles eos ex moribus ita dictos existimant q̄ sint truces: seuissimi eñ omnium gentium fuerunt, vnde & multa de eis fabulosa memorātur q̄ captiuos dijs suis libarēt, & humanū sanguinē in ossib⁹ capitū potare soliti essent. De quibus Virgilius. Heu fuge crudeles terras, fuge lit⁹ auarum quasi crudelium & auarorum. istorum gens a Colchis ducit originem qui missi ad Argonautas persequēdos vt a Ponto recesserunt: intrauerunt Histriō fluuiū amnis siue fluminis, a mari recesserūt appellati sunt. ¶ Romani a Romuli nomine nūcupati, qui vrbem Romanam condidit, gentiq; & ciuitati nomen dedit. Hi autem a Saturno Saturniani, a Latino Latini vocati sunt. Nam Latinus Italię rex fuit, qui ex suo nomine Latinos nominauit seu appellauit, qui postea

Marginal notes: Galatę — Mirmidones. — Macedones. — Lacedæmones. — Romani.

nuncupati sunt Romani. Hi & Quirites dicti, quia Quirinus dictus est Ro=
mulus, quia semp hasta vtebatur quę Sabinoꝝ ligua quiris dicitur. ¶ Italus Itali.
quoq; Sabinus & Sicanus fratres fuerunt: ex quibus nomina populis imposi=
ta & regionibus sunt. Nam ab Italo Itali, a Sabino Sabini, a Sicano Sicani co
gnominati sunt: qui & Siculi id est Cicilienses. ¶ Tusci Italię gens est a fre= Tusci.
quentia sacrorum & thuris vocata. ¶ Vmbri Italię gens: scilicet Galloꝝ ve= Vmbri
terum propago qui Apeninum montem incolunt: de quibus historię perhi=
bent eo ꝙ tempore aquosę cladis imbribus superfuerunt: & ob hoc Vmbros
gręce nominatos. ¶ Marsi gens Italię dicta a comite Liberi Marsia: qui vsum Marsi.
illis vitium ostendit: & ob hoc statuam illi fecerunt, quã postea Romani victi
Marsis tulerunt. Marsos autẽ Gręci Tuscos vocãt. Gothi a Magog filio Ia= Gothi.
phet nominati putãtur de similitudine vltimę syllabę: quos veteres magis Ge
tas q̃ Gothos vocauerunt: gens fortis, & potentissima corporis mole, ardua
armorum genere terribilis, de quibꝰ Lucanus. Hinc Dacius premat, inde Ge=
tis occurrat Iberis. Daci autem soboles Gothorũ fuerunt quasi Dagos, quia Daci.
de Gothorum stirpe creati sunt: de quibus ille. Ibis Aretos procul vsq; Da=
tos. Bessi Barbari fuerunt, qui a multitudine boum sic vocati creduntur. Si=
pedes pedestri prelio magis q̃ equestri sunt vsi: ex hac causa sunt vocati Sar=
matę: patentibus campis inequitabãt: armati priusq̃ eos Lentulus Danubio
ꝓhibebat: atq; inde a studio armorum Sarmatę nuncupati existimantur. La=
nus fluuius fertur vltra Danubium a quo Alani dicti sunt: sicut & populi in=
habitãtes iuxta Lemãnum fluuium Almãni vocãtur. De quibus Lucanꝰ. De
seruere cano tentoria fixa Lemãno. Longobardos vulgo fertur nominatos a
prolixa barba, & nunq̃ tonsa. Vvadalitus amnis ab extremis Gallię erũpens
iuxta quẽ inhabitasse & ex eo traxisse nomen Vvandali perhibentur. ¶ Ger= Germa
manię gens dictę ꝙ sint imania corpora / imanesq; nationes / sęuissimis dura= ni.
tę frigoribus / feroces animi & semper indomiti / raptu / venatuq; viuẽtes: ho=
rum plurimę gentes varię armis discolores habitu / linguis dissonę / & origi=
ne vocabulorum incertę, vt Colorates, Auismarij, Cadricij, Vngri, Marco=
mãni, Bruteri, Caunãssi, Blangrani, Tuãbtes: quorum immanitas Barbariæ
etiam in ipsis vocabulis horrorem quẽdam significat. Sueui pars Germano=
rum, fuerunt in fine septẽtrionis: de quibus Lucanus. Fudit ab extremo flauos
aquilone Suenos: quorum fuisse cẽtum pagos & populos multi prodiderũt.
Dicti autem Sueni putantur a monte Sueuo, qui ab ortu initium Germaniæ
facit: cuius loca incoluerunt Burgũdiones quondã a Romanis subacta Ger=
mania per castrorum limites positi a Tiberio Cęsare in magnam coaluerunt
gentem: atq; ita nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limites habitacu=
la constituta: Burgos vulgo vocãt. Hi postea rebelles Romanis effecti plusq̃
octinginta millia armatorum ripę ritui fluminis insederũt, & nomen genti
bus obtinuerunt. Saxonum gens in Oceani finibus & litoribus & paludibus Saxões
in vijs sita virtute atq; habilitate habilis: vnde & appellata ꝙ sit durum & va=
lidissimum genus hominum, & pręstãs cęteris piraticis. Franci a quodã pro= Franci.
prio duce vocati putantur. Alij eos a feritate mox nuncupatos existimãt. Sũt
ẽm in illis mores incõditi naturalis ferocitas animoꝝ. Britones a Bruto eorũ Brito=
duce sunt vocati: gens intra Oceanum interfuso mari: quasi extra orbem posi nes.
ti. De quibus Virgilius. Toto diuisos orbe Britãnos. Scoti ꝓpria lingua no= Scoti.

men habent a picto corpore,eo q aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum scisimate annotantur.
Galli. Galli a candore corporis nuncupati sunt.Galla em græce lac dicit: vnde & Sibylla sic eos appellat:ait de his.Tūc lactea colla auro innectuntur:scd'm diuersitatem em̄ cœli & facies hominum & colores & corporum quātitates,& animorū diuersitates existunt.Inde Romanos graues,Græcos leues, Aphros versipelles,Gallos natura feroces,atq acriores ingenio peruidem⁹:qđ natura climatum facit.Galli autem Senones antiquitus Zenones dicebātur,q Liberum hospicio recepissent:postea /z/in/s/cōmutata est. ¶Vaccæ oppidū fuit iuxta pyreneum:a quo sunt cognominati Vaccæi. De quib⁹ creditur dixisse Poeta.Lateq vagātes Vaccæi.Hi Pyrenei iugis per amplam montis habitāt solitudinem:idem & Vascones quasi Vaccones/c/ in/s/literā demutata:quos Gaius Pōpei⁹ edomita Hispania & ad triumphū venire festinās de Pyreneis iugis deposuit:& in vnum oppidum cōgregauit: vnde & Cōuenarum nomen vrbs accepit a cōueniendo. Hispani ab Hibero amne siue flumine primum Hyberi.Postea ab Hispano Hispani cognominati sunt.Gallici a candore dicti:vnde & Galli.Reliquis em̄ Hispaniæ populis candidiores existunt.Hi Græcam sibi originem asserunt:vnde & naturaliter ingenio callent.Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni dū non reciperetur in regnum Cyprum concessisse:ibiq vrbē nomine antiquæ patriæ Salaminā condidisse,vnde ad Galeciam profectus et positis sedibus ex loco nomen gēti dedisse perhibetur.Astures gentes Hispaniæ vocati eo q circa Histuram fluuium septi montibus syluisq crebris inhabitāt.Cantabri Hispaniæ gens a vocabulo vrbis:& Hiberi amnis siue fluminis cui insidunt nuncupati:horum animus pertinax & magis ad latrocināndum q̄ ad bellandum,vel ad patienda verbera semper parati.
Celtiberi. ¶Celtiberi ex Gallis Celticis fuerunt:quorum ex nomine appellata est regio Celtiberia. Nā ex flumie Hispaniæ Hibero vbi consederunt,& ex Gallis q Celtici dicebātur mixto vtroq vocabulo,Celtiberi nūcupati sūt.
Aphri. ¶Aphri appellati ab vno ex posteris Abrahæ qui vocabatur Apher:qui dicitur duxisse aduersus Libyā exercitum:& ibi victis hostibus consedisse:eiusq posteros ex nomine Attaui & Aphros & Aphricā nuncupasse.Pœni autē Carthaginenses sunt a Phœnicibus nuncupati:qui cum Didone profecti sunt.Tyrios vero a Tyro vrbe Phœnicū nominatos:de quo pfecti sunt:& in Aphricæ littus venerunt.Getuli græce dicuntur fuisse qui ingenti agmine a locis suis nauib⁹ cōscendentes loca Sutyū in Libya occupauerūt,& quia ex Getis venerunt deriuato nomine Getuli nominati sunt.Vnde & opinio est apud Gothos ab antiqua cognatione Mauros consanguinitate proprinquos sibi vocari. Aphricani autem ab initio nomen habuere Libyes:deinde Aphri:post hæc Getuli: postremo Mauri & Mimides.Mauri & Mimidæ vt Aphri putāt:sic sumpserunt exordium & vocabulum.Nā postq̄ in Hispania interijt Hercules:& exercitus est compositus ex varijs gentibus:amisso duce passim sibi sedes quærebāt:& ex eo Mimeromedi & Persæ & Armeni nauibus in Aphricam transuecti pxima mari loca occupauere:sed Persæ dum materiā in agris pro construendis domicilijs non inuenissent:& ignara lingua commercium prohiberet per patentes agros & diuersas solitudines vagabantur:& pro ambulationibus vagabundis semetipsos propria lingua Mimides appellauerunt:id est

sine oppido vagos & errantes. Medi autem cum Libyis se miscuerunt, qui ꝓxima Hispania inhabitant, quorum nomen paulatim Libyes corruptę Barbara lingua fuit, Mauros propter Medos appellantes licet Mauri ob colorē a Gręcis vocentur. Gręci autem nigrum Maurum vocant. Aestifero quippe colore a flatu speciem atri coloris ducunt. Massilia ciuitas Aphricę est nō lōge ab Athlante mōte & ortis Hesperidum, a qua ciuitate Massilij vocati sunt, quos nos corrupte massulos vocam⁹. De quibus Virgilius, Hinc mihi Massilę gentis monstrata sacerdos. Gaulę gētes sunt a meridie vsq ad Oceanū Hesperū perua gātes: his nomen Gauleon insula dedit, quę est iuxta Aethiopiā, vbi nec serpens viuit nec nascitur. Garamātes populi Aphricę prope Cyrenas inhabitātes a Garamāte rege Apollinis filio nominati, qui ibi ex suo nomine Garama oppidum condidit. Sunt autē proximi gentibus Aethiopum: de quibus Virgilius. Extremi aūt quia sęui & a consortio humanitatis remoti. Hesperi vero sunt qui circa Hispaniam cōmorantur: nam Hispania Hesperia est. Aethiopes dicti a filio Cham, qui vocatus est Chus ex quo originē trahunt. Chus em̄ Hebraica lingua Aethiops interpretatur. His quōdam ab Indo flumine consurgentes iuxta Aegyptum inter Nilum & Oceanū in meridie sub ipsa solis natiuitate insederunt, quorū tres sunt populi: Hisperi Gatamantes, Tripolis Indi orientis. Troglodytę gens Aethiopum ideo nuncupati, ꝙ tanta celeritate polleret vt feras cursu pedum assequātur. Panphagi & hi in Aethiopia sunt quibus esca est quicquid mandi potest, & omnia fortuitu gignētia: vnde & appellati Ichthyophagi ꝙ venādo in mari valeant & piscibus alātur tm̄. Hi primo Indos, mōtanas regiones tenent, quos subactos Alexāder Magnus piscib⁹ vesci prohibuit. ¶ Anthropophagi gens asperrima sub regione Syricū sita, qui ꝙ carnib⁹ humanis vescūtur: ideo Anthropophagi vocantur. Itaq sicut his ita & cęteris gentibus per secula, aut a regibus, aut a locis, aut a moribus, aut ex quibuslibet alijs causis mutata vocabula sunt: ita vt prima origo nominis eorum temporum vetustate non pateat. Iam vero hi qui Antipodes dicuntur eo ꝙ contrarijs esse nostris vestigijs putantur, nulla ratione credendum est, quia nec soliditas patitur nec centrum terrę, sed neq hoc vlla historię cognitione: sed hoc Poetę quasi ratiocinando coniectāt. Titanes autem quosdam in Gręcia ferunt fuisse robustos, & excellentes viribus populos, quos ferunt fabulę ab irata contra deos Terra ad eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt ab vltiōe ꝙ quasi vlciscēdę matris Terrę causa in deos armati existerent, quos fabulę a Ioue bello fuisse superatos atq extinctos fingunt, propter quod e cœlo iactis fulminibus interierunt.

Garamātes. Aethiopes. Pāphagi. Anthropophagi.

¶ A Nilo orta sunt Idola, & Cham inuenit septem artes liberales.

¶ Capitulum. XXI.

IN Abrahā igitur incepit tertia ętas: cui⁹ tempore Ninus de quo mentio facta est, cōdidit ciuitatem Niniue. quę nūc Nisibis nuncupatur. Hic Ninus Cham Noe filium qui adhuc viuebat & regnabat in Bactria bello deuicit. Hic Cham post eius mortem vocatus est Zoroastres: fuitq artis magicę inuētor. Etiam septem artes liberales inuenit: & eas. xxiiij. columnis æreis, & lateritijs contra ignis & aquę diluuium inscripsisse narratur. De isto legitur ꝙ statim vt natus est risit, cum tm̄ nō a risu sed a fletu incipiat

Ninus Niniuē ciuitatē cōdidit. Cham Noe fili⁹ a Ni novicit

natiuitas hominis:hic rex fuit Bactrianorũ,qui volens apud hoies videri de⁹
multũ & frequẽter astris intẽtus velut scintillas quasdã ex stellis ꝑducebat,
vt rudes in stuporẽ miraculi traherẽtur:a Nino tñ rege Assyrioꝝ bello supe=
ratus est. ¶Ab isto Nino orta sunt Idola:nã mortuo Belo patre ei⁹ in solatiũ
doloris Ninus fecit fieri imaginẽ patris sui:cui tantã reuerẽtiã exhibebat,vt
qbuscũq; reis ad ipm̃ fugiẽtib⁹ parceret,& pœnã idulgeret,sicq; hoies diuinos
honores imagini exhibere cœperũt. Hui⁹ exẽplo plures charis suis mortuis
imagines dedicare cœperunt.& sicut Belus dictus est ab Assyrijs:sic & aliæ

Ninus primus Idolorũ cultor.

nationes scd̃m linguarũ varietates illum nominauerũt:Aliȩ Baal,aliȩ Beel,
aliȩ Balai eorum idola vocauerunt:imo specificauerũt nomina.Alia Belphe=
gor,alia Belzebuth,& alijs diuersis noibus vocantes:quos ergo Pagani deos
asserunt,homines fuisse mõstrantur.Et pro cuiusq; vita vel meritis apud suos

Beli diuersa noia.

adorari cœperunt:vt apud Aegyptios Isis,apud Cretam Iuppiter,apd̃ Mau
ros Iuba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus. Eodẽ tpe apud
Athenienses Minerua,apud Samũ Iuno,apud Paphos Venus, apud Lẽnos
Vulcanus,apud Naxos Liber,apud Delos Apollo.In quorum laudib⁹ acces
serunt & Poetȩ,qui eos in cœlum cõpositis carminibus extulerunt.Si bene re

Diuersoꝝ regionũ dij.

uoluas historias reperies ꝙ tria principaliter homines ad cultũ harum ima=
ginum induxerũt:scilicet affectio circa morientes,timor & adulatio apud re=
ges,diligẽtia artificum circa sculpturam harum imaginum & picturam:sicq;
inuoluto orbe in isto pessimo vitio idololatriȩ,Abraham peritus in Astrolo=
gia ex ordinatione & ordine stellarum cognouit omnium conditorem,& ple=
nius intellexit eius prouidentia gubernari. Mortuo Nino Semiramis vxor

Tria q̃ hoies ad idolorũ culturã induxerunt.

Abrahã ab astris Deũ cognouit.

eius in regno successit,quȩ cũ statura mediocri ac filio similis esset,impuberi
filio tradere imperium verita est:eaq; virum mentita brachia ac crura velamẽ
tis faciem,caputq; tegit:& ne nouo aliquid occultare videretur,eodẽ ornatu &
populum vestiri iubet:hȩc tandem flagitiosa mulier cum impudice omnes ad
coitum vocaret,a Nino filio incestuose cognito necatur.Cui successit Ninias
qui terminis quos a parentibus acceperat contentus,bellicas res neglexit.atq;
in fœminarum turba cõsenuit.Postea quoq; eius exempla secuti,responsa gẽ=
tibus per internuncios dabant.Imperium vero Assyriorum.M.ccc.annis du
rauit.Postremus eorum rex Sardanapalus fuit vir muliere corruptior,ad quẽ
videndum cum Cobactus eius prȩfectus venisset,inuenit eum purpuram co
lo nentem,& inter scortorum greges pensa virginibus partientem. Quibus

Hȩc a Iustino decerpta.

Al's Arbax.

visis indignatus bellum Sardanapalo intulit:& vt metu mortis mulieres so=
lent,primo latebras circũspexit:mox deinde cũ paucis & incõpositis in bellũ
progreditur:victus tñ extructa pyra se & diuitias in incendiũ mittit.Et quo=
niã aliqui Historiographi ab Abrahã regnũ inchoãt Hebrȩoꝝ:Est sciẽdũ ꝙ
dicto Nino apud Assyrios regnãte,eius nouissimo tpe nascitur Abraham na=
tione Chaldȩus,qui.lxxv.agẽs annũ diuino dignus habit⁹ est colloquio,& re
promissione:a quo tpe vsq; ad Mosen & exitum ab Aegypto gentis Abrahæ
supputãtur ãni.cccexxx.Post quos facta est lex:vt tradidit Paulus ad euacuã
dũ ꝑmissionẽ.Facta & dicta repromissione,anno.x.post ex ancilla Agar ge
nuit Ismael,a quo Ismaelitarum gẽs,qui postea Agareni,& tandem Sarrace=
ni dicti sunt:vagi incertis sedibus,omnesq; gẽtes quibus desertũ ex latere iun
gitur incursantur:qui tñ impugnantur ab omnibus scd̃m quod scriptum est

in.xvj.c.libri Genesis. Manus eius contra omnes,& manus omnium contra eum,& e regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. ¶Hic sanctus Patriarcha Abraham cum cętum esset annorum,& corpus iam naturaliter ad generandū haberet mortuū circūcisione accepta, Sara eius vxor sterilis & nonagenaria,iuxta promissionem filiū genuit Ysaac,anno ętatis tertię centesimo:mundi vero anno:cui⁹historia plane & clare narratur in libro Geneseos. Idcirco superfluū videretur & vanū eā nouo sermone rescribere. Hoc etiam tempore confinis Arabię regio,quę tunc Pentapolis dicebatur:penit⁹ igne cœlesti cremata est. Nam ob flagitiorum fœditatem super has quinq̧ vrbes: videlicet Sodomā,Gomorrā,Adama,Sebom,& Segor,ignis & sulphur de cœlo pluit Deus:totamq̧ regionem cum populis & vrbibus exustam testē iudicij sui futuram ęterna damnatione damnauit. ¶Obijt autem Abraham annos habēs centum octoginta,cui primo omniū Prophetarum verbum dñi in figura apparuisse humana legitur,ac vocationem gentiū pollicetur in Sichen ad arborem excelsam,vbi visus est illi Deus quem nostro in tempore sermo Christi deduxit ad finē per Euāgelicam in omnes gentes prędicationem.

Abrahā Gene. xxj.

Incēdiū Pētapolis.

Mors Abrahę

¶Ysaac vero anno vitę suę sexagesimo geminos genuit Esau & Iacob,a quo Esau filio Ysaac gens Idumęorū. A Iacob vero qui postea Israel dictus est,Israelitę,qui nunc Iudęi dicuntur. Eo siquidem anno Argiuorum regnū sub Inacho primo rege initium habuit:& mansit per reges vsq̧ ad Baruch & Delborę iudicium Israel. Quia vero de Esau & Iacob fit mētio,nolo pretertire silentio quomodo Esau fame laborante: Iacob emit eius primogenituram cibo lenticulę,cuius primogenitura in sex principaliter consistebat: scilicet in veste sacerdotali,in sacrificijs offerendis,in finali benedictione patris suscipienda,in benedictione qua in solennitatibus & conuiuijs vtebatur,in duplicis portiōis susceptiōe,in hoc ꝙ erat dñs aliorū. Dictus Esau prim⁹ equas asinis iūxit: vnde orti sunt muli. Et est sciendū scd̄m Gregoriū ꝙ Iacob nō peccauit fratrem esuriētē nō reficiēdo gratis cū posset,qa Esau peccabat vitio gulę nō necessitate naturę,sed nec ius primogenitureę cū sit spūale quid,dicēdus est emisse proprie sed redemisse potius,quia ꝙ deberetur sibi fuerat a dño reuelatū. Et licitū est vnicuiq̧ ius suū redimere,sicut clericis licet redimere ius decimarū: quod debetur eisdem. Alij dixerunt ꝙ ius primogeniturę non est spirituale: sed ei quod spirituale est annexum: scilicet ius benedicēdi,quod transit cū principali,sicut ius patronatus annexū fundo trāsit cū fundo. Etiā nō peccauit qn̄ paternā benedictionem accepit,quia eam nō per fraudē scd̄m Gregorium.sed sibi debitam affectauit,vtpote quā a fratre legitime comparauit,nec falsum patri dixit,cum se Esau esse asseruit: erat enī Esau non persona,sed primogeniti dignitate: sicut Ioannes Baptista Helias dictus est,non persona sed virtutis excellentia. ¶Benedictus est Iacob ab Ysaac,non secundum intentionem patris quę ad Esau erat,sed secūdum virtutem verborum quę proferebat sicut accidit cum Episcopus ordinat alienum quem reputat suum,qui scd̄m verbou̸ veritatem vere ordinatus est. Hęc siquidē oīa dño sunt ordināte completa. Cū enī post veniēs Esau loqueretur, audiēs vocē filij Ysaac vehemēter expauit,ita vt quędam extasis diuinitus sequeretur: in qua pius senex,a domino hoc factum esse prǽuidit:& significationem pię fraudis agnouit. Ideoq̧ non irascens sed cōfirmans quod fecerat ait, Venit german⁹ tu⁹ &c. Aemulā

Ysaac.

Esau & Iacob.

Origo mulorū

De primogenitura.

Pulchra sentētia

te itaq̧ Esau Iacob cōsilio Rebeccę in Mesopotamiā ad auūculū Laban filiū Bathnel ꝓfectus est: Iacob vbi post septēnē seruitutē duxit Lyam fraude Laban deceptus: quapropter & septē annis iterum tandem seruiens, diu desideratam accepit Rachelem. Ex his duabus vxoribus duodecim suscepit Patriarchas. Ex Lya Symeon/Ruben/Leui/Iudam/Isachar/Zabulon/ & filiā Dinam: ex ancilla vero illi⁹ noīe Zelpha Gad & Aser. Ex Rachel Ioseph & Beniamin: ex ancilla vero ei⁹ noīe Bala Dan & Neptali. ¶ His quoq̧ tēporib⁹

Phoroneus. Phoroneus Inachi & Niobes fili⁹, cui primę mulierū iūctus est Iuppiter primus, Gręcię leges dedit, & sub iudice causas agi instituit: locumq̧ iudicijs assignatū a suo noie forum appellauit. Quidā huius filiā Nioben arbitrātur (vt scribit Eusebius) & horum temporum quasi valde antiquoꝝ Plato in Timęo meminit, ita dicens, & aliquādo volens eos ꝓuocare in sermones de temporibus antiquoꝝ, quę cuiq̧ ciuitati apud veteres accidissent, de Phoroneo qui primus hoc nomie appellatus est, & Niobe, & ij qui post diluuiū fuere: Ogigius qui in Attica Eleusina, quę antiquitus vocabatur Atta, & alias ciuitates plurimas condidit. His etiā temporib⁹ apud lacū Tritonidem virgo apparuit:

Minerua. quā Gręci Mineruā dixerunt: hęc plures artes adinuenit: & maxime lanificium: eadem dicta est Pallas. Tēpore dicti Iacob Prometheus frater Athlātis

Prometheus. primus dictus est fecisse hominem: tum quia de rudibus doctos fecit, tum quia legitur fecisse hominū imagines: quas arte quadā deambulare faciebat.

Anul⁹ inuenit. hic inuenit primus annulum in quo gēmā inclusit. Siquidem (vt ait Lactantius) Iouis temporib⁹ fuit: cui primum templa constituit: & sic noui deorum cultus esse cœperunt: sic veritas fucata mendacio est, & illud quod a deo factū ferebatur homini qui opus diuinū imitat⁹ est, cœpit ascribi. Præcepitq̧ vt in quarto digito poneretur, qui medicus seu anularis vocatur: digniorem hūc digitis reliquis dicens, quia ab eo vsq̧ ad cor quędam vena pertingit. Tempore

Ceres artē arādi inuenit. dicti Iacob factum est diluuium particulare in Achaia sub Ogige rege. Hoc etiā tempore Triptolemus agriculturam ampliasse & quadrigas iunxisse dicitur. Ceres etiam pręter instrumenta arandi mensuras inuenit, cum pri⁹ per aceruos triticū numeraretur. ¶ Iacob anno vitę suæ .xc. genuit Ioseph: qui c. & .x. annis vixisse legitur. Venditus enī fuit Ismaelitis annum agens .xvij.

Ioseph dux Aegyptiorū & senator effectus. a quibus in Aegyptum ductus per aliquot tempus sacerdoti Heliopoleos seruiuit: tandem Aegyptiorum dux & Senator effectus: ex multis calamitatibus patriam leuauit, quo mortuo mox incepit seruitus Hebręorum, quæ durauit .cxliiij. annis vsq̧ ad initium ducatus Mosi. Qꝫ autem legitur .cccc.xxx. annis filios Israel in Aegypto fuisse: noīe Aegypti intelligēdus est omnis incolatus eorum, qui cœpit a promissione Abrahę facta in via Mesopotamiæ

Vide leges Aegyptiorū qbus Ioseph seruiuit & quo tpe obierit. a qua vsq̧ ad legem datam tot anni fluxerunt. Solum enim .cxliiij. annis seruierunt in Aegypto post mortem Ioseph, cōputato tamen tā tēpore seruitutis q̄ extra seruitutem: manserunt in Aegypto ānis .cc.xv. Fuit autem Ioseph princeps Aegypti sub quinq̧ regibus: quorum primus apud veteres Historiographos Pharao appellabatur: non quasi proprium hoc nomen haberet, sed omnes tunc Pharaones dicebantur pro dignitate: sicut apud Romanos Imperatores Augusti dicuntur. Secundus vero fuit Thebron regnās annis .xiij. Tertius Ammenophis annis .xxj. Quartus Mephros annis .xij. cuius anno .ix. Ioseph .cx. annum agens, apud Aegyptios obijt: quo mortuo

Hebręorum seruitus incepit. Surrexit enĩ in Aegypto rex qui Ioseph oblitus populum Dei labore infatigabili cruciauit. Insuper etiam ad necandam sobolem crudeli imperio filios Israel cogebat. Nam in flumine mares proijci iubebat, fœminis reseruatis: quę omnia diffusius narrat sacra historia ad id nos incitans, ne beneficiorum immemores simus Ioseph ignorantes: id est Christũ cuius ope salua facta est Aegyptus.

Capitulum. XXII.

AGitur filijs Israel misera seruitute afflictis auxilio pius dñs affuit. Nam cum filios omnes neci exponere durissimo imperio cogeretur Israelitica gens, tandem populi sui ducem de tribu Leui suscitauit, qui liberum populum ab Aegyptiaca seruitute liberaret: pro quo sciendum ꝙ Moses cum .lxx. esset annorum dux Hebraici populi est a domino constitutus: ętatis tertię .cccciiij. anno mundi .MM.cccclüij. ideo ne lento pede ipsius Mosi historia transcurratur: aliquid de eo fandum est. Leui filius Iacob genuit Kaat, Kaat genuit Amirrham, Amirrham vero annum agens .lxx. ex Iogabel genuit Mosen sub Monopho rege Aegypti, qui sicut cęteri Aegyptiorum reges Pharao dicebatur qđ interpretatur regnans, ac Monophus cum pręcepisset vt omnes pueri Hebręorum necarentur in flumine, quidam taurus ex improuiso egrediebatur de flumine aliquãdo, & maxime in festo Apis, habens in humero dextro signum candidum instar lunę corniculatę: ad quem cũ Aegyptij confluerent multis generibus musicorum psallẽtes, eleuabatur in aere, & super eos tanq̃ psallentes ferebatur, & ad motum vel stationem ipsius ipsi mouebantur in terra, vel stabant, & eadem die euanescebat. Vnde Apis ab Aegyptijs dicebatur, qui in Aegypto primum Deus putatus est. Quem quidam vocauerunt Serapin filiam vt Gręci perhibent Niobe, quę fuit prima mulierũ cui Iupiter mixt⁹ est. Alij dicũt ꝙ nõ vocat̃ Apis: sed Io filia Inachi regis Argiuoꝝ, q̃ in Aegyptũ ꝓfecta ibi Isis fuit nũcupata. Tũc quidã sacrorũ Scriba regis ꝑdixerat, eo tpe masculũ nasciturũ in Israel, qui regna Aegypti humiliaret: & virtute trãscẽderet vniuersos. Hac de causa postea filij Israel adorauerũt vitulos aureos opinãtes ꝙ per hũc ab Aegypto fuerint liberati. Amirrhã aũt post editũ partũ ad vxorẽ nolebat accedere, ne i necẽ filios ꝑcrearet, cui diuia reuelatio i somnijs astitit dicẽs. Ne timeret vxorẽ cognoscere, qa puer quẽ timebãt Aegyptij erat nascitur⁹ ex ea. Cõcepit aũt Iogabel & peperit Mosen quẽ filia Pharaonis nutriri fecit, & quadã die dũ esset adultus Pharaoni ꝑsentauit, vt ipse adoptaret eũ: tũc rex admirãs pueri venustatẽ coronã aureã quã gestabat, capiti ei⁹ imposuit. Erat enĩ i ea imago idoli Hãmonis fabre facta, ac puer coronã in terrã ꝓiecit & fregit. Sacerdos aũt Heliopoleos q ꝑdixerat per quẽdã puerũ Hebręũ in ꝓximo ruiturã Aegyptũ: a latere regis surgẽs exclamauit, dicẽs. Hic est puer quẽ Deus nobis occidẽdũ monstrauit, vt decętero timore caream⁹, & voluit irruere i eũ: sed defendẽte rege liberat⁹ ẽ. Quidam etiam sapiens asserebat pueriliter & per ignorantiam hoc factum a pueto: in cui⁹ rei argumẽtũ cũ allatas prunas puero obtulisset, eas ori suo apposuit, & linguę summitatem corrupit. Vnde dr̃ impeditioris linguę fuisse. Eo quidẽ tpe Mosi populus Hebręoꝝ ab Aegytiaca seruitute liberat⁹ extitit. Aegyptijq plebẽ Dei ꝑsequẽtes mari rubro submersi sũt, cui⁹ punitionis

Moses dux populi Israel, & a quib⁹ genit⁹.

Origo deorum Aegyptiorum.

Pharao nis corona Moses in terrã deiecit.

Moses a sacerdote liberatur

Orosiꝰ j.li.c.x.

sequens memoria adhuc in littore maris stat. Namq̧ tractus totarum, vestigia equitum ac peditum ibidem adhuc conspiciuntur, & si casu turbētur cōtinuo diuinitꝰ in pristinā faciem ventis fluctibusq̧ reparātur. Tpe dicti Mosi traditur Dionysiū Bacchū, q̄ Argos cōdidit, vsum vineę Grecis dedisse. Fertur & diluuium in Thessalia factum fuisse sub Deucalione rege. ¶ Hoc tēpore in Grecia Corinthus est condita: & ibi ars picturę ab Athlāte reperta: & Astrologia publice declaratur. Ipse eñ prę cęteris qui eū pręcesserāt subtiliꝰ Astrologiā considerauit. Eodē tempore in Creta regnauit Alderos qui primum colligēdi mellis vsum repperit: eius filia cū ex incestu filiū procreasset, pater pudore flagitij eū iussit exponi: post dies aliquot cū ad corpus expositi missum esset: inuētus est vario ferarum lacte nutritus: post modum hunc domi relatum in callem angustū proijci iussit: per quem armenta cōmeare consueuerant. Cumq̧ etiā ibi ab armentis non tangeretur, sed aleretur, canibus eū proijci iubet, multo ieiunio ad esum eiꝰ incitatis: post hęc etiā suibꝰ, a quibꝰ cū aleretur, in oceanū demergi iussus est: vbi iactꝰ ab ęstu in littore sanꝰ exponit & ibi a cerua quadā est nutritus. Inter eximia velocitas pueto fuit, & inter ceruorum greges diu peragrauit: ad vltimum laqueo captus regi dono datus est: quem recognoscens & miserans successorem sibi constituit. Inde illi nomen impositum est Auidis, qui rex factus populo suo leges adinuenit: boues primo aratro domari, & frumenta sulco quęrere docuit: ab hoc & seruilia ministeria populo interdicta: & plebs in. vij. vrbes diuisa: quo mortuo regnū per multa secula a successoribꝰ possessum est. ¶ Tempore Moysi cœpit regnū Atheniensium.

Corinthus cōditur.

Primus mellis colligēdi auctor.

Miraculū grande de puero exposito.

¶ Capitulum. XXIII.

Regnū Atheniensiū incipit.

ANno vero Mosi tricesimosexto regni Atheniensium notatur initium: in quo Cecrops regnauit annis quiquagitavno, cui successerunt reges. xv. qui regnauerunt post Codrum qui fuit vltimus rex de illa geneologia Athenis. De alio genere regnauerūt octo reges: quorum vltimus fuit Eschillus. Post hunc in decē annos magistratuum cōuersa est: & fuerūt sex: quorum quilibet regnauit decem annis: horum vltimus fuit Enxias. Post hūc Athenis annui seu annales principes constituti sunt, Et cœpit dictū regnum transactis a mundi exordio. M.dcxl. annis. Fuitq̧ Corinthus qui prius vocabatur Epirus anno. xlj. regni primi regis condita, & claruerunt in arte musica Linus, Thebatus, Zeius. Amphion. Anno regni sexcent. Athenieñ. & anno regni illius Ideactali ferrum repperierunt. Cecinitq̧ apud Phicium vates prima Phœmōte futura versibus exametris. Anno millesimoseptimo regis Gorgones meretrices ꝑpter sui eximiā pulchritudinem ita spectatores suę mentis impotes reddebāt, vt vertere eos in lapides putarētur: durauitq̧ dictum regnū annis. M.cccccx. Igitur Moses cum. c. esset annorum mortuo Iosue qui & Iesus ab aliquibus est vocatus, ei in populi ducatu successit anno octogesimoquarto vitę suę, dictumq̧ populum rexit annis. xxvj. Hic confortatus a Domino pręmissis exploratoribus miraculo per arentem Iordanis alueum Hebreos transduxit, & expugnatis Chananęis terram promissionis. xij. tribubꝰ sorte distribuit. Hic etiam figuram domini Iesu Christi per omnia gerens expugnatis Chananeis victori populo terram distribuit. Per quod nobis

Ferrum repertū est.

Phemōte vates versibꝰ exametris futura prędixit.

datur intelligi hunc mundum Christo duce a nobis vinci debere. Sicut enim vrbem Hierico cæterasq̧ vrbes incendio deleuit/regesq̧ eorum patibulis affecit: sic quoq̧ huius seculi vitia igne charitatis consumenda sunt. Reges vero harum vrbium patibulis afficiuntur, cum mortuo Christo, Diabolus & eius exercitus ligno crucis alligatus est. Hierico insuper hunc mundum secūdum Christi saluatoris sententiam significat, cum dicit. Homo quidā descendebat de Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones: cuius interitus tubarū clangoribus consummabitur, cū dominus Iesus Christus princeps & dux Israel, in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de coelo: & tunc peribunt habitatores Hierico a facie domini, saluata ex his Raab meretrice: id est Ecclesia quę nuncios dñi Apostolos & Prophetas in domo sua abscondit. Et iam huic vetus culpa non imputabitur: quia & si aliquādo meretrix fuit: nunc autem vni viro casta/virgo copulata est Christo, quę vt mortis periculū euaderet salubberrimum ab exploratoribus signū accepit funē coccineū a fenestra pendentem: id est sanguinem rubicūdum a latere domini defluētem. Porro terrę partitio victori populo facta, retributionem meritorum coronā atq̧ prēmiū dādam his qui saluati fuerint de Israel designat: vnusquisq̧ em̄ pro meritis, glorię particeps erit in coelesti patria, sed de his latius apud librum Iosue videas. Est autem sciendum q̧ Ruben filius Iacob siue Israelis fuit primogenitus, tñ quia violauit thorū patris sui, eius primogenitura alijs est concessa: & vt videtur aliquib⁹ diuisa fuit in tres trib⁹: scd'm tria iura, quę ad primogeniturā pertinebāt. Textus tñ sacrę paginę habet q̧ primogenitura Ruben data fuit filijs Ioseph: & ita est tenendū etiā scd'm glossam, ad quā te remitto: duas cur data fuit illa assignans rationes inter alias, dignitates, quas habebāt primogeniti in cognationibus suis, quę vsq̧ ad tēpus Aaron durauerūt. Ferūt q̧ primogenit⁹ habebat vestē specialē, quo induebaī tm̄ i sacrificio offerēdo, & recepturū finalē bñdictionē a patre. Rursus in solēnitatib⁹ bñdicebat minoribus, & in his duplicem recipiebat portionem, etiā in diuisione hæreditatis pertinebat. ¶ Siquidē ad primogenitū ius regni pertinebat, ad eū etiā ius sacerdotij. Vnde Melchisedech rex fuit & sacerdos: ptinebat etiā ad ipsum ius hęreditatis inter alios diuidendę. Ius quoq̧ regni delatum est Iudę. De Iuda em̄ fuerunt reges fortissimi: scilicet Dauid & successores ipsius, & etiā Christus qui supra totum orbē regnauit: & hoc ius regni meruit Iudas, qñ trepidātib⁹ fratribus in ingressu maris rubri, post Moysen primus intrauit. Sacerdotiū datū est Leui. Distributio vero hæreditatis data Effraym. Iosue enim fuit de tribu Effraym, & propter hoc terram. xij. tribus ipse distribuit. De hac tribu fuit etiā Heroboā, qui primus regnauit super. x. tribus Alomonis & totum regnum Israel frequenter in Prophetas: vocatur regnum Effraym, propter caput regni quod erat in Samaria: vt patet primi Paralipo. quinto capitulo. Iterū quoq̧ cōuocauit Iosue tribus in silio & proiectis sortib⁹: Prima pars Iudę egressa est. Secūda Symeonis: cuius sors, quia pauca fuit in sorte: inde recepta legitur sorte, vt Iudas eam defenderet. Tertia Beniamin: hęc sors augustissima fuit ꝑpter terrę fertilitatem: tulerunt enim Hierico & Hierosolymam. Quarta Effraym. Quinta Manasse. Sexta Isachar. Septima Zabulon. Octaua Aser. Nona Neptalim. Vltima Dan. Solę autem duæ tribus quasi priuilegiatę sine sorte terram habuerunt. Caleph Hebron habuit. Iosue Tannata vel Tannata=

Cur data & quibus primogenitura Ioseph.

Iura primogeniturę.

ſara:& etiam Sichem ſcđm Ioſephum. Sed & pro Leuitis ſeparauit.xlviij.in Amorrhea:de reliquis.xx viij.tres conſtituit ciuitates refugij.Ebron de Iuda. Sichem de Effraym,Cades de Neptalim.Iam eñi alias tres cõſtituerat Moyſes trans Iordanem:ſcilicet Boſor,de ſorte Manaſſe. Et ita liquidũ eſt Eccleſię imunitatem nõ oriri de nouo:ſed iam hoc inchoaſſe tempore.

¶Capitulum.XXIIII.

Troiani vnde dicũtur

Tros vñ Troiani.

TEmpore dicti Ioſue. Troianorũ gens:antea Dardana a Dardano,extitit nominata. Nã Dardanus & Iaſuis fratres egregia ſobole nati:ex his Iaſuis Thraciã.Dardanus ad Phrygiã peruenit:& ibi regnauit primus:poſt quẽ fili⁹ eius Erycthonius,& nepos eius Tros.a quo Troiani dicti ſunt.Sub dicto Ioſue tria magna miracula Deus oſtendit.Primo quidẽ Iordanus alueis aquis nudatus liberum iter populo prębuit.Secundo,clangentibus ſacerdotib⁹ Hierico corruit. Tertio,Ioſue cõtra hoſtes pugnãte,Sol vni⁹ diei ſtetit ſpatio.Poſt cuius Ieſu ſeu Ioſue obitum tenuerũt Hebręos alienigenę annos octo ſubiectos:qui iunguntur Othonielis temporibus ſcđm traditionem Iudęorum. Poſt Moyſen & Ioſue ſucceſſerunt in populo iudices.Primo Othoniel:demum Aoth: conſequenter Sagar:& tandem Delbora & Baruch.

Othoniel.

Horum primus annis populum iudicauit:& de manu regis Syriæ Meſopotamię liberauit populum.Secũdus Aoth,qui annis.lxxx. populũ Iſrael iudicauit. Hic ambidexter liberauit Iſrael de manu Eglon regis Moab:ipſo rege in ſuo cœnaculo interfecto.

Sagar.

Sagar tertius populum vno anno tñ iudicauit.Hic Philiſtęis terram Iſrael intrare volentibus ex eis occidit,populumq́ defendit.

Delbora. Baruch

Delbora & Baruch vxor & vir iudicauerunt populũ annis.xl.Hęc mulier liberauit Iſrael de manu Iabin regis Ador.

¶Capitulum.XXV.

Apollo citharã inuenit:& artẽ medicinę.

TEmpore Delborę Apollo citharam condidit: & artem medicinę inuenit.vnde dicebatur mortuos ſuſcitare.His quoq́ temporib⁹ Argiuorum regnum defecit:& in Mycenas trãſlatum eſt.Cuius primus rex fuit Perſeus.qui regnauit annis quinquaginta:& durauit regnũ illud ab Imacho vſq́ in Stellatũ filiũ Cecropis ãnis.cccccxxj.Incepit aũt anno mũdi.In iſto regno primus ſacerdotio functus eſt Gallicias filius Pyrãtis vir/ſacerdotio functa eſt Iphigenia Danai filia.

Gedeõ.

Poſt Delbor Gedeon iudicauit populũ Iſrael annis.vij.Hic ſigno victorię accepto a Dño in vellus liberauit Iſrael de manu Madian,terrore lampadum & tubarũ,hoſtib⁹ ſubito perturbatis.Alijs mutua cęde cadentibus:alijs verſis in fugam:duobus quoq́ regibus Oreb/& Zeb/ac Salmana interſectis.

Mercuri⁹ lyrã ĩuenit.

¶Quo in tempore Mercurius lyram hoc modo repperit:inuenit cõcham teſtitudinis mortuę,cuius nerui arentes & extenſi:flatu aurę percuſſi ſibilum tenuem reddebant.Ad quorum imitationẽ lyrã repperit:& Orpheo tradidit.Huius tempore in ſeruitutem Hebręos redigũt alienigenę annis.vij.qui iungũtur temporibus Gedeonis ſcđm Iudęorũ traditiones.

Abimelech fratrib⁹ occiſis pri

Poſt Gedeon filius eius Abimelech de concubina natus.lxx.fratres ſuos de patris vxoribus omnes pręter vnum Ioathan qui minimus abſconditus erat,occidit:& dominiũ populi violenter arripuit.Cœpit anno egreſſionis Aegypti.cclxxviij.annis ętatis tertię:mũdi vero.MM.dcc.xxj.annis:&

iudicauit in Sichem annis tribus:& ex tunc ab ipsis Sichimitis qui eum elegerant est expulsus,& tandem dum expugnaret oppidum Thebes a muliere fragmentum mole desuper iaciēte excerebratus occubuit.¶ Post hunc Tholla Ysachar populum iudicauit.Cœpit anno egressionis Aegypti ætatis tertiæ: mundi vero:& iudicauit Israel annis.xxij.Huius temporibus contigerūt quę homines de Minotauro fabulose dicunt. Theseus Atheniēsiū rex regnauit qui contra Thebas dimicauit.Androcheus Athenis interficitur.Paris Helenam rapuit.¶ Aliqui tamen dicūt φ post Thollā iudicauit Iair ex tribu Manasse annis.xxij.post quem in ditionem suā Hebręos redigūt Ammonitę annis.xviij. Copulātur temporibus posteriorum iudicū scdm traditionem Iudęorum.Post Thollā Iair Galatides iudicauit populum annis.xxij. Hic habuit filios quos principes.xxx.ciuitatum constituit: huius temporibus Minos leges & iura edidit:Herculis agonem olympiacum cōstituit.Post Iair iudicauit populum Iepte Galarides cuiusdam meretricis filius:& ob hoc tanq̄ spurius a fratribus suis eiectus tandem vrgente necessitate ad principatum vocatus est:anno egressionis Aegypti:& iudicauit Israel annis sex.Hic contra filios Amon populum defendit: sed de pręlio reuersus filiam ex voto immolauit:& in vouendo stultus:& in soluendo crudelis. Huius temporibus Menelaus Lacedæmonijs imperauit.

[Margin: cipatū Israel occupa= uit. — Iudices Israel.]

¶ Cap.XXVI.De raptu Helenę & bello Troiano.

Anno quoq; quo Iepte mortuus est/Paris Priami Troianorū regis filius Helenam rapuit:& bellum Gręcorum & Troianorum decēnale surrexit.Ab hoc quidem anno vsq; ad quartum annum regis Achab:qui est primus annus vrbis condite,inueniūtur in Chronicis anni.cccc.quāuis teste Augustino quidam scripserunt Romam esse conditam sub Ezechia: cuius tempore scdm quosdam Sibylla Erythrea vaticinās claruit.¶ Duodecim ferūtur Sibyllę fuisse: quarum carmina de Deo & de Christo & gentibus multa continent.Celebrior inter cęteras & nobilior hęc esse dicitur:cui9 quosdam versus Augustinus de gręco in latinum translatos cōmemorat:qui sic incipiunt.Iudicij signum tellus,sudore madescet.Harum Sibyllarum nomina & vbi sunt ortę,gratum est inserere.Pro quo sciendum est φ Sibyllę generaliter dicuntur omnes fœminę vates lingua gręca.Sicut eīn omnis vir prophetizans vates dicitur aut Propheta:ita omnis fœmina prophetizās Sibylla vocatur:quod nomen ex officio non ex proprietate vocabuli est. ¶ Duodecim fuerunt Sibyllę:quę hic enumerantur.

[Margin: Helena a paride rapitur. — Roma sub Ezechia cōditur Isidor9. — Sibyllę xij. — Cur sibyllę dicuntur.]

¶ Capitulum.XXVII.

Dvodecim autem Sibyllę a doctissimis viris fuisse traduntur. Quarum prima de Persis fuit.Secunda Libyca. Tertia Delphica in templo Delphi Apollinis genita:quę ante Troiana bella vaticinata est.Cuius plurimos versus operi suo Homerus inseruit.Quarta Cumæa in Italia. Quinta Erythrea nomine Erophila in Babylone orta:quę Gręcis Ilium petentibus vaticinata est perituram esse Troiam:atq; Homerum mendacia scripturum. Dicta autem Erythrea:quia in eadem insula eius inuenta sunt carmina. Sexta Samia:quę Phemenoe dicta est a Samio insula: vnde fuit cognominata.

[Margin: Persica. Libyca. Delphica. Cumęa Erythrea. Samia.]

¶ Capitulum.XXVIII.

Nunc ad materiam redeam⁹,a qua paulisper diuertimus.Orosius autem dicit,Anno ante vrbem conditam pro raptu Helenę congregationem Gręcorum & concursum mille nauiū extitisse,& deide obsidionē decēnij.& vt dicit Dares Phrygi⁹ tot duces Gręcorum contra Troiam fuerunt,quot qui adduxerunt naues:quorum multi Priamo venerunt in auxilium duces vero.xxxiij.Eusebius autem narrat causam belli Troiani fuisse cōtentionem trium mulierum de pulchritudine contendentiū.Ponitq; de hoc quandam fabulam,quę quāuis digna non videatur recitatione,tamen propter materiam fabularum quā perfunctorie intēdo tractare,libet eam inserere. ¶ Paris Priami filius regis volēs in Gręciā proficisci ad vlciscendum Ixionem sororis patris sui illatam iniuriam:vt sui genitoris animum melius flecteret,dixit deos velle ipsum iturum in Gręciā:quam confunderet:& grauiter deprędaretur:ac de optimatibus Gręcię nobiliorem mulierem exciperet,& in Troianum regnum ipsam transferret:quę pro redemptione Ixione de facili posset cōmutari.Et intulit Paris:quod vt scias charissime pater a dijs ipsis hoc ꝓ certo recepisse:do de hoc certum signum/non sunt multi dies ꝙ sequentem vidi in somnis visionem,ꝙ Deus scilicet Mercuri⁹ tres deas in suo ducebat comitatu/Venerem,Palladem,& Iunonem,qui ad me statim accedens prędictis deabus parum distantibus a se,mihi dixit.Paris duxi ad te tres deas,eo ꝙ inter eas est exortum quoddam litigium quod abs te solo dirimendum censuerūt:& lis ipsa tuo terminabitur iudicio.Eis em̄ vescentibus in quodam solenni conuiuio pomum mirabile & formosę celaturę materia preciosa inter eas iniectum extitit,in quo Grecis continebatur literis scriptum.Pulchriori detur.Cū igitur ipsarum quęlibet precedere de forma contendat:exindeq; putet ipsius pomi pręcium promereri,tuo de hoc submittunt iudicio,& earum quęlibet tibi per me offert pro tui arbitrij remuneratione,prēmuim infallibile ab ea consequendum,quam in pulchritudine & pomi questu putaueris anteponi.Si em̄ Iunonem pręferre decreueris,inter alios orbis magnificos illa cōstituet te maiorem.Si vero Palladem,omnem ab ea humanam scientiam pro pręmio consequeris. Quī si Venerem,pulchriorem de Gręcia & nobiliorem fœminam in tuum præmium reportabis. Ego autem talibus a Mercurio sic auditis sic ei respondi,ꝙ ęquum de hoc non possem proferre iudicium,nisi omnes tres nudas meo conspectui pręsentaret,vt per inspectionem meam singulas earum partes corporis pro vero iudicio valeam cōtemplari. Et Mercurius:fiet vt dicis.Depositis ergo vestibus & sigillatim qualibet earum nuda meo conspectui pręsentata: visum fuit ꝙ Venus sua forma alias patēter excederet:ideo decreui eam esse dominam pomi,& ipsa facta gaudens submissa voce,per eam promissum a Mercurio cōfirmauit: & recedētibus illis illico somnio & somno sum solut⁹. Ne putes ergo hęc deorum promissa frustratoria posse censeri. Tandem Paris in Græciam profectus in quodam templo in Veneris honore constructo,Helenam indicibilis pulchritudinis vxorem Menelai regis Gręcię cepit & secum adduxit:quod fuit initium subuersionis Troianę secūdum fabulas Poetarum.

Causa Troiānī excidij.

Paridis ad patrē suasio quo in Grę ciā mitteret:in qua ci⁹ de deabus iudiciū inseritur.

Helenę raptus.

¶ Cap.XXIX.De fabulis & illusione dęmonum.

DIlectus igiť pulchritudie Veneris ac spe cōsequēdi venestio rem de Græcis effrẽnato passu ex impetu ardẽti sententiam iu dicauit pro Venere. Nec mirū, furibunda certe luxuria ocu- los non habet. Olim fregit Sansonem virum fortissimū, sub uertit Dauid virum sanctissimum, decepit Solomonem vi- rum sapientissimum, fere omnem hominem quotidie sedu- cens. Et quia pollicitus sum tractare materiam fabularum: ideo ea perfuncto rie tractando, est sciendum q fabulas Poetę a fando nominauerunt: quia non sunt res factę: sed tantūmodo loquendo fictę, quę ideo sunt inductę vt ficto animalium mutorum inter se colloquio imago quędam vitę hominum nosce retur. Has primus inuenisse traditur Alemon Crotoniẽsis appellanturq Isopitę, q his apud Phrygas in hac re polluit. Sūt autem fabulę Isopitę aut Libysticę. Isopitę sunt cum animalia muta inter se sermocinasse fingūtur, vel quæ animam non habent, vt vrbs, arbores, montes, petrę, flumina. Libysticę autē dum hominum cum bestijs, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse cōmercium. ¶ Fabulas Poetę quasdam delectandi causa finxerunt: quasdam ad naturas rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectā- di causa fictas, vt eas quas vulgo dicunt, vel quales Plautus & Terentius cō- posuerūt. Ad naturam rerum fabulas fingūt, vt Vulcanus claudus, quia nūq per naturam rectus est ignis: vt illa triformis bestia, prima leo, postrema dra- co, media chimæra.i.capra, ætates hominum per eam volentes distinguere: quarum ferox est & horrens prima adolescentia vt leo, dimidium vitę temp9 lucidissimum vt caprea, eo q acutissime videat. Tunc fit senectus casib9 sub- iacens vt draco, sic & hippocētauri fabulam esse confictam.i.hominem equo mixtum ad exprimendam humanę vitę velocitatem: quia equum constat esse velocissimum. Ad mores vt apud Horatium mus loquitur muri, & mustel- la vulpeculę, vt per narrationem factam ad id quod agitur, verax significatio referať: vnde & Isopitales sunt fabulę ad mor finē relatę: vel vt sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt: loquuntur ad oleam, & ficum, & ad vitē, & ad rubum: qđ totum vtiq ad mores fingitur, & ad rem quę intenditur, ficta tñ narratione: sed veraci significatiõe veniatur. Refert etiā Augustinus.xviij. de Ciuitate dei.c.xiij. plures fabulas: sicuti de Phrygo & Phryxo & eius soro re: illę q vecti ariete volauerunt: de Gorgone q fuerit nutrita serpentibus, & aspicientes conuertebat in lapides. De Bellerephōte q equo pennis volan- te sit vectus, qui equus Pegasus dictus est. De Amphione q citharę suauitate lapides mulserit & attraxerit. De Antęo quem necauit Hercules q fili9 Ter- rę fuerit, propter quod cadens in terram fortior soleret assurgere. Porro aliqui finxerūt a Ioue ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganimedem q nephas rex Tantalus fecit & fabulam iam tribuit. Gręci etiam Troia euersa & excidio vsqquaq cantato Diomedem fecerūt deum, quem pœna diuinitus irrigata perhibent ad suos non reuertisse, eiusq socios in volucres fuisse cōuer sos, fabuloso mendacio: historia tamen attestatione confirmat, etiam esse tem- plū eius in insula Diomedia non longe a monte Gargano, qui est in Apulia: & hoc templum circūuolare atq colere has alites tam mirabili obsequio, vt aqua impleant & aspergant: & eo si Gręci venerint vel Gręcorum stirpe pro geniti, non solum quietas esse, verum & insuper adulari: si autem alienigenas

Luxuria oculos non habet.

Cur fabulę dictę sint

Primus fabularū inuētor.

Plaut9. Terentius.

Chimę rę descriptio.

De diomedeis auibus mirum.

viderint, subuolare ad capita tāq̄ grauibus ictibus, vt etiam perimant vulnerare: nam duris & grandibus rostris ac si adhuc pręliarentur perhibent armatas. Etiam Varro commemorat alia non minus incredibilia de illa magna famosissima Circe, quę socios Vlyssis mutauit in bestias. & de Arcadibus quæ sorte ducti transnatabant quoddam stagnum, atq̧ ibi cōuertebantur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta vagabantur. Si autem carne nō vescerentur humana rursus post nouem annos eodem renatato stagno reformabantur in homines. De ista tanta ludificatione dęmonum quid dicem⁹ inquit Augustinus? Si enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiā nunc qui eiusmodi quędā vel certissime audisse vel etiam expertos se esse asseuerent: nam & nos cum essemus in Italia audiebamus talia de quadam regione illarum partium vbi stabularias mulieres imbutas his malis artibus in caseo dare solere dicebant: de quibus viatores edentes in iumenta conuerterentur, & necessaria quęq̧ portarent: post quę perfinita opera ad se redirent: & tñ non eius mentes fieri bestiales, sed rationalem humanamq̧ seruari: sic Apuleius in libris de Asino aureo scripsit accidisse, vt acceptoveneno humano animo permanente asinus fieret. Hęc vel falsa sunt vel tam inusitata, vt merito non credantur. Firmissime tamen tenendum est omnipotentem Deum posse omnia facere quę voluerit: nec dæmones aliquid operari scđm naturæ suę potentiam nisi qđ ille permittit. Cuius iudicia occulta sunt multa: tamen iniusta nulla, nec sane dęmones natura creant si aliquid tale faciūt, sed specie tenus quę a vero Deo sunt creata cōmutant, vt videantur esse quod non sunt, non itaq̧ solum animum sed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dæmonis arte vel potestate in membra vel liniamēta bestialia veraciter posse cōuerti. Sed phantasticum hominis qđ etiam excogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera variatur. Et cum corpus non sit incorporeū, tñ similes mira celeritate formas capit sopitis aut oppressis corporis humani sensibus ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci: ita vt corpora ipsa hominū iacent, viuentia quidem multo grauius atq̧ vehementius q̄ somno suis obseratis. Phantasticū autem illud veluti corporatum in alicuius animalis effigie apparet sensibus alienis siue alienatis, talisq̧ etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri possit in somnis, & portare onera si vera sunt corpora portantur ab hominibus: vt illudatur hominibus. ¶ De Arcadibus autem solitis conuerti in lupos: & q̧ carminibus Circe socios mutauit Vlyssis scđm istum modum mihi videtur fieri potuisse quem dixi, si tamen factum est. ¶ Diomedeas autem volucres quādo quoddā genus earum per successionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed substractis credo fuisse suppositas: sicut cerua pro Iphigenia regis Agamēnonis filia, neq̧ eñ dæmonibus iudicio Dei et permissu huiusmodi pręstigię difficiles esse potuerunt. Sed quia illa virgo postea viua reperta est, suppositam ꝑ illa esse ceruam facile cogni um est. Socij vero Diomedis, quia nusq̄ postea apparueunt perdentibus eos vltoribus angelis malis, in eas aues quę pro illis sunt occulte, ex alijs locis vbi est hoc genus auium ad ea loca perductę, ac repente suppositę, creduntur esse conuersi. Q̧ aūt Diomedis tēplo aquam rostris efferunt, & aspergunt: & q̧ blandiūtur gręcigenis atq̧ alienigenas persequūtur, mirandum non est fieri dęmonū instictu: quoq̧

Augustinus.

Auctoris de veneficis opinio.

interest persuadere deum factum esse Diomedem ad decipiendos homines, vt falsos deos multos colant cum veri Dei iniuria.

¶ De illusione Simonis Magi ante conspectum Neronis. Capitulum. XXX.

Simon Magus a Nerone ob seipꝰ mutatā effigiē deꝰ creditur. Alia Simonis Magi illusio. Ad iudices Israel redit historia.

Similes faciunt diaboli & fecerunt sępius hominibus ludificationes. Vnde & in legēda beati Petri legit̃, ꝙ cū Simon Magus quodā die ante conspectū Neronis cōstitutus esset, eius effigies confestim fuit mutata: sicq̃ mox senior, mox adolescentior visus fuit: vnde Nero verum esse Dei filium Simonem putabat, qui vt Nero peramplius eum talem existimaret, Simon sic exorsus est. Iube me Imperator decollari: & post triduum resurgam. Pręcepit igitur Nero Carnifici: vt Simon capite truncaretur. Putansq̧ decollare Simonem, decollauit arietem. Simon aũt arte magica illęsus euasit: & arietis membra colligens abscondit, seq̧ triduo occultauit. Cruor vero arietis ibidem congelatus remansit. Adueniente die tertia se Neroni exhibēs dicit. Fac cruorem meum colligi, quia ego qui decollatus fueram tertia die resurrexi. Sicq̧ Nero delusus: Simonem verum dei filium arbitratus est. Sic igitur materia fabularum pertractata, redeūdum est ad iudices Israel, vt de ipsis initiatus sermo continuet̃. Post Iepte (vt asserunt aliqui) iudicauit populū Israel Ezebon annis. vij. Post Ezebon, vt in libris Hebręoꝝ reperitur: iudex Adon rexisse populum annis. x. inuenitur. hoc tamen non habetur a. lxx. interpretibus. Consequēter iudicauit Israel Labdon de Bethleē annis. viij. anno egressionis Aegypti. cccxxv. siquidem maritauit, & foras emisit. Filios aũt secum in domo tenuit. Post Abyalon Zabulonites annis. x. populū iudicauit. Post hunc venit Abdon Thecintes & Effraym, & populum annis. viij. iudicauit. Sub his tribus iudicibus Israel a domino non recessit: ideoq̧ nil memorabile fecisse describuntur. Post cuius iudicatum Hebręos in ditionem redigūt alienigenę annis. xl. iungūtur temporibus iudicum scd̃m Iudęorum traditiōes.

¶ Quo tempore Troia capta fuit Cap̃. XXXI.

Troia Abdon tpe capitur.

Tempore vero Abdon iudicis Israel anno videlicet. iij. sui ducatus, Troia capta extitit. Alij autem asserunt Troiam captā fuisse anno Tautanis. xxvj. regis Assyriorum: quo in tempore Tholla populum iudicabat Israeliticum. Gręci em̃ ob gloriam victorię habitę de Troia, tempora sic annotare cœperunt: anno a captiuitate Troię. Nec Troianę ciuitatis magnitudinem per Historiographos descriptam, ac eius magnificentias pręterire libet silētio. Cū prima Troia per Gręcos elisa esset: regi acceptum Priamo fuit eam sic restaurare. Fuit em̃ secundę Troię ambitus longitudinis trium dierū, & latitudinis coęqualis: nec ante eius fundationem aut post legitur ciuitas tātę magnitudinis, tantę pulchritudinis, aut audita similis speciei. Fuerunt em̃ bases eius in terrę gremio constitutę multum profunde: facta scissura & latitudine spatiosa a terræ superficie vsq̧ ad eius summum: superædificata sunt mœnia in mirabili compositione murorum circūquaq̧ cubitorum altitudine ducentorum, quorum erat superficies marmoreis instructa lapidibus in variorum diuersitate colorum, vt intuentium aspectibus blandiretur. In murorum itaq̧ ipsorum circūgyratione nō multum vna turris distabat ab alia, quę

De troia & eiꝰ amplitudine. Ambitꝰ Troię. Latitudo.

supra muros eosdē excrescente multitudine eminebat. Introitus autē & exitus ciuitatis fuit in sex annis institut⁹: quælibet em̄ portarū ipsarū bellicosis fuerat turrib⁹ firmata: per latera marmorearum imaginū circūquaq; decora, quarū quęlibet amicis intrare volētibus placidos ꝑmittebat ingressus, & superbę resistentię quibuslibet inimicis duros & fortes minabatur accessus. Erāt etiam ipsi muri exteriori parte per ambitus circūquaq; obscuris hiatibus, pro fundo vallo firmati: cuius valla distantia inter se & muros eosdem larga planities extendebat. Infra vero ciuitatem eandem constructa fuerant palatia, & in ea infinitę domus ciuium formidolosis ędificijs fabricatę, quę ciuitatē eandem ornabant in multarum latitudine platearum: pro certo em̄ asserunt nullam domum, nullum hospitium in ciuitate Troię constructū, quin illud pro minori dispositione extitisset, saltem supra terram erectum, in sexaginta cubitorum altitudine, & non fuisset etiam totum marmoreis firmatum lapidibus, in mirificis imaginum ferarum/auium/hominum celaturis. Erant etem̄ plateę longo rectoq; distensę diametro, in quarum medio discoopert⁹ aer vegetabilis aurorę dulces & varios fundebat afflatus. In ipsarum vero lateribus platearum innumerabilibus colūnis marmoreis arcubus circūuolutis erectis super ipsorum ędificijs eleuatis liber & quotidianus incessus petebat gradientibus. Per medium autem ciuitatis ipsi⁹ quidam fluui⁹ Xanthus nomine decurrebat: qui diuidendo ciuitatem ipsam in geminas partes ęquales, perenni cursu suo in ciuitate habitātib⁹, multa cōmoda cōferebat: quo per meat⁹ artificio se compositos imundicię ciuitatis purgabātur. Sed & rex Priamus pro suę habitationis hospitio in eminentiori loco vrbis cuiusdam rupis excelsę magnū & famosum Ilion firmari constituit, ab imo vsq; ad deorsum sphęrica forma conclusum, cuius altitudo summitatem quingentotum passuum attingebat. *Iliū describit.* Huius Ilion fenestras non insigniuerat opus marmoreū, cum maior pars earum obstructa fuisset ex quadris fulgentium crystallorū. Sic fenestrarū ipsarum colūnulę, sic capitella & bases ipsarum. Ex interiori vero parte dicti palatij inter alia ędificia quandam aulam rex Priamus construxit prolixę longitudinis consonantis, cuius extrinseca superficies erat tabulis vestita marmoreis, & ex lignis cedrinis & hebenis eius tabulata testudo, cuius pauimentum musęi operis diuersificata materia diuersos distinxerat in colores: in qua aula regium erat solium institutum: ibi mensa regia longa proceritate distensa locata exstiterat tota composita ebotis & hebeni subtilib⁹ ex iuncturis, sic & ab vtroq; latere mensarum ordo distenso cōmodas dabat discūbentibus sessiones. *Ilij aulę descriptio.* In alio vero capite aulę ipsius mirabilis operis gemmis vtrinq; contexti, erat quoddam ędificatum altare in nomine summi Iouis: ad quod per viginti gradus musęi operis institutione ornatos infatigabilis dabatur ascensus. In huius altaris igitur summitate radiabat apposita imago quędam aurea dei Iouis, in longitudine quindecim cubitorum, tota ex auro electo composita, maximi æstimatione valoris: quam variarum gemmarum venustabat impressio *Iouis aurea statua.* & eius nobilitabāt auri substantiā: hinc inde appositi in diuersis operib⁹ vniones. Et licet hui⁹ Dei Iouis esset Priami regis summa & incōcussa fiducia lōga fœlicitate, & per infinitam perpetuitatem sui regni solium perdurare, deo tamen sic disponente, dicti regis tempore elisa & destructa est eam prodente simul & rege Priamo, Aenea & Anthenore. Post hui⁹ vero vrbis excidiū Tro- *Aeneas & Anthenor parricę proditores.*

Origo Francorũ a Frãcione Troiano.

ianorum multitudo fugiens principes duos secuta est, quos sibi delegit duces. Alter Francio vocabat̃ a quo Franci cognominati sunt. Alter Turcus a quo Turci, de quibus inferius dicetur. Descripta pulchritudiue vrbis Troianę historiam prosequamur de iudicibus Israel. Est itaq̧ sciẽdum ꝙ post Abdon Sanson Israel iudicauit. Hic fuit de tribu Dan.

¶ Sanson ante natiuitatem suam prenunciatus est ab Angelo. Capitulum. XXXII.

Sansonis natiuitas pnũciat̃, nascens dño dicatur.

COepit autẽ anno egressionis ex Aegypto iuxta Euzebiũ. cccxxvij. mundi vero. MM.lxxx. & iudicauit Israel annis. xx. Hic ante natiuitatem suam ab Angelo prenũciatus est, & in natiuitate dño cõsecratus. Fortissimus eñ fuit, & filios Israel contra Philistinos potẽter defendit, a Philistęis sponte se nouis funibus ligari permisit, & vincula distraxit. Cum mãdibula asini quam in terram iacentem repperit, mille viros ex inimicis occidit, ac cęteros in fugam conuertit: tandem per mulierem Dalilam deceptus, cum cęsarie capitis sui dño consecrata simul fortitudinem perdidit, & hostib⁹ est positus in derisum. Ad extremum renascentibus crinibus ad fortitudinem rediens seipsum cum hostibus domus ruina prostrauit. Quod quia dño inspirãte cõmisit non reputatur in ipso fuisse damnabile. Vnde Augustinus de Ciuitate dei lib. j. Non aliter Sanson excusatus est ꝙ seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia hoc spiritus latenter iusserat: qui per illum miracula faciebat. Hic fortitudinem non habuit ex natura sed gratia. Nam si fortis esset natura: cum ei capillus demeretur, fortitudo non minueretur: sed ad spiritum dñi pertinebat illa potentissima fortitudo dicente scriptura. Insedebat cum illo spiritus dñi. Huius quoq̧ mysterium in Christo completum est, quẽ adduxerunt inimici vt illuderent ei, qui extensas manus & duo brachia quasi ad duas columnas aduersarios suos moriens interfecit.

Sanson a Dalila decipitur.

Quõ de morte Sansonis opinandũ.

¶ Quo tempore Aeneas in Italiam venit. Capitulũ. XXXIII.

ANno siquidem tertio quo Sanson Israel iudicare cœpit anno scilicet. viij. post captionẽ Troię quę capta fuit anno. ij. Abdon superioris iudicis Israel, Aeneas de nobilissima Troianorũ ortus prosapia regnauit apud Latinos, qui Aeneas post captam atq̧ deletam Troiam cum. xx. nauibus quibus portabãtur reliquię Troianorum, in Italiam venit regnãte ibi Latino, & apud Athenieñ Menesteo, apđ Sitiones Pelasgo, Tautane apud Assyrios, apud Hebręos autem iudex Labdon fuit: & post eum Sanson qui tanta fuit fortitudine preditus, vt mandibula asini mille homines prostraret, tñ ante dictum Aeneam in Italia regnauerunt Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus circiter centum quinquaginta annis & Aeneas tribus, & sic reges Latini centum quinquaginta tribus annis regnauerũt: quam historiam priusq̃ ab illa discedã hoc de Aenea insero. Hic est eñ ille Aeneas qui conceptus & natus ex dea Venere & Anchise post Troianę vrbis excidium profugus cũ reliquijs Troianorum per mare cum quibusdam suis nauibus triennio nauigando per pelagus, post multos successus Romanę vrbis & Romanorum reipublicę factus est princeps: de cuius stirpe inclytus ille Cęsar Augustus processit. Hic est etiam ille de quo Imperator Iustinianus in libris suis legalibus:

Italię añ Aeneã reges. Ianus. Saturnus.

Ab Aenea originem

videlicet in libro Auctenticorum inclytam facit mentionem, dicens ꝙ si a magno Cæsare Augusto Imperatore cæteri dicendi sunt Cęsares, a fortiori secū dum primęuam omnes Imperatores ab Aenea Aeneades sunt dicēdi: qui primus rempublicā Romanorum imperiali quasi sceptro recte gubernauit, cuius successus continuos & processus Virgilius in Aeneide dum vixit multa descripsit, morte tamen pręuentus non compleuit.

duxit Iuli⁹ Cæsar.

¶ Cap. XXXIIII. Nomina regū Romanorū qui dicti fuerunt Albani.

POst Aeneam cœperunt regnare reges, qui non Latini sed Albani dicti sunt: quorum primus fuit Ascanius Aenee filius: secūdus Sylui⁹ sic dictus, quia in sylua & venatione nutritus est, vnde omnes reges Albani dicti sunt Syluij. Terti⁹ Aeneas Sylui⁹ Quart⁹ Latin⁹ Sylui⁹. Quitus Latin⁹ Syluius. Sext⁹ Alba Syluius. Septimus Athis. Octauus Capis Syluius. Nonus Tyberius. Hic suffocatus in Tyberi, fluuio nomen dedit: nam ante Albula vocabatur. Decimus Agrippa. Vndecimus Amulius. Duodecimus Auentinus. Decimustertius Prochas. Decimusquartus Auilus, & iste regnauit annis. xliiij. Huius anno vigesimo sui regni Romulus & Remus a Rhea Syluia matre, ac Marte geniti nascuntur, a quibus postmodum Roma ex Romuli nomine condita fuit, regesꝗ qui primo Latini: secundo Albani dicti fuerunt reges Romani dicti sunt: & rexerunt dicti reges vsqꝫ ad Romulum inclusiue. cccc. annis. ¶ Subsequenter venit Romulus: hic cœpit regnare regni Acath anno. vj. & regnauit annis. xxxvij. Et ne sic pertranseam ortum Romuli & Remi: est sciendū ꝙ Amulius vltimus rex Albanoꝝ Numitorem germanum suū a regno eiecit, ex cuius Numitoris filia Rhea nomine cū virgo esset electa in templo deę Vestæ & Mars clam cū ipsa cōcubuisset: nati sunt duo gemelli: videlicet Romulus & Remus. Hoc habet historia communis: ꝙ autem Mars realiter cum ea concubuerit: nō est credendum: sed ille qui Rheam impręgnauit: fortasse se finxit deum Martem: quemadmodum legitur de Nectabone rege Aegypti, qui Olympiadem vxorem Philippi regis Macedonum, matremꝗ Alexandri magni impręgnauit, & ex illo ipsum Alexandrum suscepit dicens Olympiadi: vnus ex potentissimis dijs, neqꝫ iuuenis neqꝫ vetulus, sed in media consistens ætate cōcubet tecum. Nectabon autem magice & per incātationem in figura draconis fecit apparere dictę Olympiadi ita esse in somnis vt ei prędixerat: facto somnio Olympias fecit ad se venire Nectabonē & narrauit ei somnium. Tunc Nectabon: Olympias tu scis ꝙ aliud est somniū, aliud est veritas: & ideo ille deus quem vidisti in figura draconis: ad te veniet in humana forma vt est mea: sicꝗ fuit delusa, & consequenter per ipsum imprægnata. Pariter de Rhea dici potest: quę ꝑpter incestum per eam cōmissum scdm leges viua defossa est, Remus vero & Romulus prope ripam Tyberis fuere iactati: quos reperiens quidam pastor, Faustulus nomine, eos portauit ad vxorem suam Laurentiam, quę nutriuit eos. Ipsa autem Laurentia cum esset formosa meretrix, & multi ad eam confluerent vicini eam Lupam vocauerunt: inde cellulę meretricum lupanaria dicta sunt. Antiquæ tamen sculpturę marmoreę quę in vrbe reperiuntur: & etiam Titus Liuius scribit, ꝙ a vera lupa lactati sunt. Romulus anno ętatis suę vigesimosecundo: & decimoquinto Kal. Maij, Sabineñ, Albaneñ, Tusculaneñ, Politaneñ, Carmanieñ, Cāpanos, &

Reges albanię

De ortu Romuli & Remi.

Amulius.

Romulus & Remus ad ripas Tyberis exponūtur.

Lupa cur, & vñ lupanaria

responso contra Philisteos in bello progreditur,& in monte Gelboe cum filijs suis prosternitur,& a viris Iabes quos prius defenderat sepelitur.

¶ Morte saulis est terminata ętas tertia hñs ãnos.dcccc.xl.Cap.XXXVI. Saulis mors.

A Saule itaq; inceperunt in Israel tempora regum,a Samuele tempora nominatorum prophetarum.In morte Saulis terminata est ętas seculi tertia habens annos.dcccc.xl.& in Dauid eius in regno successore.Aetas quarta ortum habuit temporibus Saul:duo regna Lacedęmoniorum & Corinthiorũ initium habuerant.Primus rex Lacedęmonię fuit Euristeus: secundus Aeggus:tertius Ethetastous:dehinc Labotes:post illum Deustus: consequenter Agesilaus: post hunc Alchelaus Theletus,& tandem Calcameus: & sic reges Lacedęmoniorum defecerunt:scilicet anno Azarię qui & Ozias dicitur.xlviij.& durauerũt.ccc.xiiij.annis.Et aduerte φ lapsis ab origine mundi.M.dcccc.annis dictum regnum sumpsit exordium,cui⁹ primus rex scilicet Euristeus annis.xlij.regnauit,& anno.xxx.regni sui Codr⁹ rex Atheniẽsium vt mox dicetur.seipsum morti tradens interficitur in bello Peloponẽsiaco,in quo Heraclidarum regnũ destructum fuit,quod.ccc.lxxxij. annis durauerat.Anno prędicto dicti Saulis ptimus rex Corinthiorum fuit Elethes:secundus Hyron:tertius Agelaus:quartus Prelinus,quĩtus Bactus: sextus Agelos:septimus Audemẽs:octauus Aristodemos:nonus & vltimus Thelestes:& ex tunc reges Corinthioꝝ defecerunt & durauerunt.cc.xij.ãnis. Lacedęmoniorum reges. Lacedęmoniorũ regũ finis. Corinthioꝝ reges.

¶ Codrus rex Atheniẽsium exhibuit se morti vt pręponeret salutem patrię. Capitulum.XXXVII.

Isdem fere temporibus Codrus rex Atheniensium cũ multitudine ingenti gentium,regnum suum debilitaretur ferro igneq; vastaretur diffidẽtia humani cõsilij confugit ad Apollinis oraculum,& per legata sciscitatur quonã modo tã graue bellum discuti posset,cui responsum extitit,ita finẽ bello fore si ipse hostili manu cecidisset:hoc non solum in Atheniẽsiũ castris percrebuit:sed etiam in castris hostium fuit publice diuulgatũ & hoc inter hostes extitit ordinatum,ne quis Codri corpus vulnerare auderet:quod postq̃ Codrus agnouit depositis imperij insignibus familiarẽ cultũ induit,& pabulantiũ hostium globo se obijciens vnum ex eis quem quoq; falce percussit,in cędem suam compulit,salutem patrię ꝓprię saluti ꝑponẽs. Codri exitus.

¶ Quarta ętas habuit exordium in principio regni Dauid. Capitulum.XXXVIII.

Dauid quoq; post Saulem prim⁹ de tribu Iuda regnauit apud Hebræos. In ipso regni eius principio quarta seculi ætas sumpsit exordium,non pro regni Iudęorum initio cum incepisset a Saule,sed pro innouatione promissionis olim patribus factæ de Christo. ¶ Cœpit autem anno egressionis Aegypti.ccccxxxvj. ętatis autẽ quartę anno primo:mundi vero.MM.dcccl xxxix.& regnauit ãnis.xl.& regnauit prio in Ebron sup tribu Iuda tm̃.vij.ãnis:postmodũ in Hierlm sup oẽm Israel.lxxvj.ãnis.Hic ꝑ pctõ qđ in Vriã & in vxorẽ ei⁹ cõmiserat,se humiliãs diuinã miam meruit,& tã a filio proprio q̃ alienis persecutiones & opprobria,non tm̃modo patiẽter Quarta ętas incipit. Reg.j. &.ij. libro. dauidis adulterium & prlia.

verum etiã libenter sustinuit. ¶ Hic dr̃ eximius Prophetarũ, quia nõ futura prędixit de Christo, sed etiã ipsum de semine suo nasciturũ nũciauit. Hic soli loquiũ.i.psalmos qui solitudinẽ mẽtis exigũt (vtpote qui oĩ affectu sp̃uali & diuina cõtemplatione pleni sunt) cõposuit: hic ob numerationẽ populi a dño percussus est. Nam irato domino tres supplicij conditiones a Propheta Gad propositę sunt, vt ex his quam vellet eligeret. Suppliciorum autẽ genera fuerunt hæc: vtrum famem vellet in terra Iudæorum septem annis generari, aut trimestri pugna in manus hostium tradi, vel vt morbo pestis tribus diebus laboraret populus. Cunq̃ attentius cogitaret rex misericordiam Dei sibi affuturã sperans cõmunem potius passionem ad omnes ęqualem elegit dicẽs, Melius multo melius est in dei q̃ in hostiũ man⁹ incidere: moriebantur itaq̃ Hebræi vnus super aliũ alijq̃ super sepeliendis moriebãtur, & latẽter imminẽs malũ velociter afferebat interitum, atq̃ pestifero lãguore incipiente ab hora matutina vsq̃ ad horã prandij cõsumpta sunt septuaginta millia hominũ. Ecce quãta millia hominũ ob vni⁹ principis peccatũ cõsumpta sunt: hic tñ pœnitentiã agẽs veniã a domino obtinuit: ędificauitq̃ altare dño in archa Hiesubęi. Ambrosius sic ait. Nunq̃ Dauid nisi lacessitus nec nisi prius cõsulto domino bellum intulit: prudẽtiã em̃ in bello vel prȩlio comitem fortitudinis habuit: ideo in oĩbus prȩlijs vsq̃ ad senectutẽ fœlix manu promptus victor extitit: hic etiã Abner licet aduersarij agminis ducem fide data interemptũ fleuit: & post luctũ ei⁹ ambulãs depositis isulis potestatis exequiarũ busta curauit: quo facto docuit etiam fidem esse aduersarijs seruãdã, honorãdã quoq̃ & in hoste virtutem. Circa hęc tempora Hebręoꝝ pontifex Abiatar clarus habetur: Prophetę etiam Gad & Nathan & Asaph tunc suę virtutis insignia ostenderunt.

> Percussus Dauid ob populi descriptionẽ. Melius est i dei q̃ hostiũ man⁹ incidere. Ambrosius. Abiatar.

¶ Salomon.xij.annum agens filium pręter naturam generauit: composuit etiam postea templum magnificum. Cap.XXXIX.

Salomon filius Dauid regnauit post patrem suum.xl.annis hic filiam Pharaonis regis Aegypti sibi desponsauit: de qua (vt dicunt Hebręi) cũ adhuc.xij.annoꝝ esset cõtra naturã genuit filium: hic habuit vxores.ccccccc.& concubinas.ccc.hic per dictas mulieres deprauatus vsq̃ ad idolorũ culturã desipuit: ideo dñs aduersarios contra eum adhuc viuentem incitauit, & regnum eius post mortem scindendum esse prędixit. Sicq̃ factum est vt qui prius in omnibus pacificus & gloriosus extiterat, vndiq̃ per circuitum bellis vigentibus vitam in tribulatione finiuerit. Dicunt tamen Hebręi q̃ ante mortem pœnituit, & ideo librum de contemptu mundi, qui Ecclesiastes dicitur, composuit. Ipse in.vij.annis &.viij.mensibus templum in Hierusalem de marmore candido cum suis vtensilibus compleuit. Habet quoq̃ templum illud mirificum in longitudine cubitos.lx.pars quidem anterior quæ erat ab oriente habebat.xl.cubitos in latitudine. Reliqua vero quę ad occidentem viginti cubitos, & dicebatur Sancta sanctorum. Tota vero templi altitudo.cxx.cubitos habebat, ad quem accessit regina Saba, & admirans prudentiam & dispositionem Salomonis: dedit illi gemmas preciosas, aurum, aromata & radicem balsami. Vnde ꝓpagatę sunt in Engaddi vineę Balsamitę: quę cum reuerteretur: fertur scripsisse illi q̃ in domo altum lignũ quoddam coopertum auro viderat, in quo suspendendus erat quidã cœlestis Propheta, pro cui⁹

> Salomõ duodecimũ annum agẽs filium gignit. Salomonis vxorũ & cõcubinarũ nũerus. De ędificatione templi.

morte regnū cœlorū periret. Timens aūt Salomon discindere lignū,& q̄ rex
Dauid pater suus in magna illud habuerat reuerētia,in ꝓfundissimis terrę vi
sceribꝰ occultauit eū. Tpe aūt Christi in Probatica piscina supenatauit.quod
lignū dñicę crucis dr̄ fuisse. Hęc regina Sibylla dicta est,qa sapiētes fœminę
hoc noīe antiquitꝰ vocabātur. Fuitq̄ dicti Salomonis cibꝰ per dies tauri.xxx.
&.lx.cori farinę,x.boues pingues.xx.boues pascuales,& cētum arietes:exce=
pta venatione ceruorū,caprarum,atq̄ bubalorū & auium altiliū. Habebat etiā
MMMM.ꝑsepia equorū curruliū decē millia equestriū.& locutꝰ est Salomō Salomo
MMM.parabolas.& fuerunt carmina eius.MMMMM.disseruit de iumē= nis libri
tis,volucribꝰ,reptilibus,& piscibus quę nō habētur. Perierūt eñ cum multis & para=
alijs libris Prophetarū qn̄ subuersa fuit vrbs,& templū incēsum a Chaldęis. bolę.
Tāta gloria tātaq̄ opū abundātia hic Salomon cęteris pręcelluit,vt eo nemo De ędi=
sapiētior,gloriosior,nemo in toto orbe appareret. Nā pręter mirandā templi ficatiōe
ędificationē(de qua superius dictū est)regiā ędificauit,quā.xiij.annorū spatio domus
vix cōpleuit. Superior pars lignea erat.in qua reponebātur arma,ne rubiginē Salomo
sentirent,odore libani cōseruata. Sustētabatur aūt hęc domus tribꝰ ordinibus nis.
colūnarū. Vnusquisq̄ ordo habebat colūnas.xv.e regione positas,erātq̄ inter
ordines colūnarū.iiij.deambulatoria. Inferior vero pars cuiꝰ fuerit cōpositio=
nis reticetur. Fecit etiā vtensilia & vasa ex auro.vt nihil ad gloriā sibi deesset.
Porro dū esset regū gloriosissimus atq̄ religiosissimꝰ,ac prudētia & diuitijs ex
celleret vniuersos,circa mulieres tandē & venereā intēperantiā turpiter exar
descēs nō prouincialium solūmodo delectationem habuit fœminarū,sed etiā
cōtra pietatē ac religionē alienigenis abusus est:Sidonias & Tyrias,Amma alienos
nitidas & Idumęas ducēs vxores.atq̄ illis sic adhęsit vt deos coleret alienos,a deos co
vero dei cultu amore mulierū abhorrēs & phana Astherten deo Sidoniorū Cha luit Sa=
mos deo Moabitarū.& Moloch deo Ammonitarū ędificās. Ecce quātus rex a lomon.
quibꝰ muliercul is deceptꝰ est:fugiamꝰ ergo venereos amplexꝰ,ne & harū fœ Exhor=
minarū mollibꝰ verbis decipiamur. Verū & hūc diuina vltio secuta est:nā ob tatio.
has pręuaricatiōes regnū eiꝰ diuisum est. Insup & multis angustijs pressus vi
tā miserabiliter finiuit:quidā tñ aiūt hūc ante mortē egisse pœnitētiā.librūq̄
Ecclesiasten cōposuisse,vt ex hoc appareret q̄ sit aspernāda huiꝰ seculi vanitas
Huiꝰ tpe ꝓphetabāt Sadoch,Achias,Salomites,& Sameas. Quidā etiā Ho= Home=
merū & Hesiodū his fuisse tpibus aiūt:quorū ꝑclara opa habētur:quāuis Ho rus hoc
merū tpe Saulis regis Israel ascribāt:hic leuē q̄stionē a nautis ꝓpositā nō po tpe fuit
tuit explicare:a quibꝰ dū impudētiꝰ & ꝓcaciꝰ derideret̄ seipm interfecit. Quę= & Hesi
stio nautarū talis fuit. Qđ cepimꝰ nō habemꝰ,& qđ nō cepimꝰ retinemꝰ:ver odus.
mes eñ in vestibꝰ scrutabātur. Homerꝰ vero dirigēs cogitatū ad pisces cogita
bat q̄liter hoc eē potuisset,vt videlicet nodū captos haberēt & captos nō habe
rēt. Aiūt q̄dā ex hoc adeo fuisse amaricatū vt i isaniā versꝰ seipm suspēderit.

Vnde Iudęi sumpserunt nomen Iudęorum. Cap.XL.

POst mortem vero Salomonis regno in duas partes diuiso su= Diuisio
per duas tribus Iudam scilicet & Beniamin,regnauit in Hie= regni
rusalem Roboam filius eius:vocatiq̄ sunt Iudęi ob reges Iu= Israel.
dęorum:qui ex Iudę stirpe descendebant,& vniuersa gens no
mine Iudæ inde secuta est. Super vero decem tribus in Sa=
maria regnauit seruus eius Hieroboam de tribu Effraym,

¶Cœpit aũt Roboam anno egressionis Aegypti.cccccxv.annis ętatis quat te.lxxxj.mũdi vero.MM.dcccclxx.& regnauit annis.xvij.& regnũ ipsius & successorum suorũ regnũ Israel fuit appellatũ.Hic populo schismatis occasio nem dedit,cõsiliũ seniorum pretermittendo,dureq; secundũ cõsilium iuuenũ respondendo.Itaq; decem tribus eo relicto Ieroboam secutę sunt:insuper & re licto dño vitulos aureos quos fecerant in Dan & in Bethel coluerũt.Hic ha buit vxores.xviij.& cõcubinas.lx.& nati sunt ei filij.xxviij.& filię.lx.Anno v.regni ei⁹ Perses rex Aegypti ascẽdit in Hierusalẽ & tẽplũ spoliauit:hic Ro boam cum ab eo ad Iereboam filium Nabath defecisset populus conuentu fa cto duarum tribuũ quę Roboam imperio obsequebãtur ex eis centũ octogin ta millia electorum militũ sumpsit,vt aduersus Ieroboam & populũ Israel di micarẽt:quaten⁹ bello pressus Ieroboã ac populum Israel suo imperio addij ceret,sed per Prophetam prohibitus a dño tandẽ quieuit,& sic Ieroboã post tã ta beneficia Deum minime recognoscens populũ vitulis aureis imolare ho stias pręcepit.Sub hoc Ieroboã incepit regnum Israel in Samaria.¶Post Ro boam regnauit Abia filius eius annis tribus:hic patris sui malitiã imitat⁹ est: & aduersum Ieroboam habuit bellum sicut pater eius.¶Post Abiam regna uit Asa filius eius.xlj.annis.Hic bonitatem Dauid imitatus effœminatos de terra & sordes Idolorum purgauit,Aethiopes in bello superauit:hic in princi pio iustus:in fine desipuit.Tunc fuerunt Prophetæ in Iudęa Ageus,Helias, Zacharias,Micheas,Amos,Ioel,& Hieu.In his temporibus quidam nomine Baasa permissione Dei Ieroboam cũ omni genere illius interemit:ex quibus alij quidã in ciuitate mortui a canibus lacerati sunt & consumpti:alij vero in agris a volatilibus cœli deuorati:vt in hoc modo appareat quãta sit vltio in fu turo his qui Deũ relinquunt.¶Post Asa regnauit Iosaphat annis quidecim: hic pplm dei ad cultũ reuocauit,& Lucos destruxit:porro Moabitas,Ammo nitas & Arabes irruentes in Iudam percussit atq; fugauit.

Causa schisma tis i Isra el. — *Roboã vxores cõcubi nę & fi lij hic numerã tur.* — *Prophe tę regnã te Asa q claruerũt* — *Iosa phat op timi re gis vi ctoria.*

¶Capitulum.XLI.

Post Iosaphat regnauit Ioram filius eius annis octo:hic cõsilio vxoris suę Idola coluit,& Hierosolymitas ad Idololatriã cõpu lit.Sex quoq; fratres suos occidit,Edom ab eius dominatione re cessit,& iuxta cõminationẽ Helię Arabes irruentes Iudęam va stauerunt & eius filios occiderunt,vxoresq; captiuas abduxerũt, ac tandem ipse viscera effundens pro omnibus iustas dedit pœnas.His tem poribus Helias per turbinẽ ascẽdit in cœlũ,eius spiritus a dño datus duplex scilicet ad ꝓphetiã & ad miracula,sup Helisęũ volẽte dño requieuit.Verũtñ idem spũs ad miracula facıẽda est in Heliseo quodãmodo duplicatus:nã He lias quidẽ viuẽs vnũ tm̃ mortuũ suscitauit:Heliseus aũt viuẽs vnũ,& mor tuus aliũ:viduę quoq; Sunamitis oleũ in vasis diuisum multiplicauit:ei⁹quo q; filiũ morte suscitauit,aquas steriles pessimasq; sanauit,vrsos ad lacerãdum derisores sui pueri maledictione propria prouocauit,pulmentũ amarũ dul corauit,panes paucos cũ frumẽto centũ viris appositos,vt eis sufficerẽt multi plicauit,Naaman Syrũ a lepra curauit,Gyezi quoq; fraudẽ per spm̃ agnoscẽs lepra percussit.Pręterea ferrũ securis in aqua lapsum natare fecit,seruos regis Syrię quęrentes ipsum acersia percussit,multa ventura prophetię nunciauit.

Iorã de gener Idolola trare po pulũ cõ pulit. — *Helias ad cœlũ fertur.* — *Helisęi opera.*

¶Cõsilio Iesabel vxoris suę Prophetas dñi persecut⁹ est. Cap.XLII.

POst Ioram regnauit filius eius Ochosias anno egressionis Aegypti. dccxj. anno ętatis quartę. clxxv. annis mundi vero. ccclxiiij. & regnauit anno vno: Hic ambulauit in vijs Acab aui sui: qui Acab tempore Abdię regis Israel regnauit in Samaria & fuit pessimus idololatra. Nam templum in Samaria ędificauit, in quo lucum plantauit. Consilioq; Iesabel vxoris suę persequens prophetas domini, prophetas Baal fouit. Benadab morte dignum cum cepisset dimisit. Insuper iusto Naboth fraudulenter interfecto vineam eius iniuste possedit. Ob hoc ad disperdendum dictum Ochosiā & omnes reliquias domus Achab dimisit dn̄s. Iehu per Heliseū domini volūtate inunctus in regem fuit: vt regnaret super Israel: qui. lxx. filios Acab & lxij. fratres Ochosię, ac ipsum & Ochosiam: omnes reliquias domus Achab deleuit. ¶ Sed & sacerdotes & cultores Baal astute decipiens interfecit eosdē totumq; cultū eius destruxit. Athalia mater Ochosię, filiū suum mortuū videns surrexit: & regnare volens omne semen regium: scilicet regis Dauid interfecit excepto Ioas Ochosię filio, quē adhuc lactentem Iesaba Ioiadę pontificis vxor sex annis, ne interficeretur, abscondit. ¶ In septimo autem anno Ioiada pontifex congregatis sacerdotibus & leuitis ac centuriōibus armatis: Athaliam reclamantē occidi fecit. Templū quoq; Baal: & Aras & imagines quę fecerant Ioam & Athalia destruxerunt, sed & Nathan sacerdotem Baal ante altare occiderunt.

Ochosias pessimus

Iehu.

Athalia crudelis

Ioiada sacerdos

¶ Lygurg⁹ leges Lacedemonijs īstituit et fūdos ęq̄liter diuisit. Cap. XLIII.

IOas quoq; septēnis regnauit annis. xl. hic templi ruinas restaurari fecit & cūctis dieb⁹ Ioiadę pōtificis recte egit. Quo vita functo Ioas a legitimis dei declinauit & optimates suo exemplo vitiauit: quē cū Zacharias ꝓpheta filius Ioiadę argueret inter templū & altare lapidibus obrui fecit. Hic apud Hębreos insignissimus pontifex habitus fuit qui solus post Moysen vixit annis. cxxx. Tempore huius Ioas, floruit Lygurgus. qui lacedęmonijs leges instituit. Nihil tamen in alios sanciuit: cuius non ipse documentum primus daret: auri argentiq; vsum & omniū scelerum materiam sustulit. Fundos omniū inter ōmnes ęqualiter diuisit, vt ęquata patrimonia neminem potentiorem altero redderent. Cōuiuari omnes publice iussit ne cui⁹ diuitię vel luxuria in occulto essent. iuuenibus non amplius vna veste vti toto anno permisit. nec aliquem cultius q̄ alterum progredi voluit, nec opulenti⁹ epulari. emi singula non pecunia, sed commutatione mercium iussit. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci iussit: vt primos annos non in luxuria, sed in omni opere ac labore agerent. nihil eos somni causa substernere. & vitam sine pulmēto degere: nec prius in vrbem redire q̄ viri facti essent Constituit virgines sine dote nubere: vt vxores non pecunię causa eligerentur: seueriusq; viri matrimonia coercerent, cum nullis dotis frenis tenerentur. Maximum honorem non diuitū & potentum, sed senum esse constituit. Et quoniā hę leges durę videbantur, earum authorēm Apollinē Delphicum finxit: deinde vt ęternitatē suis legibus daret, iureiurando obligat ciuitatem nihil eos de suis legibus mutaturos priusq̄ ad patriā remearet, simulans se ad oraculū Delphicū proficisci, cōsulturū quid addendū esset suis legib⁹ vel minuēdū. Profect⁹ est autē Cretā vbi volūtariū ꝑpetuo duxit exiliū. Moriēsq;

Lygurgi leges.

mors Lygurgi & Lacedę monū iusiurādum

proijci ossa sua in mare precepit, ne forte Lacedęmonē deferri cōtingeret & Lacedęmones se solutos iureiurando putarent.

¶ Matthęus in Christi gñatione prȩteriuit tres reges. Cap. XLIIII.

Ioas rectus. Eius victoria.

POst Ioas filius eius Amasias regnauit annis. xxviij. Hic quod rectum coram dño fecit, & colligens exercitum contra Idumeos & Amalechitas in valle Salinarum ex eisdem decē millia percussit: & alia decem millia ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad prȩcipitium cuiusdā petrȩ, eosq́ de summo prȩcipitauerunt & vniuersi crepuerūt. ¶ Notandū vero q tres reges Iuda posterius nominati: scilicet Ochosiam, Ioas, & Amasiam prȩteriuit Matthęus in Christi generatione: vel quia propositum Euangelistȩ fuit tres prȩcise texere Decades: vel quia tres dicti reges peccatū Acab imitati sūt: ideo a sancta Christi generatione sublati sunt. ¶ Quando monarchia Assyriorū terminata est. ¶ Post Amasiam regnauit Mazias annis. l. quo in tempore ꝓphetare cœperunt Esaias filius Amos, & Ozee de tribu Isachar, & Ioel de tribu Ruben, & Abdias scđm quosdam. Quo in tēpore monarchia Assyriorum terminata describitur, quorum vltimus fuit Sardanapalus vir vtiq́ vitiosus. Hic Sardanapalus fuit muliere corruptior, qui cum inuentus esset ab Arbate Medorum prȩposito inter scortorum greges fœmineo habitu colonens, purpuram, mollicie corporis, & oculorū lasciuia, supra oēs fœminas muliebriter dispensans, indignatus Arbates ei qui fœminam mallet esse q̄ vir, decætero obedire, aduersus eum bella cōmouit, & vicit eū. Hic Sardanapal9 adeo fuisse vitiosus describitur, vt in sepulchro suo scribi fecerit, ea sola se tm̄ habere mortuum quȩ libido eius cum viueret hauriendo consumpserat. ¶ Dictus Arbates fuit primus rex Medorum, in quo regno (ipso incluso) octo reges successerūt, & durauit regnū. cclix. annis. Syrus Medorum destruxit imperium: & regnauit in Perside.

¶ Alexander Magnus regnauit annis duodecim mēsib9 sex. Cap. XLV.

Initiū regni Macedonum

ANno quoq́ Osiȩ regis Israel. xuj. Macedonum regnum incepit. In quo regno prȩcesserunt Alexandrum Magnum filiū Philippi triginta & tres reges, qui regnauerunt quinq́ centū duobus annis. Alexāder vero ānis. xij. mēsib9 sex: quibus finitis mortuus est apud Babylonem. xxxij. ętatis suȩ anno. Tunc translato in multos imperio regnū diuisum est. Hinc enim ortum est regnum Alexādrinorū quod est Aegypti: & nō multo post regnū Asię, & mox Syrię. Post Alexādrū regnauit in Macedonia Philippus, & successiue illo incluso. xiiij. reges qui regnauerūt. clxj. & medio annis. &. xlv. diebus. Et sic Macedonum regnū quod fuit vnum de quatuor principalioribus orbis, redactum fuit in prouinciam a Romanis: anno. xxiiij. regni vltimi regis Macedonum. Dęmonius & Ariston ac Tympāton vnum tyrannū interfecerunt, & cum lena meretrix & amica eorū tormentis cogeretur, vt ipsos proderet, linguam suam mordicus amputauit. Huius etiam Osiȩ tempore Lacedęmoniorū & Corinthiorū regna defecerunt, & Lydorum regnū sumpsit exordium: vbi primus regnauit Ardisus: vbi fuerunt nouem reges: quorū vltimus fuit Cresus, qui captus est a Syro rege Persarum: regnum Lydorū fuit destructum, quod per annos. ccxxx. durauit. ¶ Naam contra Niniuen pro=

Alexander.

phetauit. ¶ Post Osiam regnauit filius eius Ioathan,& regnauit annis.xvj. Ioathā.
hic bonum coram deo fecit,& deuicit Amonitas,eisq; annuum tributum imposuit: scilicet centum tanletorum argenti,decem coros tritici & totidem ordei. Sub isto rege prophetauit Naam contra Niniuen: prophetauit etiam destructionem Assyriorum in cōsolationem gentis suę. Sub hoc rege vidit etiā Esaias sedentem dñm & Seraphin mūdauit labia eius. Sub eodem prophetauit Micheas. Ozee,& Ioel.

¶ Quo tēpore Roma conditur a Romulo & Remo. Cap.XLVI.

Post Ioathan regnauit filius eius Achath annis.xvj. Hic in vijs domini non ambulauit: nam vnum de filijs suis Idolo sacrificauit,traijciens illum per ignē Trophon in valle Beenon iuxta Acheldemac. Tunc ascenderunt Rasim rex Syriæ & Phacee rex Israel in Hierusalem,& obsederunt eam primo (vt ait Iosephus)& congressus cum eis Achath mortuus est, & filius eius Acharias occisus est:& multa millia cum filio perierunt. ¶ His etiam temporibus a geminis fratribus Romulo & Remo Roma in monte Palatino conditur:& tertio anno vrbis conditę: Remus a Fabio Romuli duce in tuba rostro pastorali occiditur. Sed scd̃m quosdam,quia muros ascendit contra conmunem fratrū prohibitionem pœna capitali punitur. Romulus autem solus ad culmen honoris regij sublimatur. ¶ Meritis Ezechię dominus per Angelum interfecit plures Assyrios. ¶ Post Achath regnauit Ezechias, & regnauit annis xxix. ¶ His conuocatis sacerdotibus primo anno & primo mense regni sui templum aperuit: vasa dei reparauit,& restituit sacrificia intermissa: statuas, & Lucos succidit,& filijs Israel scripsit,vt ad cultum altissimi redire properatent. ¶ Huius quoq; meritis dñs in castris Assyriorum centū octogintaquinq; millia virorum per Angelum interfecit. Eius quoq; vitę desperatę quindecim annos addidit.& in huius rei signum solem decem gradibus retrocedere fecit. Hoc tempore prophetabant Osee, Asarias, Ioel,& Micheas. Eius quoq; tempore Romulus rex Romanorum primus milites ex populo sumpsit: videlicet ex mille vnum,& nobilissimos cētum senes elegit,quos ob ętatem senatores, ob similitudinem curię,patres appellauit,& rempublicam gubernauit.

Achath

Ezechias.

¶ Cap.XLVII. Pompilius rex Romanorum addidit Ianuariū & Februariū decem mensibus cum ante tm̄ essent decem.

Post Ezechiam filius eius Manasses,quo in tempore Numa Pompilius secundus rex Romanorum regnauit Romę.& dictos senes,senatores appellauit: qui duos menses anno addidit: scilicet Ianuariū & Februarium cum ante eum decem tm̄ apud Romanos fuisset. ¶ Hic Capitoliū a fundamentis ędificauit:& primus leges romanis instituit. Huius etiā temporibus Caleucus cum filius eius adulterio dānatus vtroq; oculo carere deberet,ac tota ciuitas in honorem patris aliquandiu ei repugnatet,ad vltimū victus instantia populi ne lex a se condita violaretur,suo prius: deide filij oculo eruto vtrisq; vsum videndi reliquit. Sicq; mirabilis ęquitatis temperamento se inter misericordē patrem et iustum legislatorem partitus est. Hic Manasses Esaiā auum maternum serra lignea per mediū secari fecit: qui dum in principio sectionis angustiaretur: petijt sibi dari aquam vt biberet. & cum nollent ei date,dominus de sublimi misit aquā in os eius,& expirauit nec ta-

Manasses.
Numa pōpili9.

men carnifices destiterunt a sectione. Tradit enim Epiphanius φ dum Sena cherib rediret ab Aegypto præmisit exercitū ad obsidendū Hierusalē, qui ca strametatus est circa piscinā Siloe vt aquis eius vteretur. eratq; piscina com= munis. Nam & ciues ad eam descendere poterāt & hostes. Orans autē Esaias obtinuit a domino φ cū egrederentur ciues erāt ibi aquę sicut prius. Cū ve= ro descendebant hostes siccabatur prorsus, ita vt mirarentur Assyrij: vnde es= sent aquę in vrbe.

Amon. ¶ Post Manassem regnauit filius eius Amon, & regnauit annis duobus. Hic fecit malū coram dño sicut pater eius in iuuētute sua. Ta men serui sui ei insidias tetenderunt: & ipsum in domo sua interfecerunt.

Iosias ¶ Post Amon filius eius Iosias iustus. viij. quidā annorum existens regnare cœpit: & regnauit annis. xxxj. Hic ętatis suę anno. xij. pietatē & iustitiā in se mirabiliter demonstrabat: & populū ab idolatria reuocabat, prauaq; opera obhorrēs: velut senior meliora tradebat. Anno. viij. regni sui oēm ciuitatē & ꝓuinciā a cultu idoloꝝ purgauit. & vt nullū vestigiū idolatrię superesset scru tabatur domos: & idolatriā destruebat, & facta est templi reparatio perfecte.

Phalaris ¶ Anno. xiij. huius regis incepit prophetare Hieremias in terra Beniamin & prophetauit vsq; ad euersionē vrbis. xlj. annis. Hoc etiā tempore Phalaris Sicul⁹: vt ait Orosius, Agrigentinos arrepta tyrannide depopulabatur, qui crudelis mente commentis crudelior omnia nepharie in innocentes agens inuenit aliquādo quomodo iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidā ęris opifex affectans tyrāni amicitiā apertū munus ratū crudelitati, illiq; ęneum Taurum fecit, cui fabricę ianuā ex latere cōposuit, quæ ad intrudendos dāna tos receptui foret, vt cum inclusus ididem subiectis ignibus torreretur, sonū vocis extortę capacitas cōcaui ęris augeret, pulsuq; ferali competens imagini murmur emitteret, nepharioq; spectaculo mugitus pecudis, non hōis gemi= tus videatur. Sed Phalaris factū amplexus factorē execratus & vltioni mate riam tribuit & crudelitati. Nam ipm opoficē sua inuentione puniuit. & pro= phetauit, vsq; ad euersionē vrbis annis. xlj.

Ioas. ¶ Post Iosiam regnauit fili⁹ eius Ioas & regnauit annis. xj. ab hoc Ioath Vrias propheta cū eum redarguisset: occisus est.

Hieremias Hieremias euersionē vrbis et templi ꝓphetans incarceratus est: ne publice ꝑdicaret. Eodē tēpore Pittacus Mityleneus qui de septē sapiētib⁹ fuit cū Phrynone atheniēsi olympicę cōgressus est eūq; interemit: q cū diues eē potuisset spreuit diuitias: de hoc etiā refert φ cū Alce⁹ poeta anteq̄ Pittac⁹

Notatu dignum factum principatū Mitylenensiū obtineret amaritudine odij & ingenij viribus perti nacissimā in eum persecutionē ingessit. Tandē Pittacus principatū adeptus Alceū pauētē & tremulū accersiuit & dixit: Mihi ꝓvidicta tibiq; ꝓ pœna suffi ciat φ auxilij vel fugę deficiente ꝑsidio posses nūc iniuriarū ꝑmia reportare Parcentem igitur tibi iniuste persequi desine, quē iuste pati valeres vltorē.

¶ Nabuchodonosor obsedit Hierusalem & in Babylo= nem duxit captiuos Iudęos. Cap. XLVIII.

Sedechias. POst Ioath regnauit Sedechias eius parruus ānis. xj. quo in tē pore Marsilia cōdita est. Anno. v. Sedechię cœpit Ezechiel prophetare in Babylone ad captiuos murmurantes cōtra do minū, quia fraudulenter eos eiecisset: dixerat eñ per os Hie= remię remanētes in Hierusalē perituros: eis vero qui se trade rent seruo suo Nabuchodonosor bona pollicebantur: nūc in

contrarium euenire videbant:florebant em̃ qui remanſerant.et ipſi iugo ſer=
uitutis premebãtur: & erant inter eos qui dixerant,quia dum ſeruierant mili
tię cœli omnibus bonis abundabant.Ex quo vero ceſſauerunt perierunt gla=
dio famę:propter hoc prophetauit Ezechiel euerſionem vrbis Hieruſalem &
templi incendium imminere,& eos qui remanſerant in vrbe fame perituros,
& extra vrbem gladio.Eos autem qui viui traherentur grauem paſſuros ſer=
uitutem,ipſos autem in pace & quaſi libera ſeruitute manſuros:vt autem au=
ctoritatem præberet ei Deus,pręoſtendit quaſdã viſiones per ſimilitudinem:
ſcilicet hominis,vituli,aquilę,& leonis:non ſolum ad pręfigurandũ euange=
liſtas,ſed vt oſtenderet Deum Iſrael Deũ eſſe totius creaturę per digniora hęc
omnem intelligens creaturã.Homo em̃ pręeſt cęteris animalibus,aquila aui=
bus,leo feris,bos iumentis.Anno nono regni dicti Sedechię Nabuchodono=
ſor Hieruſalem obſedit:& dictum Sedechiam poſt biennium vna cum ciuita
te cœpit:& oculos ipſius effodit: victumq; catenis in Babylonem adduxit,&
ibi fuit terminus regni Hebręoꝝ:in quo regnatũ eſt annis quingentis &.xiij.
cum dimidio.In hac vltima captiuitate Iudęorũ terminata eſt quarta ętas ſe=
culi habens annos.ccccLxxxv.Fuerũt aũt ab anno quarto Salomonis,in quo
fundatum eſt templum vſq; ad prędictũ eius incẽdiũ,anni.ccccxlij.ab ingreſ=
ſu terrę promiſſionis.d.ccclxxxj.a datione legis.ccccxxj.a natiuitate Abra=
hę.M.ccccxxv.ab initio vero ſeculi.MMM.ccclxxiiij. Et quia in hac vlti=
ma captiuitate Hebręorum regnũ Iudęorum deſtructum fuit:idcirco per tẽ=
porum vices aliorum regnoꝝ Babylonici ſcilicet vel Chaldęi Perſarum,Ma
cedonũ & aliorum,oportet nos ad notitiam temporum huiuſmodi ętatis per=
uenire:& quia Nabuchodonoſor rex Babylonis dicti regni Iudęorum deſtru
ctor,maximũ tunc in oriente tenebat imperium:ideo ab ipſo huiuſmodi ętas
quinta fuit exordium.

De Rege Nabuchonoſor. Cap.XLIX.

NAbuchodonoſor igitur Rex Babylonis.xxxvj.regni anno
Hieruſalem cœpit,eamq; cum templo deſtruxit:& Hebręos Nabu=
captiuos duxit:vt ſuperiora declarant:cui ſucceſſit filiꝰ ſuus chodo=
vocatus nomine patris Nabuchodonoſor:timenſq; ne pater noſor.
ſuus ſicut de beſtia fuerat in hominem reſtitutus,ſic de morte
reſtitueretur ad vitam,tandem Ioachim conſuluit,eiuſq; con
ſilio cadauer patris effodit,effoſumq; in.ccc.partes diuiſit,&.ccc. vulturibus
diſpertiuit:tuncq; ait Ioachim.Non reſurget pater tuus decętero,niſi hę.ccc.
vultures congregẽtur in vnum. Dictaq; ciuitas Babylonis capta fuit per Cy
rum regem Perſarum,licet eſſet fortiſſima,ſic q; humano ope extrui potuiſſe
vel humanis viribus deſtrui poſſe vtrũq; pene incredibile videbatur.¶Hæc
ciuitas de Nẽbroth gigãte,cuius ſtatura erat altitudinis.x.cubitoꝝ fuit funda
ta,& a Semiramide regina reparata,delitijs & fortitudine abundabat.¶Hæc
cãpi planitię conſpicua vndiq;:natura loci lętiſſima:caſtroꝝ altitudine mirifi
ce decorata:mœnibꝰ paribꝰ per quadrũ pulchre diſpoſita,firmitas & magni=
tudo muroꝝ eiꝰ vix relatu credibilis,habens in latitudine cubitos centũ quin=
quaginta:in altitudine.cccccc.cęteroꝝ ambitus eius.ccccxc.ſtadijs circuibãt. Latitu=
In fronte autem murorum erant centum portę ęreę mirę magnitudinis,murꝰ do,lõgi
coctili latere,atq; interfuſo bitumine erat compacta,foſſata extrinſeca late pa tudo vr

bis Babylonis hic describit. tens vndiq;,& tamen Babylon illa ita fortis & magna minima mora victa & capta subuersa est. De Babylonia Hieronymus sup Esaiam sic loquitur Babylonem fuisse potentissimam & in campestris quadrũ sitam ab angulo vsq; ad angulũ muri sex decim millia tenuisse passuũ refert. ¶ Herodot⁹ & alij qui Græcas historias conscripserunt sic dicunt. Arx id est capitolium illius vrbis est turris quę ędificata est post diluuium. MMM. passuum tenere narratur, paulatim de lato in angustum coartata, vt pondus iminens facilius a latioribus sustentetur. Describunt etiam ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus preciosis auroq; fulgentes, & multa alia quę pene incredibilia
Cyrus. esse videntur. Cyrus em̃ rex Persarum cum fere orientem sibi subiecisset ad Babyloniam alijs ciuitatibus potentiorem perrexit destruendam. Sed Eufrates fluuius, ac vt alij dicunt Ganges sibi obstitit, & vnum ex militibus Cyri candore formaq; alios excedentem transmeandi fiducia persuasum submersit. Tunc rex iratus vlcisci in amnem siue fluuium statuit, contestans eum qui tã pręclarum equitem vorasset, ita meabilem relinquendum vt vix genua tãgeret transeuntium fœminarum, quod & factum extitit, qm̃ in. cccclx. alueos diuisit & a ciuitate fluuiũ auertit: & per alueum in luto aquarum multarũ sicut prophetauerat Abacuch, ciuitatem intrauit & cepit. Hoc totum narrauimus vt ostendamus ꝙ ad iram Dei omnis potẽtia puluis sit, & fauillę & cineri cõparetur. Et licet primum imperium fuerit & potentissimum Babylonicũ: sicut primum fuit ita & primum cessit. Vbi nota ꝙ per quatuor mundi partes quatuor regnorum principatus eminenter edidisse noscuntur, Babylonicum ab oriente, Carthaginense a meridie, Macedonicũ a septẽtrione, ab occidente vero Romanum viguit imperium. Per dictam ciuitatem transit Ganges: de quo legitur ꝙ eius latitudo vbi diffusior est per viginti millia passuũ, vbi angustior octo millia passuum habet. De isto fluuio dicit Lucanus ꝙ contra solis ortum currit. De eodem dicit Solinus ꝙ. xxx. pedum anguillas producit. ¶ Anno primo dicti Cyri regis suscitauit dñs spiritum eius iuxta prophetiam Hieremię, dedit Iudęis captiuis licentiam & libertatem redeundi in Iudęam & redeundi domum dñi. Et quia Iudęi propter longam captiuitatem: fere oẽs erãt noti in Chaldęa: ideo oẽs remanere poti⁹ q̃ in Hierusalẽ ingredi eligebant paucis exceptis qui disponebant ascendere tamen pigri & morosi erant. Ideo anno tertio dicti Cyri regis orauit Daniel dñm vt qui regi animũ dederat liberandi & populo concederet animum redeundi. Luxit autem Da-
Daniel niel hac de causa spatio triũ hebdomadarũ. Die autem. xxiiij. angel⁹ in forma hũana apparuit: & dixit. Exaudita sunt verba tua, & a Deo egressa est sentẽtia populi: mihi tamen restitit. xxj. diebus princeps Persarum. Cumq; egrederetur apparuit princeps regni Gręcorum veniens vt aduersaretur principi Persarum, & mihi ideo aliquantam feci moram. Nunc autem venio vt certificem te de reditu populi. ¶ Hos duos principes Gręcorum & Persarũ Hierony. dicit angelos malos fuisse, quia oppositi regnis ad exercitium. Laborat itaq; angelus Persarum vt Hebręi liberarentur a dominio Persarum, tum quia delectabatur in afflictionibus eorum, tum vt per se diutius eos affligentes grauius peccarent. Laborabat etiam angelus Gręcorum vt Persę & captiuitas Hebręorum cum eis transirent in dominium Gręcorum. ¶ Gregorius autẽ vult eos eẽ angelos bonos q̃ satagebãt ne tã cito liberarẽtur Hebręi vt si quid

erat in eis purgandum purgaretur. Regreſſi igitur fuerũt quinquaginta millia in Iudęam: qui conſtructo altari templi fundamenta iecerunt. Sed cũ a vicinis gentibus fabricatio impediretur imperfectum opus vſqꝫ ad Darium permanſit ſolo altari remanente. Quo tempore Ieſu filius Ieſedech & Zorobabel filius Salatiel clari habentur: qui & principes fuerunt eorum qui regreſſi ſunt in Iudęam.

Ieſu. Zorobabel.

❡ Prędictus rex Cyrus, de quo Eſaias prophetauerat ꝙ debebat ſibi ſubijcere gentes & regna volens ſubiugare gentem Lydorum bellicoſiſſimã in ſecordiam aſtute redegit. Tradidit eñ eis ſolẽnitates & ludos pręcipiẽs vt ludis & comeſſationibus. & amplexibus vacarent, quaſi beneuolentiã eis oſtendẽs in hunc modũ eos eneruauit: & quos bello non potuerat, libidine expugnauit. Tandem Cyrus a regina Maſſagetarũ Tomyride victus occiſus eſt: quę caput illius pręciſum in vtrem humano ſanguine plenum proijciens inſultando dixit. Satia te ſanguine quem ſitiſti. Cui Cyro ſucceſſit Cambiſes eius filius, de quo legitur ꝙ adeo ſeuer⁹ fuit vt quẽ iniuſtum iudicem excoriari fecerit: & ſuper ſellam eius corio coopertam filium iudicis ſedere fecit, vt timeret iniuſte iudicare, ne ſimile iudicium pateretur. Hic Cambiſes in hiſtoria Iudith Mabuchodonoſot nominatur: quę præcepit Holoferni principi militiæ ſuę, vt egrediens nulli parceret, omneſqꝫ deos terrę exterminaret: vt ipſe ſolus deus diceretur. Quod audiẽtes filij Iſrael timuerunt, ne ſimilia facerẽt in Hieruſalem & ſanctuario dei quę alias facta narrantur ſupra. Erat autem in populo illo Iudith vidua tribus annis mulier pulchra nimis ſed caſta. Hęc Holofernem in ſpecie ſua cepit eũqꝫ vinolentum & ſoporatum decollauit, caputqꝫ eius ablatum in Hieruſalem tulit &c. vt in hiſtoria continetur.

Cyr⁹ a Tomyride fœmina occidit & cum opprobrio ſanguis in vtrẽ mittit.

A culpa quoqꝫ mẽdacij quã videtur ſæpius incurriſſe Iudith apud Holofernẽ, eiuſqꝫ ſatellites vt quando reſpondit ſe fugere a facie Hebręorum, quia nouerat eos dandos a Syrijs in deprędationem, & quãdo dixit Holoferni ſi ſequutus fueris verba ancillę tuę &c. ſic excuſari poteſt, ſcilicet ꝙ Iudith prophetice loquebatur: prędicẽs Iudęos eſſe tradendos in manu gentilis populi, quod factum fuir ſub Tito & Veſpaſiano propter peccata quę cõmiſerunt in Chriſtum & in Apoſtolos: & ita excuſatur a mendacio, quia myſtice loquebatur, licet audientes aliter intelligerent: vnde ipſa dicebat Holoferni. Hęc mihi dicta ſunt per prouidentiam dei. glo. i. ſpiritu prophetico: vel dicebat propter inhęrẽtiam Iudęorum, quia iam a deo deſolati & puſillanimes effecti erant ꝙ volebant ſe vltro tradere niſi deus liberaret eos, & ita non mentiebatur de hoc ꝙ ſe ornauit vt ipſum deciperet, poteſt dici ꝙ ſic pręparando ſe non intendebat ipſum ſcandalizare: ſed intendebat liberationem populi ſui, Secundo ad vtilitatem Holofernis, vt ad tempus in eam captus minus peccaret, multas enim habens concubinas: multis modis peccabat.

Mẽdacia Iudith excuſatur

Excuſatur Iudith cultus.

❡ Tempore dicti Nabuchodonoſor prophetauit Daniel in Chaldęa.

❡ Nabuchodonoſor de hoĩe in beſtiã eſt mutatus mẽte nõ corpore. Cap. L.

HIc Nabuchodonoſor elatus ſuperbia, & nõ cognoſcens deũ vt debuit, de homine in beſtiam mutatus eſt: nõ ꝙ fuerit paſſus corporis mutationem: ſed mentis alienationem. Nã ablatus fuit ei vſus linguę ad loquendum, dataqꝫ eſt ei hęrba in cibum: nam videbatur ſibi ꝙ eſſet bos in anterioribus, & leo, in poſterioribus: ad preces Danielis obtinuit vt. vij. anni in ſex

Nabuchodonoſor i beſtiam mutat.

mẽses conuerterentur: in quibus.xl.diebus reuersus ad cor hominis flebat deoq; supplicabat adeo vt oculi eius caro fierent. Et iterum per alios.xl.dies in insaniam vertebatur donec septem menses complerentur, post quos reuo=catus non statim regnauit, sed statuti sunt pro eo septem iudices & vsq; ad fi=nem septem annorum pœnitentiam egit, panem non comedens, & vinũ non bibens, leguminibus vtebatur, & hęrbis iuxta consilium Danielis.

Pythagoras.

¶ Pythagoras pplm ad frugalitatẽ reduxit, & fuit inuẽtor artis Arithmeticę.

¶ Dicti Cambisis anno octauo Pythagoras Philosophus clar⁹ habetur, qui Crotonam veniens populum in luxuriam prolapsum prospiciens, auctori=tare sua ad vsum frugalitatis reuocauit, laudabat, & vitia luxurię casumq; ciui tatum hac peste prędictarum enunciabat, tantũq; studiũ ad frugalitatem per=discendam multitudinem prouocauit, vt aliquos ex his luxuriatos esse incre dibile videretur. Matronas quoq; separatas a viris doctrinauit, & pueros a pa rentibus frequenter habuit dicens. Inter alia ornamenta matronarum pudi=citiam veram, non vestes esse. Hic vt Boetius testatur, musicę artis repertor fuit: nam malleorum & fidium inęqualitates & proportiones apud se consi=derãs harmoniam ex his fieri posse coniecit. Fertur etiam hic primum inue=nisse Arithmeticã apud Gręcos, cuius interpres Boetius fuit. Tullius in prin=cipio quarti libri Tuscu. quęstionũ de Pythagora refert: q cum ad Lerutium Philiasorum regem venisset compositeq; ac docte coram eo disseruisset: Quẽ rex admirans cuius esset artis professor interrogat. Pythagoras vero se nulli⁹ artis professorem esse respondet, sed tñ se esse Philosophum: huius itaq; nomĩ=nis nouitatem rex admiratus quidnã esset Philosophus quęsiuit: cui Pythago ras: videtur mihi vita hominum similis esse conuentui congregationiq; lu=dorum qui operatu totius Gręcię celebrãtur quo homines ex diuersa affectio=ne conueniunt. Alij quidem vt ex strenuitate ludi coronã accipiant. Alij ven dendi & emendi prouocati lucro. Alij qui nec plausum nec lucrum quærant, sed vt studiose prospiciant quid agatur. Eo modo in hanc vitã homines qua=si ex alia vita & natura profecti aut glorię aut lucri studijs occupantur, aut cę teris omnibus pro nihilo computatis, rerum naturas studiose intueri peruigi lant: hos vltimos philosophos id est amatores sapientes nominamus. Huius pręclara sunt hęc dicta. Amicorũ omnia esse cõmunia. Amicum seipsum esse alterum. Duorũ temporũ maxime habendã curam mane & vesperi. Post deũ veritatem colendam quę sola homines deo proximos facit. Stateram ne trãsi lias, ignem gladio ne foueas, coronam minime carpendam, cor non comeden dũ, cũ profectus fueris ne redeas, hirũdinem in domo nõ suscipias. Huic ma=xima cura amicitię fuit, adeo vt amicitię iura violare maximum piaculũ ar=bitrarẽt discipli pythagorici. Dicti etiã regis tpe Xenofenes comœdiarũ scri ptor insignis habetur: & claruerũt Agge⁹, Zacharias, & Malachias pphetę.

Pythagoras musices & arithmetices inuẽtor

Responsum Pythagorę

Pythagorę dicta.

¶ Anaxagoras leges aranearum telis comparauit. Cap. LI.

Comaris Magus regnũ persarũ inuadit.

DEfuncto Cambise eiusq; fratre Mergide fraude pptrato Ma=gus quidam nomine Comaris regnũ subdole occupat. Quip pe cum esset a Cambise iussus Mergidẽ interficere (qui post Cambisen regnaturus erat) accepto q Cambises gladio suo sponte sese interfecisset: ipse ante famam regis amisit fratrem suum Oropastem subiecit, quę res cum primũ suspecta esset

Orthani viro nobili in necem falsi regis septem impulsos sacramento religionis obstrinxit: qui cum ad Magos peruenissent eos ferro transfoderunt. Erat inter coniuratos Darius Itaspis filius qui sorte electus regnauit annis.xxxv. Darius regnat.
¶ Tpe hu[9] Democrit[9], Heraclit[9]. & Anaxagoras clari habent. De Democrito dr q̄ sibi eruit oculos. Aliqui dicūt hoc fecisse vt vegetatiores cogitationes haberet. Alij ne videret bn̄ eē malis ciuib[9] suis. Alij dicūt q̄ mulieres sine cōcupiscētia videre nō poterat. Democritus.
¶ Anaxagoras leges Anatharsis regis araneaȓ telis subtiliter & ꝓprie cōparabat. Nā vt illas infirmiora aīalia retinere & valentiora trāsmittere: ita & legib[9] humiles & pauperes constringi videm[9], diuites ac potentes ipsis minime cernimus alligari. Ipse Anaxagoras post lōgam peregrinationem pro studio sapientię in patriam reuersus cum possessiones suas desertas videret, ait. Non essem inquit saluus nisi istę periissent. Ipse etiam audita morte filij dixit. Nihil mihi inexpectatum nuncias, ego em̄ illū ex me natum sciebam esse mortalem. Ab Atheniensibus interfectus est (veneno porrecto) quia Solem diceret non esse deum. Anaxagoras. Leges telis arāneaȓ similes.
¶ Anno siquidem dicti Darij.xx. Valerius collega Bruti adeo pauper in Roma mortuus est, vt necesse fuerit ipsum sumptu publico sepeliri. Hic adeo plebem dilexit: vt Valerius Publicola fuit cognominat[9]. Dictus eiam Brut[9] adeo fuit plebis dilector: q̄ cum ipse Brutus quosdam ex filijs conspirasse aduersus populum comperisset: vt scilicet expulsos reges immitterent, in forum traxit: & media concione virgis cęsos securi percussit. Valeri[9] publicola. Brutus.
¶ Dictus Darius quadam nocte expergefactus proposuit quęstionē trib[9] custodibus sui corporis: quid de tribus fortius videtur rege, vino, & muliere; promittens munera & honorem ei qui sapientius responderet. In crastinum coram satrapis & magistratibus assunt illi tres, & ait prim[9] regem esse fortiorē cęteris animātibus. Rex pręest homini & ad ei[9] nutum omnia disponūtur. Secūdus pretulit vinum, quia cum homo pręsit cęteris, animi fortitudine, vinum ipsam animi fortitudinem superat. Zorobabel vero mulierem fortiorem vtroq̄ asseruit: nam regibus & his qui vites plātant mulieres domināt: & pro mulierib[9] homines cuiuscūq̄ status cōmuniter animas ponere non formidāt. Super hęc autem omnia virtutem dixit esse fortiorem: quia immobilis semper est & sempiterna. Cunq̄ omnes virtutem omnibus fortiorem iudicarēt: dixit Rex Zorobabel, vt pro arbitrio quam vellet gratiam postularet. Petijtq̄ templi rędificationem, & vasorum domini in Hierusalem remissionem, de quo rex gauisus est: nam idipsum se voluisse meminerat: & sic octāuo anno Darij consummatum & completum est, cuius per.xlviij. annos rędificatio durauerat, &.xxiij. die mensis Martij celebrauerunt filij Israel Phase secundum legem domini. Et hęc fuit facta templi dedicatio. Darij quęstio.
Verum prospero initio minime fuit ęqualis exitus: nam cum aduersus Lanthinū regē Schytarū ob denegatas filię nuptias bellū instituisset, atq̄ cū septingentis armatorum millibus Schytiā esset ingressus (amissis nonaginta millibus hominum) trepide refugit. Inde vero Asiam & Macedoniam facili negocio domuit. Ad hunc Hippias Atheniensium regno pulsus confugit aduersus patriam se ducem belli offerēs. Cuius auxilio fretus Darius Atheniensibus bellum inducit: itaq̄ audito Darij aduentu auxilium a Lacedęmonijs petiuit, sed cognito Persas religione quatriduana teneri non expectato auxilio instructis decem millibus ciuium, & Platensibus auxiliarijs mille ad- Hippias.

Mira Persarũ strages.

uersum sexcenta millia hostium in campos Marathonios in prelium egrediũtur: sic pugnatum est, vt Persas pecudes occisioni paratas crederes: ceciderũtq; ex Persis ducenta millia. Interea Darius cum bellũ instauraret: in ipso apparatu decidit relictis multis filijs.

ℭ Reges defecerunt Romę tempore Darij. Cap. LII.

Lapis habens formã caprinã de cœlo decidit.

ANno quoq; decimo dicti Darij reges Romę defecerunt pulso Tarquinio Superbo, qui reges regnauerunt annis.cc.xl. vt quibusdam placet. Alij autem dicunt.cc.xliiij. Tempore autem quo pulsi sunt reges vsq; ad.xv.lapidem Romani tenebant imperium: quod postmodum sub consulibus fuit amplissime dilatatum. ℭ Hoc tempore lapis habens formã caprinam visus est cecidisse de cœlo. ℭ Reges Romani primo nominati sunt Latini: postea Albani: & tandem Syluij. ℭ Et quia in superioribus nominati sunt reges & descripti Latini. & omne tempus quod regnauerunt in simul, hic describetur tempus cuiuslibet seorsum. & etiam describetur cum quibus iudicibus & regibus Israel regnauerunt. Pręfati reges certo decursu temporis nominati sunt Latini: postea Albani, quia filius Aeneę Albam condidit ciuitatẽ: ideo Albani dicti: & tãdem Syluij causa superius descripta. Et licet Aeneas qui annis tribus ob nobilitatem regnandi dictus sit primus rex Latinorum, tamen ipsum pręcesserunt quatuor, qui fere centum quinquaginta annis regnauerunt. Vt ergo sciatur regimen cuiuslibet est sciendum q; tempore iudicatus Sansonis anno.vij. Ascanius Aeneę filius annis.xxx.regnauit. Tẽpore iudicatus Hely Posthumus Syluius secundus rex Albanorum. & regnauit annis.xxviij. Tempore Dauid regis Israel Aeneas Syluius rex Albanorum regnauit annis.xxxj. Tempore eiusdem Dauid anno.xxxviij. Latinus Syluius quartus rex Albanorum regnare cœpit. & regnauit annis.xl. Tẽpore Salomonis anno.xxxviij. sui regni Alba Syluius rex Albanorũ.v. regnare cœpit: & regnauit annis.xxxix. Tempore Asa regis Israel vigesimusquartus Aegyptus Syluius ab alijs vocatur Achis Syluius sextus rex Romanorum regnare cœpit. & regnauit annis.xxiiij. Anno octauo Iosaphat regis Israel Capi Syluius septimus rex Albanorum regnare cœpit. & regnauit ãnis.xxviij Tempore Athalię matris Othosię Carpentus Syluius octauus rex Albanorum regnare cœpit. & regnauit annis.xiij. Anno octauo regis Ioas Tyberius Syluius nonus rex Albanorum regnare cœpit, & regnauit annis.ix. Eiusdẽ regis Ioas anno.xxiij. Agrippa Syluius decimus rex Albanorũ regnare cœpit. & regnauit annis.xl. Anno Amasię regis Israel. xxiiij. Armilius Syluius vndecimus rex Albanorum regnare cœpit. & regnauit ãnis.xxxvij. sub quo duo alij reges: videlicet Prochas qui regnauit annis.xxiij. & Amulius qui regnauit annis.xliij. Post illos Romulus fuit primus rex Romanorum. & hic regnare cœpit tẽpore Achap anno.vj. & regnauit annis.xxxvij. ℭ Post Romulum regnauerunt Senatotes anno vno: deinde secundus rex Romanorum fuit Numa Pompilius, qui regnauit annis.xliiij. & regnauit anno primo regis Manassę regis Israel: hic ampliauit vrbem & adiecit montẽ Cœlium: hic vt vim ferocis populi reprimeret, qui iniuria regnum auxerunt, cęremonias & cultum deorum instruxit. Hic religionem põtifices, augures, annalia & festos dies. Faunũ. Vestã, eorumq; templa instituit. Anno insuper Ianuarium

Aeneas. Ascanius. Posthumus. Latinus. Alba Syluius. Achis Syluius. Capi Syluius. Carpentus. Tyberius Syluius. Agrippa Syluius. Armilius. Romulus.j. rex Romanorum.

& Februarium, vt duodecim essent menses addidit. Tempore Amon regis Israel incepit regnare Tullius rex Romanorum:& regnauit annis.xxxiij. Hic prior in republica censum exegit:quod adhuc per orbem terrarum incognitum erat:hic in purpura facibus primo vsus est:tandemq́ cum sua domo fulmine conflagrauit. Tempore Amon regis Israel anno octauo regni eius Ancus Martius Romę regnauit annis viginti quatuor:hic Auentinū mōtē & Ianiculum vrbi addidit. Supra mare portum hostię condidit:anno primo Ioachim regis Israel Tarquinius Priscus quintus rex Romanorum regnare cœpit:hic vrbem mœnijs & muris cinxit,ludos istituit. Thales Philosophus claruit,prophetantibus in Iudęa Hieremia & Sophonia. Anno autem nono captiuitatis Hebræorum factæ per Nabuchodonosor regnauit Seruius Tullius:& regnauit annis quadragita. Hic ancillę captiuę,sed nobilis filius tres mōtes vrbi addidit:Quirinalem,Viminalem,& Esquilinum:fossas circa murum duxit.

Tullius. Ancus Martius. Tarquinius priscus. Seruius Tullius.

Capitulum.LIII. Dignitas regia a Romanis fuit destructa:& Tarquinius excogitauit plura supplicia.

ANno siquidem Cyri regis trigesimo sui regni rex Romanorum Tarquinius Superbus occiso Seruio socero suo Romanum arripuit regnum:& regnauit annis.xlv. Hic excogitauit compedes ferreos,& fustes, latomias, carceres, exilia,metalla,& catenas:qui tandem a regno fuit expulsus,& regia dignitas tanq̄ Romanis exosa in vrbe destructa est:& eius loco Romani binos consules creauerunt. Hic merito fuit expulsus,quia vrbem velut tyrannus premebat, velut exactor seruitijs perurgebat,velut hostis bellis & seditionibus regnum euertebat. Præfato Dario successit filius eius Xerxes qui adeo luxuriosus fuisse describitur,vt edicto publico præmiū ei constitueret qui nouum genus voluptatis inueniret. Bellum etiam a patre susceptum aduersus Græciam instruxit:habuitq́ in exercitu septingenta millia armatorum de regno:& trecenta millia de auxiliatoribus,rostratas naues mille ducentas, onerarias autem tria millia. Aduersus tantū exercitum Leonides rex Spartanorum cum quatuor triū milibus armatorum in angustijs Thermopylarum obstitit,triduoq́ continuo nō duorum pugna sed vnius populi cędes fuit,Quarta die cum videret Leonides hostem vndiq́ circunfundi socios hortatur,vt se ad meliora tempora reseruent:ipse vero cum sexcentis tm̄ viris sexcentorum millium castra irrumpit,per se quoq́ ipsi Spartanos adiuuant mutuis cędibus. Postremo Spartani vincendo fatigati mortui inter mortuos ceciderunt. Xerxes vero post naues amissas duobus vulneribus acceptis scapham piscatoriam ascendens trepidus in patriam refugit. Exercitus vero Mardonio traditus est qui Olynthiam Gręcię oppidum expugnauit,tandem cum Atheniensium inexpugnabilem vidisset libertatē incensa vrbis parte in Bœotiā exercitū ducit illuc quoq́ cū cētū millia Gręcoꝝ insecuta sunt. Et cōmisso sine mora prelio deletis eius copijs fugere copulerunt:ipse vero effugit in regnū suū,quam fugam pulchre

Tarquinius superbus. Regibus Romanorum exactis bini cōsules creātur.

ſignificauerat mõſtruoſus ille partꝰ equę quę in eiꝰ exercitu vulpẽ pepererat huius tempore Pyndarus,Sophocles,& Euripides floruerunt. Poſt dictum Xerxem regnauit Arthabanus menſibus ſex. Poſt illum Artaxerxes filius Xerxis,corã iſto Eſdras Propheta gratiã in oculis eius inuenit. Hic Eſdras legem Moſaicam a Chaldęis ſuccenſam ſubtiliter reparauit, nouoſq; literarum apices excogitauit,qui faciliores fierent ad ſcribendum & humiliores ad pronunciandum. ¶ Dicunt quidam ꝙ modum ſcribendi a dextra in ſiniſtrã ipſe Iudęis tradidit cum prius ad modum arantium ſcriberent: vnde ſcriptura exaratio dici ſolet. Tempore huius regis Empedocles Philoſophus claruit:cuiꝰ narratur fuiſſe verbum illud quod Ariſtoteles recitat. Tria ſunt in tota rerum varietate pręcipua:ſcilicet mobilis affluentię contemptus,futurę fœlicitatis appetitus,& mentis illuſtratio. Quorum primo nihil honeſtius. Secundo nihil fœlicius. Tertio nihil ad amborum adeptionẽ efficacius. Tẽpore iſtius Artaxerxis Virginius filiam ſuam virginem in medio foro occidit,mallens eſſe occiſor virginis q̃ corruptę pater. Tempore huius vrbis Neemias fecit reędificare mœnia vrbis Hieruſalẽ:& etiã iſtiꝰ tpe Hipocras ſolennis & præcipuus medicus floruit:cuius author & repertor apud Græcos perhibetur Apollo. Hanc filiꝰ eius Eſculapius amplificauit laude & ope re:ſed poſtq̃ fulminis ictu Eſculapius interijt,interdicta fertur medicina,& ars ſimul cum authore defecit:latuitq; pene per annos quingentos vſq; ad tempus Artaxerxis regis Perſarum:cuius tempore Hypocras ſupradictus in lucem eam reuocauit.

Partus equę mirandus. Eſdras. Empedoclis dictum elegans. Hipocras. Eſculapij mors & medicinę defectus.

¶ De Socrate & eius geſtis. Capitulum. LIIII.

Socrates & eiꝰ geminę vxores.

ANno etiam quadrageſimo huius regis Socrates Philoſophꝰ colitur. Hic Socrates duas ſimul & ſemel habuit vxores,quę cum crebro inter ſe iurgarent:& ille eas ſolitus eſſet irridere ꝙ ipſę propter fœdiſſimum hominem,ſimum naribꝰ, calua fronte,piloſis humeris diſceptarent: nouiſſime verterunt in eum impetum,& male multatum fugientem diu perſecutæ ſunt:quodam autem tempore cum infinita conuicia ex ſuperiori loco ingerẽti vxori Zantippę accepiſſet,aqua perfuſa immunda,nihil aliud reſpondit q̃ capite deterſo ſciebam inquit futurum , vt iſta tonitrua imber ſequeretur. Idem interrogatus ab Altibrade cur Zantippen mulierem tam acerbam nõ corrigeret:ſed eius conuicia ſic patienter ferret: Quoniam inquit cum illam domi talem patior aſſueſco,& exerceor,vt cæterorum quoq; foris peſtilentiam ac iniuriam facilius feram. Socrates dicebat multos homines propterea velle viuere vt ederent & biberent:ſe autem edere & bibere,vt viueret. De eo dicit Hieronymus. Eundem ſemper vultum habere non poſſumus,quod de Socrate Philoſophi gloriantur:eius ſententię fuiſſe ſcribunt melius eſt cauere q̃ pauere. Qui multarum rerum poteſtatem habet,primus purgare conſcientiam debet,vt qui delicta corrigit non admittat. Stultum eſt vt imperare quis alijs velit,cũ ſibijpſi imperare nõ poſſit. Oriente ſole conſiliũ,occidente conuiuium agitato. Age ſic aliẽnũ vt tuũ nõ obliuiſcaris negociũ. Amico ita prodeſto ne tibi noceas. Quod habes ita vtere;vt alieno non egeas.

Rñſum Socratis ad altibradẽ. Socratis ſententię. Socratis dicta

In tuo q̄ in alieno labore sarcinam suscipe. Pecunię quęrendę & tuendæ modum habere oportet. Malum alienum tuum nō facias gaudium. Principium amicitiarum bene loqui. Exordium inimicitiarum male dicere. Amicus raro acquiritur: cito amittitur. Conscientiam plusq̄ famam attende. Fallere enim poteris famam, conscientiam nunq̄. Nulli imponas quod ipse pati non possis. Hoc alteri exhibe: quod tibi optas exhiberi. Præsentem laudare minime decet. Sepultus sit apud te sermo: quem tu solus audieris. Si bene egeris: ipse tibi personæ auctoritatem dabis. Peccatum geminat: quem non pudet delicti. Socrates dicebat, vltra nil petendum a dijs immortalibus arbitror: q̄ vt bona cōtribuant: id est tribuant. Ipsi enim deniq̄ sciunt quod vnicuiq̄ sit vtile. De eo dicit Valerius libro octauo. Socrates humanæ sapientiæ quasi terrestre oraculum compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, vt tales videri vellent quales essent. Idem ab adolescentulo consultus vtrum vxorem duceret: an omni modo a matrimonio desisteret, respondit. Vtrumlibet eorum egeret: actutū pœnitentiam. Nam hinc te sollicitudo inquit: illinc te orbitas excipiet. Hinc generis interitus: illinc sollicitudo perpetua, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue supercilium, garrula socrus interitus, liberorum euentus. Et multa alia de Socrate scribūtur, quę causa breuitatis omitto.

¶ Capitulum. LV.

Xerxes regnauit post Darium regem mensibus duobus: post illum Sagdianus: post Sagdianum Darius nothus cœpit anno ętatis quitę. clxvj. anno mūdi vero. MMM.ccccxxxix. & regnauit annis. xix. Et anno quarto dicti Darij Plato nascitur: de quo Valerius libro primo refert, q̄ dormienti Platoni in cuius apes mel labijs paruuli inferebant, suauitatem in eo futuram significantes eloquij singularis: qđ rei euentus postea cōprobauit. Dicti Darij anno decimo Aegyptus a Persis recessit, & rursus Dinastia Aegyptiorum renascitur. Eodem tempore Euripides apud Archelaum moritur. Hunc Archelaum regem Macedonum dicit Seneca cum quodam tempore solis defectio facta esset ita timuisse, vt se intra domum conclusserit, & crinem suum totunderit, vestem lugubrem induerit, putans mundum defecisse. Ab eodem Archelao idem Seneca dicit Socratem aliquando fuisse inuitatum, vt ad se veniret, quo eum honorare posset. Socratemq̄ respondisse refert se ab eo nolle recipere beneficia, cui parua reddere non posset. Anno octauo Darij Macedonum. xij. regnauit Horestes annis tribus, quo in tempore xxx. tyranni rectores Athenis cum Phidonem occidissent, filias eius virgines in conuiuiū venire iusserunt: & Scortorum more nudari, ac super pauimēta sanguine cruentas impudicis gestibus ludere pręceperunt: quæ paulisper dissimulato dolore cum temulentos conuiuas cernerent, quasi ad requisita naturæ progredientes inuicem se amplexę, præcipitauerunt in puteum, vt virginitatem & honestatem morte seruarent.

Xerxes
Platōis natiuitas.
Mirum de apibus.
Euripedes.
Archelaus macedonū rex.
Horestes rex Macedonū.
Notā cōstantiā virginum.

¶ Capitulum. LVI.

Post Darium regem Artoxerxes regnauit annis. xl. Hic ab Hebræis dr̄ Assuerus: sub quo historia Hester cōscripta est, & regnauit ānis. xl.

Hiſtoria Heſter.

regnauit autem hic Aſſuerus ab India vſq̄ ad Aethiopiam ſuper.cxxvij.prouincias & erat in Suſis ciuitate ſolium regni eius: de quo refert Iuſtinus & Pompeius Trogus ex pellicibus.cxxv. filios habuiſſe. Hic contra morem Perſarum,apud quos rex niſi morte mutatur,filium ſuum fecit regem:ſcilicet Darium:ſed ipſe Darius poſt noua paternæ pietatis exempla interficiendi patris conſilium capit. tanto ſceleratior ꝙ in ſocietatem facinoris aſſumptos quinquaginta fratres fecit parricidas;grande prodigium & portenti prorſus genus inaudibile,vt in tanto populo filios ſociari: verum etiam parricidium ſileri potuerit;vt ex quinquaginta liberis nemo inuẽtus ſit,quẽ aut paterna maieſtas,aut veneratio ſenis,aut indulgentia patris,a tanta immanitate reuocaret. Cumq̄ Darius dicti patrator ſceleris in iurgia ſui patris erumperet, vt factam cum fratribus aduerſus patrem coniurationem expleret,depræhenſus cum omnibus fratribus ſuis pœnas parricidij luit. Nam pater & filios omnes quinquaginta,vxoreſq̄ eorum cum liberis,ne quod veſtigium tanti extaret ſceleris,interfecit. Neq̄ vero multitudo filiorum incredibilis videri debet,præſertim in Barbaris,cum innumerabiles habeant concubinas. Nam & Trogus Pompeius refert libro vigeſimonono in fine Erotimum regem Arabum.ccccccc.filios ex pellicibus habuiſſe.

Darius

Aſſuer⁹ filios interfici iuſſit.

¶ Anno huius decimo Athenienſes.xxiiij. literis vti cœperunt,cum antea.xvj.tm̄ haberent:quarum literarum vſum primum Phœnices inuenerunt. Et quoniam crebro literis vtimur,ſedet animo de ipſis tenuem ordiri ſermonem. Literæ autem ſunt indices rerum,ſignaq̄ verborum:quibus tanta vis eſt vt nobis vota abſentium ſine voce loquantur. Vſus literarum repertus eſt propter memoriam variarum rerum:nam ne obliuione fugiant literis alligantur. Literæ autem dictæ ſunt quaſi legi itere ꝙ iter legentibus præſtant,vel ꝙ in legendo iterantur. Literæ latinę & gręcę ab Hebræis fuerunt exortę: conſtat autem Hebraicam linguam omnium linguarum & literarum eſſe matrem. ¶ Hebræi vigintiduo elementis ſecundum veteris teſtamenti libros vtuntur. Græci vero vigintiquatuor. Latini autem inter vtramq̄ progredientes vigintitria elementa habent. Hebræorum literas dicunt a lege cœpiſſe per Moyſen. Syrorum autem & Chaldæorum per Abraham. Vnde & cum Hebræis & numero & ſono concordant,ſolis characterib⁹ diſcrepant. Aegyptiorum literas Iſis regina de Græcia veniens in Aegyptum repperit, & Aegyptijs tradidit. Græcarum literarum vſum primi Phœnices inuenerunt. Hinc eſt ꝙ Phœniceo colore, qui quidem color croceus eſt,librorum capita ſcribuntur: quæ ab ipſis primum initium habuerunt. Literas latinas Carmẽtis Nympha prima Italis dedit,eo autem vocata Carmentis,quia futura carminibus canebat:proprio autem nomine Nicoſtrata vocabatur. Alij autem dicunt ꝙ Bithynia cõdita eſt a Phœnice;qui Phœnicibus quaſdam tradidit literas,& ad ſcribendum vermiculum inſtituit,vnde & color ille phœniceus dictus eſt,qui poſtea litera mutata dicitur puniceus.

De inuẽtiõe grę carum lřarum.

Vſ⁹ lřarum a Phœnicib⁹ inuentus. Carmẽtis lřas latinas inuenit

¶ Huius regis tẽpore Xenophon Philoſoph⁹ clarus habet̃:cui⁹ fertur fuiſſe illa ſapiẽs & magna ſentẽtia,cũ ſibi quidã malediceret maledicẽti ſumma cũ grauitate reſpondit. Tu inquit mihi maledixiſti,ego vero conſciẽtia teſte didici maledicta contẽnere. De ipſo etiã legit̃ ꝙ cũ ſolẽniter ſcđm ritum illius

temporis sacrificaret maiorem ex duob⁹ filijs quos habebat in prælio cecidisse cognouit,nec ideo cultum deorum dimittendum putauit:sed tm̄modo coronam dimittere contentus fuit:qua deposita percunctatus est quonam modo cecidisset.Audiuit autem eum strenue pugnantem interijsse,tūc coronā capiti apponens,testatus est maiorem se de virtute filij lętitiam:q̄ de morte sentire amaritudinem.Anno.xiij.dicti regis Diogenes claruit:de quo scribit Elimādus q̄ cum in crepidine vię sederet ad solem, quidam cæcus eum cum baculo offendit:cui Diogenes,tolle oculum tuum ipsius oculum appellans baculum.Cunq̄ cæcus quęreret quid ibi faceret,respondit in venatione sum,& qđ capio non habeo,quod autem non capio hoc habeo:pediculos quidem in vestimento quęrebat,& quos capiebat obterebat,ideo dicebat se captos non habere,non captos autem habere.

Diogenes.

¶Tempore huius regis Dionysius Tyrannus imperabat in Cicilia:huius Dionysij cum omnes Syracusani interitum expectarent:quędam vltimę senectutis fœmina sola quotidie matutino tempore Deum suppliciter orabat,vt incolumis ac superstes esset,quod audiens Dionysius admirans causam interrogauit.At illa,cum essem inquit puella & grauem tyrannum haberem:eo carere cupiebam:eo quoq̄ mortuo peior eo successit.Cum etiam eo carere auide optarem tertium importuniorem habere cœpimus:timēs ergo deteriorē tibi succedere caput pro salute tua deuoueo.

Dionysius tyrānus.

¶Eo quidem tempore Plato clarus habetur:de quo sequentes notabiles sententiæ describuntur. Dixit quoq̄ beatas fore res publicas si aut eas sapientes regerent,aut earum rectores studere sapientię contigisset. Dixit etiā escā malorum esse voluptatem,quia ea capiuntur homines,sicut hamo pisces.Dicit etiam si sapientię forma iustitię nisi prius discutiam series iustitię.Scientia quę remota est a iustitia calliditas est appellanda:animus paratus ad periculum,si sua cupiditate nō communi vtilitate impellitur,audacię nomen habet potius q̄ fortitudinis. Illa est iustitia verissima quæ erga inferiores seruatur. Triumphus est innocentiæ non peccare. mors philosophantibus appetenda est ipsa,quia philophia est meditatio moriendi, totius philosophię robur patientia est.Idem duas corporis summitates non esse velandas edocuit, nec assuefieri debere mollitię pedum & capitis,cum enim hæc habuerint firmitatem cætera robustiora sunt membra.

Platonis sententię.

¶Hisdem quoq̄ temporibus Archita Tarentinus floruit:cuius Plato legitur fuisse discipulus,qui dixit nullam pestem capitaliorem q̄ corporum voluptates.Hinc auidę libidines temere & effrenate incitantur in patrię proditiones:hinc rerum publicarum euersiones,nullum demumq̄ scelus,nullum facinus est ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellat.Hinc nihil sine amico,vel socio dicebat esse iocundum.Natura enim nihil solitarium amat.

Archita.

¶Capitulum.LVII.

¶Roma capta fuit per Senones Gallos.

ANno Artaxersis octauo,Senones Galli Romam inuaserunt & ceperunt (excepto Capitolio) eamq̄ penitus destruxerunt. Gallorum siquidem ascensus in Capitolium anseris clangore depræhensus est. Nullum enim animal Galli ita oderat homines sicut anser. Vnde beatus Ambrosius Romā in Hexameron dicit. Multa enim debes anseribus Roma diripiūt

ꝙ regnas. Dij tui dormiebant: & anseres vigilabant: illis potius debes sacrificare q̃ Ioui. Cedant igitur dij tui anseribus: a quibus sentiunt se esse defensos, ne & ipsi caperentur. Post illatam a Gallis cladem Romani cogitauerunt proprias mutare sedes, aliud incolere oppidum, alioq̧ censeri nomine voluerunt. Sed per Furium Camillum, qui tũc apud Ardeã iniustum agebat exiliũ stat⁹ vrbis est fœliciter reparatus. Cũ eñ Romani Gallis mille libras auri vt recederent spopondissent, & cõtractus ille Romanis turpis perficeretur, nũdum toto auro mensurato, & propter iniqua a Gallis allata pondera contenderent, prædictus Camillus aurum submoueri iubet, denunciatq̧ Gallis vt se ad prælium præpararent. Galli vero arma capiunt, atq̧ in Romanos ira magis q̃ consilio ruunt, & vt refert Titus Liuius iam versa erat fortuna, iam deorũ consilia rem adiuuabant Romanam, adeo, ꝙ in totum deletus fuit Gallorum exercitus, vt etiam nec nuncius quippe cladis superfuisse legatur. Hoc refert Historiographus Romanus. Quidã alius refert ꝙ Galli dictum præmiũ mille librarum auri acceperunt, nec mora diuersis agminibus, Alij Græciam, alij Thraciam petierunt. Tantusq̧ terror Gallici nominis erat vbiq̧ & armorum inuicta feritas, vt reges orietis non sine Gallis bella gererẽt. A rege itaq̧ Bithyniæ vocati in auxilium peracta victoria regnum cũ eo partiti sunt, eãq̧ partem regni Gallogræciam, quæ nunc Galatia dicitur appellauerunt: eamq̧ postea Galli amiserunt. Vnde in Græcia venit illud prouerbium, Gallũ semper amicum habeas, vicinũ nunq̃. Anno dicti regis. xxxiij. Aristoteles. xviij. annum agens Platonis auditor fuit: qui quidem in neutram partem de semetipso loqui prædicabat: quoniam laudare se vani est: vituperare se stulti est. Idẽ dicebat, contra inimicos intra parietes nostros victoria quærenda est. Idem, viri boni est nescire pati iniuriam: iniuste irrogata ei⁹ est infamia qui facit. Scripsit Aristoteles de Logica librum Prædicamentorum. Item librum Posteriorum. Topicorum, Peri hermenias, de Physica, de Generatione & Corruptione, de Cœlo & Mundo, cæterosq̧ multos, quorum apud multos, tum maxime apud Parisienses doctrina seruatur. Interrogatus aliquando Aristoteles quid cito senescit: interrogat⁹ quid spes, fuge somnium. Item amicum dicebat vnã esse animam in duobus corporibus cohabitantem. Huius præclara dicta sunt permulta, quæ quoniam passim ex libris eius colligi possunt, silẽtio pretereo. Nam cum huius Philosophia tanta sit tamq̧ præclara, vt humanam videatur excedere mensuram: nihil diminute ex ea sumendum est. Tractauit autẽ omnes philosophiæ partes, & præcepta dedit in singulis, sed præ cæteris rationalem redegit in ordinem, ita vt commune nomen omnium Philosophorum antonomatice sibi proprium esse meruerit. Facundus fuit eloquio, sed vberior sensibus, corpore agilis, ingenij perspicacitate clarus: vixit annis. lxij. Eo tempore medio vrbis Romæ quam per biennium ante ingens pestilentia iugiter corruperat loco, terra dissoluitur, vasteq̧ prærupto hiantia subito inferna patuerunt, manebat diu ad spectaculum terroremq̧ cunctorum patenti voragine impudens specus, nephariamq̧ viui hominis sepulturam dijs interpretibus expectabat, satisfecit improbis faucibus præcipitio sui Marcus Curius vir eques armat⁹, iniecitq̧ crudeli terræ improbam satietatem: cui parum esset ꝙ ex tanta pestilentia mortuos per sepulchra susciperet, nisi viuos scissa forberet.

Furius Camillus gallos e capitolio detrudit

Galli accepta pecunia Romanos liberos sinunt.

Gallogrecia vñ Prouerbiũ.

Libri Aristotelis.

Precipitiũ marci curij horrendum.

¶Lingua Causidicorum est damnifica nisi funibus aureis vinciatur.
¶Capitulum.LVIII.

Post dictum Artaxersem Persarum.xij.regnauit annis.xxvj. Artaxerses qui & Ocus dictus est.Huius tēpore Demosthenes egregius orator agnoscitur.Hic Demosthenes cū Aristo demū fabularum authorem interrogasset:quantū mercedis vt ageret accepisset:& ille respondisset talentū,ait Demosthenes plus accepi vt tacerem. Ita siquidem causidicorum lingua dānifica est,nisi ea,vt dici solet, funib⁹ aureis vinciatur, ꝙ apud eos etiam silentium est venale. *Atarxerses Ocus. Demosthenes*

Hic Demosthenes cū cęteri discipuli Socrati dona plura offerrent,se pauperem solum eidem obtulit dicens,id quod melius habebat se illi optulisse. Cæteros autem cum pauca ei darent plura & meliora sibi retinuisse.Vnde ait.Obsecro te vt hoc munusculū paupertatis meę excolas,& tua diligentia & sedulitate melius & ornatius reddas.Cui respondit Socrates se ab illo munus maximum suscepisse,nisi seipsum paruo extimaret:& libēter daturum operā vt eum faceret meliorem.Aliqui dicūt ꝙ nō fuit Demosthenes qui se obtulit Socrati:sed Eschines discipulus dicti Socratis. Demosthenes orator cū primā literā,vt Valeri⁹scribit,artis rhetoricę pferre nō posset,propter vocis exilitatem,oris sui vitium tanto studio expugnauit, vt nullus expressius quod volebat proferret:huius eloquentiam cōmēdat Eschines Philosophus dicens.Qui Demosthenis considerasset acerrimum oculorum vigorem,terribilem vultum,pōdus accōmodatū singulis verbis,sonum,efficacissimos corporis motus,profecto cognosceret,ꝙ & eius operi nihil addi posset, tñ de Demosthene magna pars Demosthenis abest,cum legitur potius q̄ auditur. *Nota Demosthenis responsum.*

¶Apuleius Philosophus successit dicto Platoni,cuius fuerunt pulchrę sententię. Capitulum.LIX.

Alexander Magnus gurges miseriarum atq; atrocissimus turbo totius orientis Ataxerxis tempore natus est ex Olympiade & Nectabano astrologo, qui cum rex esset Aegypti ob astrorum sapientiam omnesq; quos habebat hostes carminibus,incantationibus vinceret,Indis tamen,Arabibus,Phœnicibus,cæterisq; populis aduersus eum coeuntibus,tandem responsum accepit se in potestatem hostium venturum,nisi fugę pręsidio sibi consuleret.Itaq; mox tonso crine,rasaq; barba,collectis omnibus quę apud se preciosa habebat,Macedoniam appulit: vbi cum suę artis peritiam ostenderet,Olympias vxor Philippi regis Macedonum(viro tunc absente) ab eo petijt quęnam esset super eam sors futura:audiuerat enim Philippum alterius velle frui necessitudine,si fœlix ex prelio reuerteret,qđ vt Nectanabus comperit explorata cōstellatione vera esse omnia quę regina audisset respondit,Verum se curaturum pmitetur,ne quid aduersi Olympias patiatur si suo acquiescat consilio dicens esse sibi reuelatum Olympiadem ex deo Hāmone prolē pariturā,quę matris iniurias vlcisceret.Itaq; Nectanabanus q̄sitis herbis ad efformādū somniū necessarijs,sub specie dei Hāmōis ex ea genuit Alexādrū,Verū eiuero quo Mag⁹ille Nectanab⁹adulteriū magis celaret,accipitrē misit ad Philippū,qui ea quę cū Olympiade gesta erāt,sub forma dei referret, *Nectanabus Olympiadem decipit.*

Sed cum Philippus ęgre ferret coniugem ex altero concepisse, Nectabanus se iterum in draconem transformans: tum corporis magnitudine, tum etiã pililorum acumine adeo terribilis apparuit: vt etiam fundaméta ac parietes domus quati viderentur: quibus delusus Philippus deorũ cum Olympiade societatem admiratus est. Aliud etiam mirandũ dictu his temporibus Philippo accidit. Nam cum aliquãdo ad res agendas intẽtiore animo esset, repente gallina in sinum eius supersiliens enixa est ouum, quod sinu euolutum humi cõcrepuit: ex quo dracunculus prosilijt: qui dum rursus eo vnde exierat intrare vellet, morte pręuẽtus est. Quibus & vita & mors Alexandri significabatur: ipse enim quasi draco in omnibus regnis venena diffudit. Deinde parturiente Olympiade assistebat Nectabanus cœlestes cursus considerans, quę cum ingemisceret ob dolorem partus: tandem enixa est puerũ vultu decorum, & forma pulcherrimũ: qui postq̃ humi lapsus fuit statim terręmotus maxim⁹ coruscationes fulgurũ mirũ inmodum homines terruerũt: sed de his infra dicetur. Ad regnũ Persarum reuertamur. Anno Ataxersis. xxj. Plato moritur: cuius hę pręclarę feruntur esse sententię. Tunc beatus & fœlix censendus est orbis terrarum, cum sapientes efficiũtur reges aut reges efficiũtur sapiẽtes. Qui reipublicę profuturi sunt duo pręcepta teneant. Vnũ vtilitatem sic tueantur ciuiũ vt quęcunq; agunt ad eam referant obliti cõmodorũ suorum. Alterũ vt totum corpus reipublicę curent, ne dum aliquam partem tuentur totum deserant. Qui suam animã quę vnica est gubernare nõ potest: quomodo multorũ hominum gubernator erit. Dicebat etiã hominem debere in speculo faciẽ suã intueri: quam si viderit decorã, indigne feret agere turpe opus: si vero turpem censuerit: verebitur simul duo turpia aggregare. Sunt etiã pręclara multa ab eo dicta, quę passim ex libris eius colligi possunt. Scripsit autem duos libros de republica, de legibus decem: in quibus multa pręclara sunt. Insuper in Phędone quem trãstulit Cicero validissimis argumentis asseruit animã esse immortalem. Anima em̃ ex se mouetur, quod ex se mouetur, principiũ est mot⁹: quod autẽ principium motus est, natum nõ est: & quod natum nõ est immortale est: igitur anima imortalis. Quidã autem cum legisset libros Platonis spe melioris vitę pręcipitem se muro dedit: nullius boni vitam hãc esse participẽ existimans. Huic successit Apuleius, cuius sunt sententię sequẽtes. Nulla res potest esse eadem simul festinata & examinata: nec est quicq̃ omniũ qui haberi possit laudem diligentię simul & gratiã celeritatis. Nihil est deo gratius & similius q̃ vir perfecte bon⁹ qui cęteros antecellit. Aeque diuites inspicere siue probare debemus, vt equos quos mercamur. Neq; em̃ in equis emẽdis phaleras consideramus: sed equum ipsum nudum & solũ, vt sit ad speciem honestus, ad cursum vegetus, ad vecturã validus. Nõ faciunt teste Seneca ad Lucillum, equũ meliorem aurea fręna. Sic ergo & in hominibus cõtemplandis noli illa aliena extimare: sed ipsum hominẽ penitus considera, ipsum vt meũ pauperem Socratem specta. Aliena voco quę parentes pepererunt, & quę fortuna largita est, vt pro sapientia & inuidiosas diuitias, generosus est parentes laudas, diues est nõ credo fortunę. ¶ Anno dicti regis. xxv. Xenocrates quẽ Tullius dicit fuisse grauissimũ Philosophorũ, qui aliq̃n vino grauis in sinu Phinee nobilissimi Atheniensium scorti sponte procubuit, quę quibusdã iuuenibus pignus proposuerat se Philosophum a proposito castitatis abductu-

Olympias parit. | Plato. | Nota. | Animę imortalitas. | Apuleius & ei⁹ sentẽtię | De Xenocrate

ram.Itaq; cum diu eum pro libito attrectasset, nullo modo eum ad libidinem allicere potuit.Cunq; iuuenes ab ea pignus poscerent:illa respondit se de homine non de bestia vel statua pignus posuisse.Idem cum quibusdam detractatoribus interesset,ipseq; taceret vno quęrente,cur solus taceret:quia dixisse me inquit aliquando pœnituit:tacuisse nunq̄.Post Ochum siue Artaxersem regnauit Arses filius eius annis quatuor.

¶ Epicurus Philosophus claruit tempore Darij,cuius fuerūt pulchra dicta. Capitulum.LX.

DArius rex Persarum post dictū regē regnauit annis.xxiiij. Quo in tempore.ccclxxx.matronę Romanę coactę sunt bibere venenum quod coxerant, nec ante eum diem veneficij Romę mentio facta recolitur.Fuerunt autem quę hoc facinus admiserant trecentę & octoginta matronę quę veneno hausto consummatę sunt.Hic Darius anno.vj.regni sui ab Alexandro rege Macedonum secundo victus interijt,& tunc regnum Persarum,quod.ccxxj,annis durauerat:fuit destructum.Tempore dicti Alexādri Magni Anaximenes orator egregi9 & magister dicti Alexandri Magni,cūq; Alexander impetu ferretur ad destruendam ciuitatem Persarum,extra mœnia obuiūm habuit Anaximenem.Sciens autem q ad preces eius opponeret: quia iurauerat se non facturū qđ petijsset.Peto ergo inquit vt ciuitatē destruas.Ita salus vrbis eius beneficio obtenta est.¶ Claruit etiā eo tempore Epicurus:hic dicit raro sapienti ineunda cōiugia:quia multa incōmoda admista sunt nuptijs:hic voluptatis assertor,omnes libros suos repleuit oleribus & pomis:vilibus cibis dicens esse viuēdum,quia carnes & exquisitę epulę,ingēti cura & miseria prępara ntur:& maiorē pœnam habent in quęrendo:q̄ voluptatem in comedendo.Dixit etiam corpora nostra cibo & potu tm̄ indigere, vbi aqua & panis sunt,& cętera his similia:his naturę satisfactum est,quod supra fuerit,in vitium voluptatis spectat.Idem dicebat eos qui carnibus vescūtur indigere quę non sunt carniū.Qui simplici victu vtūtur,eos carnes quęrere non oportet:sapientię operam dare non possumus,si mensę abundantiā cogitem9:quę labore nimio eget & cura.Idem,honesta res lęta paupertas,sed vere non est paupertas:si est lęta.Si cui sua nō videntur amplissima licet totius mundi dominus sit,tamen miser est.¶ Aliquis vir bonus eligendus est nobis:ac sępe ante oculos habendus,vt sic illo tanq̄ spectante viuamus,& oia tanq̄ illo vidente faciamus.Si ad naturam viuas nunq̄ eris pauper:si ad opiniones,nunq̄ eris diues.Exiguum natura desiderat,opinio nimium. Multas parasse diuitias non finis miseriarū est sed mutatio.Ante circunspiciendū est cum quibus edas & bibas:q̄ quid edas & bibas.Nam sine amico visceratio leonis & lupi vita est.Si vis diuitem facere te,non est diuitijs addendū,sed cupiditati detrahendum.Initium salutis est notitia peccati:& meditari mortē.Ira immoderata insaniam gignit.Non potationes,non comessationes,nec copulę fœminarū,nec copia piscium,& talia huiusmodi quę splendide vsui parentur:in conuiuijs suauem vitam faciunt:sed sobria disputatio.His copijs in cōuiuijs moderate vtuntur qui non immoderate eas quęrunt.Multę em̄ ex delitiarum epulis molestię generantur.¶ Hic siquidem Epicurus errauit in tribus intollerabiliter.Putauit quoq; deū de rebus non curate humanis:sed ocio-

Darius

Anaximenes.

Epicurus.

Epicuri sententię

Errata Epicuri

ſum eſſe,& nihil agere. Dicit etiam voluptatem ſummum bonum eſſe. Aſſeruit etiam animas ſimul cū corporib⁹ interire. Primum errorem Seneca.iiij. de Beneficijs,& Lactātius in libro de opificio corporis humani refellunt. Secundū errorem Tullius in libro de officijs. Ambroſius etiam in ſuo libro de offi.& Auguſtinus in libro de Ciuitate dei. Tertium deſtruit Tullius in libris de Senectute,& de Republica. Et quia ab hac luce ſubſtracto Alexandro Magno ſuum fuit in multis tranſlatum imperium,& per diuerſas gētes quas

Regnū Alexandri diuiditur. Alexander ſubiugauerat, diuerſi regnare cœperunt. Ideo per reges Aegypti velut maiores & principaliores propoſitum noſtrum de tempore & contingētibus nobilium ſex ętatum ſuccincte proſequamur.

¶ Theophraſtus Philoſophus claruit tempore Ptolemei Lagi,qui multa ſcripſit. Capitulum.LXI.

Ptolemęus. Ptolemæus Lagi filius primus poſt Alexandrū,a quo omnes poſtea reges dicti ſunt Ptolemæi, regnare cœpit anno ætatis quintę.cclxvij.mundi vero.MMM.cccccxl. Huius tempore Theophraſtus Philoſoph⁹ claruit: huius dicitur eſſe ſua ſententia. Expedit iam probatos amicos amare,non amatos probare. Et illa. Ex inimico vindictam ſi te nimiū ſenſerit perdidiſti.& illa. Grauius aduerſariū ſecuritate decipies.& illa. Amantium ſunt cęca iudicia. Scripſit hic librum de amicitia: in quo omnium charitati amicitiam pręfert. Hic Theophraſtus accuſaſſe naturam dicitur,ꝙ ceruis & cornicibus vitam diuturnam,quorum nihil intereſt: hominibus vero,quoꝝ maxime interfuiſſet,tam exiguam dediſſe vitam,quorum ſi ętas poſſet eſſe lōgior omnibus perfectis actibus eorum vita erudiretur. Hic ſcripſit librum de nuptijs,in quo quærit an vir ſapiens ducat vxorem: & cū diffiniuiſſet,ſi pulchra eſſet,ſi bene morata,ſi honeſtis parentibus orta. Si ipſe ſanus & diues ſit,ſapientem liceret aliquādo inire matrimoniū.& ſtatim intulit. Hęc autem raro nuptijs vniuerſa cōcordāt. Non eſt igitur ducenda vxor ſapienti. Primū eñ expediri ex hoc dicit ſtudio Philoſophię,nec poſſe quēꝗ libris & vxori pariter inſeruire. Multaꝗ matronarum vſibus neceſſaria ſunt: pręcioſę ſcilicet veſtes, aurum, gemmæ, ancillæ, ſupellex varia lætitiæ, & exedra deaurata. Deinde per totas noctes garrulę cōqueſtiones, illa ornatior procedit in publicum, hæc ab hominibus honoratur, ego in conuentu fœminarum miſera ſola deſpicior. Cum aſpiciebas vicinā quid cum illa loquebaris? de foro veniens attuliſti.nō amicum habere poſſumus,non ſodalem,alterius amorem ſuum odium ſuſpicatur. Si doctiſſimus pręceptor in aliquam vrbiū fertur,nec vxorem relinquere poteſt,nec cum ſarcina ire: pauperem alere difficile eſt, diuitē

Pulchra ſententia de vxore diligenda. ferre tormenta. Adde ꝙ nulla eſt vxoris electio: ſed qualiſcūꝗ venerit eſt habenda: ſi iracunda,ſi fatua,ſi deformis,ſi ſuperba,ſi fœda,quodcūꝗ eſt poſt nuptias diſcimus,non ante. Equus,aſinus, bos, canis, & viliſſima quæꝗ mancipia prius probantur,& ſic emuntur,ſola vxor non oſtenditur: ne ante diſpliceat ꝙ ducatur. Si domum ei totam commiſeris,ei ſoli ſeruiendum eſt. Si aliquid tuo arbitrio reſeruaueris,fidem ſibi haberi non putabit,& in odiū vertetur & iurgia,& niſi cito conſulueris, anus venena parabit. Aurifices & inſtitores gemmarum,ſericarumꝗ veſtium ſi introduxeris,periculum pudicitiæ eſt. Si prohibueris,ſuſpitionis iniuria. verum quid prodeſt diligens cuſtodia

cum vxor impudica ſeruari non poſſit,pudica non debeat: infida eſt cuſtodia, caſtitatis tamen neceſſaria.& illa vero pudica dicenda eſt,cui licuit peccare ſed noluit,pulchra facile adamatur,fœda facile concupiſcit:difficile eſt cuſtodire quod plures amant,& moleſtum eſt poſſidere quod nullus amare vel habere dignatur. Minor tamen miſeria ſi deformis habetur: q̃ formoſa ſeruetur. Nota.
Nihil em̄ tutum eſt in quo totius populi vota ſuſpirant,ꝙ ſi propter diſpenſationem domus & lãguorum ſolatia & fugam ſolitudinis ducantur vxores, multo vtiq̧ melius ſeruus fidelis diſpenſabit auctoritati dñi obediens,& eius diſpenſationi obtemperans,q̃ vxor quę in eo ſe extimat dñam:ſi contra viri faciat voluntatem. Aſſidere ergo infirmo melius poſſunt vernulę & amici beneficijs obligari:q̃ illa quę nobis imputat lachrymas ſuas, vt hęreditatis ſpe vendat illi munus,& ſolitudinem iactans languentis animum deſperatione conturbet. Qꝫ ſi ipſa langueri tęgrotandum eſt,& nunq̃ ab eius lectulo recedẽdum. Aut ſi bona fuerit vxor & ſuauis,quę tamen aut rara aut nulla eſt,cũ parturiente oportet gemi,& cum periclitante torqueri. ¶ Sapiens aũt nunq̃ ſolus eſſe poteſt:habet enim ſecum omnes qui ſunt,quiq̧ fuerunt boni,& animum liberum quo vult transfert,quodq̧ corpore non poteſt contemplatione complectitur,& cum deo loquitur. Si hominum copia defuerit nunq̃ minus ſolus erit q̃ cum ſolus erit. Porro liberorum cauſa vxorem ducere,vel vt nomen noſtrum non intereat:vel habeamus pręſidia ſenectutis,& vt certis vtamur hęredibus, ſtolidiſſimum eſt:quid enim ad nos recedentes e mundo pertinet ſi nomine noſtro alius non vocetur,cum innumerabiles ſint qui eodẽ nomine appellãtur. Quę ſenectutis auxilia ſunt, nutrire domi illũ qui aut prior te forte moriatur, aut peruerſiſſimis moribus ſit,aut certe cum ad maturam ætatem peruenerit,tarde ei mori videaris. Hęc & ſimilia Theophraſtus deſeruit,quę etiam Chriſtianis poſſent ſufficere,quorum conuerſatio eſt in cœlis. ¶ Anno quidem Ptolemęi ſexto,Romani Samnites diutiſſime contra ſe pręliantes ad extremum in ſeruitutem redigunt. Nam Papyrius Curſor cõſul congreſſus victoriam obtinuit,& cęſa ſunt hoſtium.xij.M.&.iiij.M.capta,licet ab auguribus varia coniectantibus ne iret prohiberetur,& quia augurum & aruſpicum ſpreuit conſilium,ideo vicit. Papyri⁹ Sãnites vicit. Hic cum eſſet puer in curiam intrat,illum reuertentem percunctari cœpit mater quid in ſenatu egiſſent patres:puer reſpondit tacendum eſſe,neq̧ id dici licere:mulier auidior audire ſecretum ex ſilentio pueri effecta,animum eius ad inquirẽdum euerberat. Tũc puer vrgente matre lepidi ac feſtiui mendacij conſilium cepit,actum in ſenatu dixit. Vtrũ videretur vtili⁹ eſſe vnus vt duas vxores,aut vna apud duos nupta eſſet. Hęc illa vt audiuit ad cęteras matronas retulit. Poſt triduũ quoq̧ matronę ad Senatum confluerunt,orantes vt vna potius duobus nupta fieret q̃ vni duę. Senatores quęnam eſſet illa mulierum intemperies,& quid ſibi hęc poſtulatio vellet mirabantur:& non vt paruę rei prodigium illam verecũdi ſexus impudicitiã pauecebãt & inſaniam. Puer autem Papyrius publicũ metũ demit,q̃ matri dixerat enarrat. Senatus fidẽ atq̧ ingeniũ pueri exoſculat⁹ eſt,conſultũq̧ facit:ne pręter illũ puerũ cum patribus in curiam poſt introirent. Papyrij in matrẽ commẽtum Teſtatur Cicero lib.ij.de Officijs Põtium Samnitem dixiſſe, Vtinã ad illa tempora me fortuna ſeruaſſet,& tunc eſſem natus quando Romani dona accipere cœperũt. Non enim eſſem paſſus eos diutius imperare. dicti Sãnites

cum Marco Curio magnum auri pondus attulissent,benignis verbis inuitatus,vt eo vti vellet,vultum protinus risu soluens,superuacue inquit,hęc munera attulistis,narrate Sanitibꝰ Marcũ Curiũ malle locupletibꝰ imperare q̃ fieri locupletem ipsum,& mementote me nec acie verti,nec pecunia posse corrumpi.Idem cum Pyrrhum regem cepisset nil omnino ex prẹda regia,qua exercitum vrbemq̧ ditauerat,attigit. Decretis etiam a Senatu septenis iugeribus agri sibi,quinquaginta popularis assignationis modum nõ excessit,parum idoneum ciuem reputans,qui eo quod reliquis tribueretur cõtentus non esset. Anno quoq̧ Ptolemaei.xij.regni Syriae nascitur,in quo primus regnauit Nichomar,& post eum.xviij.reges: & durauit.clxxxiij.annis.Eodẽ tempore Iudęorum pontifex maximus Simon Onię filius clarus habetur.

¶ Cap.LXII.De inuentione nummi argentei.

Ptolemeꝰ orator & astrologus. Nũmꝰ inuenit.

Ptolemęus Philadelphus post Ptolemęum Lagi filium regnauit in Aegypto annis.xxxviij.quo in tempore Orator Astrologus claruit,& argentei nummi primo Romae cuduntur.Vt autem vera habeatur origo nũmi sciendum est ꝙ nũmus plura habet nomina. Primitus eñ vocatus est pecunia,eo quia de pecudibus proprietatem habuit,& nomen: de corio eñ pecudũ nummi incidebãtur & signabantur.Postea a Saturno aereus nũmus inuenit. Ipse eñ signari nũmos & scribi constituit: ea propter ęrarium Saturno a gentibus extitit consecratum.Postmodum moneta appellata est,quia monet ne qua fraus in metallo vel in pondere fiat.Consequenter appellatus est nũmisma,ex eo ꝙ nominibus principũ effigijsq̧ designantur. Nũmus argenteus a Numa Romanorum rege vocatus est,qui eum apud Latinos imagine insigniuit,& titulo sui nominis pręscripsit. ¶ Dicto etiam tempore Carthaginẽses nauali prẹlio vicerunt Romanos Metello consule fugato.Hic Iudęos qui in Aegypto erat liberos esse permisit: & vasa Eleazaro pontifici votiua trãsmittens diuinas scripturas in Grẹcam vocẽ ex Hebrẹa lingua per.lxx.interpretes transferri curauit.Hic eñ studiosus & librorum cupidus Demetrium bibliothecę suę pręfecit.Cunq̧ quęsisset ab eo de librorũ numero.MM.adesse respondit: paruo post tẽpore ad.M M M M. posse peruenire, & nunciatũ sibi dixit apud Iudęos esse legem ore ipsius dei editam: & digito eius scriptã, pro qua summopere laborandum esse dicebat,vt in grẹcum conuersa eloquiũ in archiuis legalium haberetur.Et addidit ad ostendendum legis eius sanctitatem,ꝙ non nisi a dei viuentis cultoribus transferri potuisset. Nã & Theopõpus cum in historijs quas scribebat eam voluisset inserere,factus est amens per dies.xxx. Theotectus propter eandem causam factus est cęcus & pœnitentes sanati sunt,& suggessit vt scriberet pontifici Iudęorum,vt Iudęos Hebraicę & Grẹcę linguę peritos ad ipsum dirigeret cum lege dei qui ad eãdem transferendam sufficerent,quod vt impetraret innumera munera cum Epistolis mittenda censuit.Adderat ibi Aristeus qui longo tempore Iudęorum calamitati compatiẽs opportunitate liberandi eos inuẽta ait.Solue itaq̧ eos.nihil quoq̧ gratius erit pontifici Iudęorum,& liberauit rex de Iudęis illius ductus cõsilio duodecim millia dãs dñis eorũ pro capite.cxx.drachmas argẽti.Cunq̧ acquieuisset rex verbis illius, hoc magnum esse dixerunt.Magnum est quidẽ sed nõ regi munifico.Et tunc Eleazarus misit ei de vnaquaq̧ tribu sex senio-

Carthaginẽses Romanos vincunt.

Trāslatio veteris testamenti.

res legem ferentes, scribens ei sic. Tuę pietatis erit vel iustitię legem quam postulas: ad nos eam caute remittere. lxx. interpretes in. lxxij. diebus interpretati sunt legem: videlicet Pentateuchon, etiā psalmos & Prophetas, quo peracto remisit eos muneribus oneratos. Eleazaro vero misit munera in templū: misit pręter vasa mensam auream gemmis impreciabilibus insignitam, cuius crassitudo erat medij cubiti, tamen materiam superabat opus.

Dispositio orbis a Ptolemęo reperitur.

¶ Ptolemęus iste canones astrorum inuenit, composuitq; orbis descriptionem: numerū stadiorum etiam repperit dispositis per interualla locorum, a septētrione meridiem versus vasis horoscopicis simili dimensione & gnomonum ęqua longitudine formatis totidem gnomonicę supputationis homines doctos quot vasa fuerant singulis quibusq; imposuit, atq; vna die omnes vmbram meridiani temporis obseruare fecit, & notare vnūquęq; sui gnomonis vmbram quantę esset longitudinis. Atq; ita comperit ꝙ vltra septingenta stadia ad vnius longitudinis gnomonē vmbra non respondit. Ex hoc conclusit ꝙ partes. ccclx. quibus omnes zodiaci tractus diuiduntur ad terras vsq; perueniāt, & pars quę ibi cōperta & inęstimabilis est mēsurę in terris nō amplius q̄. ccccccc. vel paululominus stadiorum mēsuram obtineat. Comperta enim magnitudine vnius partis terrarum quæ ad zodiacum pertinet, illam trecenties sexagesies multiplicando circulum terrę diffiniuit, stadiorum ducentorum quinquaginta duorum milliū. i. milliaria triginta & mille quingēta vnicuiq;. ccc. &. lx. partiū dans stadia septingēta. Igitur. xxiiij. partē tot stadiorum trāscurrit sol in vna hora. i. stadia decē millia & ducēta.

Vide de orbe & cœlo doctrinā.

Sosthenes.

Gręci a Gallis vincūt.

Hui⁹ etiā tpe apd̄ Macedōes regnauit Sosthenes ānis duob⁹. Interea Brēnus quo duce portio Gallorum in Gręciā se effuderat, audita victoria suorum qui Beligio duce Macedones vicerāt, adunatis centū quinquaginta millib⁹ peditū &. xv. millib⁹ equitū in Macedoniā irrūpit agros & villas populatur: cui cū occurrisset Sosthenes cum instructo exercitu, pauci a plurib⁹, trepidi a valētibus facile superātur. Brennus aūt quasi ei iam terrena spolia sorderēt animū ad deorum templa cōuertit, scurriliter iocatus, locupletes deos largiri hoibus oportere. Statimq; Delphos adit aurū religioni prędam offensę deorū pręferēs, quos nullis opib⁹ egere, vtpote qui eas hoibus largiri soleāt affirmaret. hic tñ Brennus postea fraude Apollinis victus cū prędę nimiū intenderet, a Delphis & Macedonib⁹ cu suis occisus est.

Gallorum fortitudo ex Iustino.

¶ Eo tpe reges orietis sine mercēnario Gallorum exercitu nulla bella gerebāt, neq; pulsi ad aliꝰ q̄ ad Gallos fugiebāt. Tātus terror Gallici nois & armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter neq; maiestatē suā tutā neq; amissam recuperare se posse sine gallica virtute arbitrarētur. Itaq; qui residui superfuere in auxiliū Eumenis Bithynię regis euocati regnū cū eo parta victoria diuiserūt. Hoc etiā tempore ędes Salutis ictu fulminis cōcussa corruit: tres etiam lupi ad lucem vrbem ingressi, semiesum cadauer intulerunt.

Pyrrh⁹

Eodē tēpore Pyrrhus in Epirū reuersus Macedonię fines iuadit: Antigonū vicit, Macedoniā in deditionē accipit.

De Historiographis veteris testamenti.

¶ Capitulum. LXIII.

ET quoniam mox dictum est, ꝙ postulante Ptolemęo Philadelpho rege Aegypti. lxx. interpretes, iussu Eleazari pontificis Hierosolymitani diuinam legem quam sibi omnes passim vendicant, ex voce Hebręa in Gręcam transtulerunt, vt perfunctorie sciatur quid sacer codex continet, auctorūq; no

mina nota sint,iuxta Hebrǫorum traditionem hic inserere acceptum est,& ne dum primũ Historiographum legis diuinę patefaciam,verum & aliarum sectarum.Fuit em̃ Moses apud nos primus qui de mundi initio historiam conscripsit:apud Gentiles vero primus Dares Phrygius de Grecis & Troianis historiam edidit.Post Daretem autē in Grecia Herodotus primus Historiographus habitus ē:post quē Pherecydes claruit:& ita habes primos orbis Historiographos.

Moses primus historiographus. Primus em̃ Moses diuinę historię cosmographiam in quinq3 voluminibus edidit,qui & Pentateuchus nominatur. Penta em̃ grece quinq3 teuchos volumen vocat̃. Initium est Genesis,in qua de creatura mũdi,de exordio generis humani,de diuisione terrę,de confusione linguarum quadraginta capitula.

Dares phrygi[9] Herodotus. Genesis. Leuiticus. Deuteronomiũ. Iosue. Iudicũ.

Patet Exodus cum decem plagis,cum exitu de Aegypto,cũ Decalogo,cum mysticis diuinisq3 preceptis:capitulaq3 continet.xl. In promptu est Leuiticus,in quo singula Leuitarum mysteria,vestes Aaron & diuersitatem victimarum,totusq3 ordo Leuiticus inspirauit cœlestia sacramenta:continet.xxvij. capitula.Numeri liber vocatur eo q̃ in eo egressę de Aegypto tribus numerantur:&.xl. per ærem umm mãsionũ mysteria:cõtinetq3.xxxvj. capitula.¶Deuteronomiũ quoq3 secunda lex euangelicę legis prefiguratiõ sic enim ea habet quę priora sunt,vt tamen noua sint omnia quę in eo replicãtur:& habet.xxxiiij.capitula. Veniam ad Iesum Naue qui Iosue dr̃.qui typũ domini non solum in gestis,verum etiam & in nomine prefert.transit Iordanem,hostium regna subuertit,diuidit terram victori populo,& per singulas vrbes,viculos,montes,flumina,torrentes,atq3 confinia Ecclesię cœlestisq3 Hierusalem specialia regna describit:& habet.xxiiij.capitula.In Iudicum liquot principes populi,tot figurę sunt.Ibi nominãtur qui prefuerunt in Hierusalem:primo Moses & Iosue:& sic de alijs anteq̃ Dauid,& cæteri reges existerent:& continet.xxj.capitula.

Ruth. Ruth Moabitis Esaię explet vaticinium dicentis.Emitte agnum dñe dominatorem terrę &c. Indicatq3 Booth benignitatem industriam ipsius Ruth volentis habere Booth in virum & modũ acceptionis Ruth in vxorem:& continet.iiij.capitula.

Samuel ¶Samuel subsequitur,qui apud nos vocatur primus & secundus regum.Samuel hunc librum edidisse creditur,qui eiusdem natiuitatem,sacerdotium & gesta describit:& cum hoc Dauid historiam continet & Saulis:quia ipse vnxit Saul,& subsequentes Dauid in reges.Hic liber in Hely mortuo & in occisione Saul veterem legē abolitam monstrat.

Libri Regũ. Porro in Sadoch atq3 Dauid noui sacerdotij nouiq3 imperij sacramenta testantur:& continet primus liber Regum,quem Samuel edidit.xxxj.capitula.Secundus vero quem Dauid vsq3 ad calcem scripsit continet.xxxj.capitula.Malachim id est tertius & quartus Regum liber proinde appellatur q̃ reges Iudeę & Israeliticę gentis,gestaq3 eorũ per ordinem digerat temporum.Malach hebraice Regum interpretatur latine:orditur enim a senio Dauid & transit ad Salomonem,& de Salomone ad Iechoniã:de Iechonia ad Hiereboã filium Nabath vsq3 ad Ozee,qui duct[9] in Assyrios regnum Iuda & Israel describit:si historiã respicias verba simplicia sunt:si in literis sensum latētē inspexeris,Ecclesię paucitas & hereticorũ contra Ecclesiã bella narrantur.

Paralipomenon. Hunc librum primum Hieremias in vnum volumen collegit. Nam antea sparsus erat per singulorum regum historias:& continet hic tertius liber Regum,xxij.capitula:quart[9] vero.xxiiij. Paralipomenon liber tã

tus & talis est, vt absq illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arro-
gare, seipsum irrideat: per singula quippe nomina, iuncturasq verborum, &
prętermissę in Regum libris, vel non plene relatę in isto tanguntur historię,
ac innumerabiles tanguntur Euangelij quęstiones. Quorũ primus continet
xxix. capitula: secũdus. xxxvj. Iob librum quidam Mosem scripsisse arbitrã-
tur. Alij autem vnũ ex Prophetis. Nõnulli vero ipsum Iob post plagã pas-
sionis suę scriptorem fuisse existimãt, vt quæ certamina spiritualis sustinuit
ipse narraret: singula in eo verba plena sunt sensibꝰ: & vt de cęteris sileam re-
surrectionem corporum sic prophetauit, vt nullus de ea vel manifestius vel
cautius scripserit. Scio inquit φ redemptor viuit &c. & continet. xlij. capitu-
la. Dauid Symphonides qui Christũ lyra psonat in decachordo Psalterio, ab Dauid.
inferis excitat resurgentem. Vocatur autem psalmorum liber φ vno Prophe
ta canente ad Psalterium chorus consonando responderet. Auctores autem
Psalmorũ Moses, Dauid, Salomon, Asaph, Acthan, & Idithũ, & filij Cho-
re, Emau, Heraclitę: & reliqui quos Esdras vno volumine cõprehendit: & cõ-
tinet psalmos. cl. versus vero bis mille & trigintaquinq. Salomon filius Da- Salo-
uid iuxta numerum vocabulorum suorũ tria volumina edidit. Horum pri- mon.
mus, quem Gręci Parabolas, Latini vero Prouerbia nominant: eo φ sub cõ-
paratiua similitudine figuras verborum & imaginem veritatis ostendit, mo-
res corrigendo. Ecclesiastes liber secundus grece dicitur: latine vero concina-
tor, eo φ sermonibus nos docens omnia quę in mundo cernimus caduca esse
& breuia: & ob hoc minime appetenda. Cantica Canticorum tertius intitula
tur, in quo Ecclesiam iungit cum Christo diuinarũ nuptiarum dulce canit
Epithalamium. Hoꝝ librorum primus. xxj. capitula continet. Secũdus. xij.
Tertius. vj. Sapientiæ liber apud Hebræos nusq̃ est: vnde & ipse Gręcã ma-
gis q̃ hebręam redolet eloquentiam. Hunc Iudęi Philonis esse affirmant: qui
proinde liber Sapientię nominatur: quia in eo Christi aduentus qui est sapiẽ
tia patris, & passio eius euidenter exprimitur. Hic. xxix. continet capitula.
Ecclesiasticũ librũ certissime Iesus filius Syrac Hierosolymita, nepos Iesu
sacerdotis magni cõposuit, de quo meminit & Zacharias, qui liber apud La-
tinos ꝓpter eloquij similitudinem: Salomonis titulo pręnotatur. Dictus au-
tem Ecclesiasticus eo φ de totius Ecclesię disciplina & religiosę conuersatio
nis magna cura & ratione sit editus. Hic apud Hebræos reperitur, sed inter
Apocryphos habetur. ¶ Esdras & Neemias adiutor videlicet & cõsolator a Esdras.
dño in vno volumine coartãtur. Instaurant templũ, muros extruunt ciuita-
tis, omnisq illa turba populi redeuntis in patriam: & descriptio sacerdotum
Leuitarũ Israelis Proseletoꝝ, ac per singulas familias murorũ & turriũ ope-
ra diuersa: aliud in cortice proferunt: aliud retinent in medulla. Hic liber au-
thoris sui titulo pręnotatur: in cuius contextu eiusdem Esdrę Neemięq ser-
mones pariter continentur, nec queq̃ moueat φ vnus & Esdrę dicatur liber:
quia secundus, tertius, quartus nõ habẽtur apud Hebręos: sed inter Apocry-
phos deputãtur. Huius libri primus continet capitula decẽ. Secundus. xiiij. Esaias.
& tertius nouem. Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem: quis possit Hiere-
intelligere vel exponere? quorum nõ primus prophetiam mihi videtur texe- mias.
re, sed Euangelium. Secundus virgam nuceam & ollã succensam a facie aqui
lonis, & pardum spoliatum suis coloribꝰ cum threnis, quos nos lamẽta voca-

mus,eo q in tristioribus rebus funeribusq adhibeantur addidit. Tertius prin
Daniel cipia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos ipsæ
Ezechiel. partes cum exordio Geneseos ante annos.xxx.non legantur. Quartus vero
& extremus inter quatuor Prophetas temporum conscius,& totius mũdi Phi
lohistoricus,lapidem præcisum de monte sine manibus,& regna omnia sub=
uertentem:claro sermone pronũciat. Horum primus.lxiiij. capitula conti=
net. Secũdus vero.lij. Suę vero lamentationes.v. Tertius vero.xlviij. Quar
tus.xv. Hi quatuor Prophetę maiores vocantur,quia prolixa volumina con
diderunt. Libri duodecim prophetarum authorum suorum nominibus præ=
notantur,qui propterea minores dicuntur,quia sermones eorum breues sunt:
Osee. tamen multo aliud q̃ sonant in litera pręfigurant. Quorũ nomina sunt Osee,
qui crebro nominat Effraym. Samariam, Ioseph. Israel & vxorem fornica=
riam,ac fornicationis filios.adulteram cubiculo clausam mariti multo tẽpo=
re sedere viduam,& sub veste lugubri viri ad se reditum pręstolari. Hic con=
Ioel. tinet capitula.xiiij. Ioel filius Satuel describit terram. xij. tribuum, eruca &
bruco,locusta rubigine vastante consumptam.& post euersionem prioris po
puli effusum spiritum sanctum super seruos dei & ancillas id est credentium
nomina,& effusum in cœnaculũ Sion;qui.cxx.ab vno vsq ad.xv.paulatim,
& per incrementa surgentes.xv.graduum numerum efficiunt.qui in Psalte=
Amos. rio mystice continentur:hic continet capitula tria. ¶ Amos pastor & rusti=
cus paucis verbis explicari non potest. Quis enĩ digne exprimat tria & qua=
tuor scelera. Damasceni,Gasetyri,& Idumeę,& filiorum Amon & Moab,&
Iudę & Israel. Hic loquitur ad vaccas pingues,quę sunt in monte Samarię &
ruituram domum maiorem minoremq testatur. Ipse fictorem locustę & stã
tem dñm super murũ litũ vel adamãtinũ & vncinũ pomorũ attrahentẽ sup=
plicia peccatoribus,& famem in terra,non famem panis,neq sitim aquę:sed
Abdias audiendi verbum dei:hic.ix.continet capitula. ¶ Abdias interpretatur ser=
uus dei,pertonat contra Edom,& sanguineum terrenũq fratrem,fratris quo
q Iacob semper ęmulum hasta percutit spirituali:hic vnũ continet capitulũ.
Ionas. ¶ Ionas columba pulcherrima naufragio suo passionem domini pręfigurãs
mundum ad pœnitentiã reuocat:& sub nomine Niniue salutem gentib9 nun
Micheas. ciat:hic quatuor clauditur capitulis. ¶ Micheas de Mora cohęres Christi va
stationem annunciat filię latronis,& obsidionem ponit contra eã:quia ma=
Naum. xillam percusserit iudicis Israel:hic terminatur.vij.capitulis. ¶ Naum con
solator orbis interpretatur. Hic increpat ciuitatem sanguinũ.& post euersio
nem illius loquitur. Ecce super montes pedes euangelizantis & annũciãtis
Abacuth. pacem.hic tria cõtinet capitula. ¶ Abacuth luctator fortis & rigidus inter=
pretatur stans super custodiam suam,& figit gradum super munitionem,vt
Christũ in cruce cõtẽpletur,& dicat: Operuit cœlos gloria ei9 & laudis ei9 ple
na est terra;splẽdor ei9,& lux erit cornua in manib9 eius,ibi abscondita est for
Sophonias. titudo eius.hic tria continet capitula. ¶ Sophonias speculator & arcanorũ
dei cognitor audiuit clamorem a porta piscium.& eiulatũ a specula,& cõtri=
tionem a collibus:inducit quoq vlulatum habitatoribus Pilę. quia conticuit
omnis populus Chanaã:disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argẽto.hic
Aggę9. tria continet capitula. ¶ Aggęus Propheta festiuus & lętus,qui seminauit in
lachrymis,vt in gaudio meteret: destructum templum ędificat,deũ patrem

inducit loquentē adhuc vnum modicūq;,& ego cōmouebo cœlū & terrā.ma
re,& aridam:& mouebo oēs gentes,& veniet desideratus cunctis gentibus.
Hic vno cōplectitur capitulo. ¶Zacharias memor dñi sui multiplex ī pro Zacha-
phetia Iesum vestibus sordidis vestitum,& lapidem oculoꝝ septem cande- rias.
labrū aureū,cum totidem lucernis,quot oculis,duas quoq; oliuas a sinistris
lampadis cernit & a dextris,vt post equos nigros,ruphos,varios,albos,& ad
dissipatas quadrigas:& equum de Hierusalem pauperē regem vaticinatur,
prędixit sedentem super pullū filium subiugalis.Hæc prophetia.xiiij.con-
tinet capitula.Malachias aperte & in fine omniū prophetarum,de abiectio- Mala-
ne Israel & vocatione gentiū non est mihi,Ait voluntas in vobis dicit dñs chias.
exercituum,& munus nō suscipiā de manu vestra. Ab ortu em̄ solis vsq; ad
occasum magnū est nomen meum in gentibus,& in omni loco in quo sacri-
ficatur & offertur nomini meo oblatio munda. Hic continet.iiij. capitula.
¶Hester in Ecclesiæ Typo populum liberat de periculo,& interfectore Hester.
Aman,qui interpretatur iniquitas,patruus eius Mardocheus diē percelebrē
mittit in posteros:& cōtinet.xvj.capitula.hunc Hesdras creditur conscri-
psisse.Iudith vero & Tobias,ac Maccabęorū libri,quibus auctoribꝰ scripti Iudith.
sunt,minime cōstat:sed eoꝝ vocabula ex nominibus eorum,quoꝝ gesta scri-
būtur.Habet horū primus.xvj.Clauditur capitulis secūdus.xiiij.Tertiꝰ in
duobus partitur libris.primus.xvj.secūdus vero.xv.continet capitula.

¶Cap.LXIIII.De noui testamenti scriptoribus.

NVnc de scriptoribus noui testamenti videndum est:quorum
nomina sequuntur:Matthęus, Marcus, Lucas, & Ioannes:
quadriga dñi & verum Cherubin,quod interpretatur scien-
tię plenitudo.Primus Matthęus,qui conscripsit Euangeliū Matth.
literis Hebraicis & sermonibus in Iudęa initiauit Euāgeli-
zare ab humana Christi natiuitate dicens.Liber generatio-
nis Iesu Christi filij Dauid filij Abrahā,significās descēdisse ex semine patri-
archarū Christū sicut ꝓmissū est in ꝓphetia per spm̄ sanctū.Secūdus Mar- Marcꝰ.
cus sanctospū imburꝰ scripsit Euāgeliū Christi eloquio gręco ī Italia secutꝰ
Petrū vt discipulꝰ:hic initiū a spū ꝓphetali fecit dicēs.Vos clamātis in deser
to,parate viā dñi,vt oñderet Christū post assumptionē carnis Euāgeliū p̄di
casse in mūdo.Ip̄e em̄ Christꝰ & ꝓpheta dictꝰ est:iuxta illud.& Prophetā in
gētibꝰ dedi te. Tertiꝰ Lucas iter oēs Euāgelistas gręci sermonis eruditissimꝰ Lucas
quippe vt medicꝰ in Gręcia,Euāgeliū scripsit Theophilo ep̄o initiās a sacer doctissi
dotali spū dicēs.Fuit in diebꝰ Herodis regis Iudę sacerdos noie Zacharias, mus &
vt manifestaret Christū post natiuitatē carnis & p̄dicationē Euāgelij hostiā medicꝰ.
fuisse effectū ꝑ salute mūdi.iuxta illud.Tu es sacerdos īęternū ꝛc.Cū em̄ Finis sa
Christus aduenit sacerdotium Iudęoꝝ obmutuit,lex etiā & ꝓphetia cessauit. cerdotij
Quartꝰ Ioānes scripsit Euāgeliū vltimꝰ ī Asia,incipiēs a verbo vt oñderet & legis
eū saluatorē,q ꝓ nobis nasci dignatꝰ est,& pati ip̄m ante secula,dei verbū eē Iudęoꝝ
ip̄m de cœlo venisse,& post mortē iterū ad cœlū remeasse.Hi sūt q̄tuor Euā Ioānes.
gelistę quos ꝑ Ezechielē spūsctūs in q̄tuor significauit aīalibꝰ:ꝓpterea aūt
q̄tuor,qa ꝑ q̄tuor mūdi ptes fides Christianę religiōis eoꝝ p̄dicatione disse-
mīata est.Aīalia aūt dicta sūt,qm̄ ꝓpter aīam hoīs p̄dicat̄ Christi Euāgeliū,
nā & oculis plena erāt,qm̄ p̄uidēt ea q̄ dicta sunt a Prophetis,& q̄ pręmise- Allego
runt in prioribus.Crura autem eorum recta,& alis senis tegētes crura,& fa- ria.

Paulus xj. epistolas scripsit. cies suas, reuelata sunt enĩ in aduẽtu Christi, quę tegebantur. Paulus Apostolus suas scripsit Epistolas. xj. ex quib⁹ nouem Ecclesijs scripsit, reliquas suis discipulis Timotheo, Tito, & Philemoni: vltima tñ scilicet ad Hebræos a plerisq ipsius esse incertũ est propter dissonãtiam sermonis. Petrus Apostolus duas sui nominis scripsit Epistolas. Iacobus ac Ioãnes & Iudas suas scripserũt, quę ideo Canonicę nominãtur, quia nõ vni tñ populo: sed vniuersis gẽtibus generaliter dirigũtur: & licet succictę, lõgę tñ dicũtur in verbis breuibus: & in sententijs prolixę. Actus Aplorum Lucas scripsit. Actuum Apostolorum scriptorẽ Lucam esse cõstat: in quo nascentis Ecclesię infantiam videtur texere: & Apostolorum opera referare. Apocalypsis laus. Apocalypsim Ioannes Euangelista scripsit: vbi sunt tot sacramẽta quot verba. Nam in verbis singulis multiplices latent sentẽtię: parum dixit, sed pro merito voluminis laus omnis inferior est.

¶ Cap. LXV. De septem generibus Prophetarum.

Cum etiã paulo ante Prophetę, quorum regum tempore prophetizauerũt, dictũ extiterit, quos gentilitas vates appellat: nos autem Prophetas vocam⁹, quasi præfatores, quia porro fantur: & de futuris vera prædicunt. Septem prophetię gñá insinuat. Non existimo fore inane si prophetiæ genera, quæ septem sunt hic depingantur. Primũ gen⁹ Extasis qđ est mẽtis excessus: sicut vidit Petr⁹ vas illud submissum de cœlo in stuporem mẽtis cũ varijs aïalib⁹. de quo habet Actuũ. xj. Scđm gen⁹ est visio, de quo habet Esaię. vj. vbi scribitur. Vidi dñm sedẽtẽ sup soliũ excelsum. Tertiũ gen⁹ est somniũ: sicut Iacob submissam in cœlo scalã dormiẽs vidit: de quo habet Gen. xxviij. Quartũ gen⁹ per nubẽ: sicut alias per Mosen & Iob post plagã loquit Deus: vt patet in Exo. Quintũ genus vox de cœlo: sicut ad Abrahã sonuit dicẽs. Ne mittas manũ tuã in puerũ. vt habet Gen. xxij. & ad Saulum in via. Saule Saule / quid me persequeris? de quo habet Actuũ. ix. Sextum genus accepta parabola: sicut apud Salomonẽ in Prouerbijs: & apud Balaã cũ euocaret ad Balaac. de quo habet numeri. xxij. Septimũ gen⁹ repletio spiritussancti: sicut apud oẽs prophetas. Adhuc tria prophetarum genera. Alia tria gña esse dixerũt. Vnũ scđm oculos corpis: sicut vidit Abrahã tres viros sub ilice Mãbrę: vt habetur Gen. xxviij. & Moses ignẽ in rubo vt habet Exo. iij. & discipuli transfigurantẽ dñm in monte inter Mosen & Heliã: vt habetur Marci. ix. Alterũ scđm spiritũ sanctũ, quo imaginãtur ea q̃ per corp⁹ sentim⁹: sicut Petr⁹ discũ illũ submitti de cœlo. de quo dictũ est. & sicut Esaias dñm in sede altissima nõ corpaliter sed spũaliter vidit. Tertiũ aũt gen⁹ est visiõis, qđ neq corporeis sensib⁹, neq illa pte aïę qua corpaliũ rerũ imagines capiũtur: sed p intuitũ mẽtis quo itellecta cõspicit veritas: sicut Daniel mẽte vidit qđ Balthasar corpore viderat: sine quo gñe illa duo priora vel ĩfructuosa sũt: vel etiã in errorẽ mittũt. Oia tñ hęc gña spũssanct⁹ moderatur. Prophetiã & boni & mali habere pñt. Habere aũt prophetiã non solum bonus: verũ etiã malus potest. Inuenimus autem Saulem regem, qui sanctum persequebatur Dauid, impletum spiritusancto prophetasse: de quo habetur. j. Regũ. xix. Nũc aũt ad materiã, a qua aliquãtisper diuertim⁹ redeam⁹. ¶ Anno Philadelphi. vij. Archesilas Philosophus clarus habet, de quo legitur q magnũ pondus auri in mare proiecit dicens sic. Abite malę cupiditates, ego vos mergam ne ego mergar a vobis. Hoc etiã tempore Crates Stylbonis auditor floruit, qui cũ vidisset

adolescentem secreto ambulantem interrogauit quid illic faceret solus? mecũ inquit loquor. Cui Crates. Caue inquit obsecro & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Aratus etiam Astrologus hoc tempore claruit, cuius hic versus est, quem Paulus sacratissimus de Deo dictum testatur. In ipso viuimus/mouemur/& sumus. Multa quoq; prodigia horrenda hoc tempore mortalibus ostensa sunt: nam sanguis a terra, lac visum est manare de cœlo: plurimisq; locis scaturiens e fontibus cruor fluxit: & de nubibus guttatim in speciem pluuię lacte demisso terras, imbres rigauerunt. Zeno stoicus hoc tẽpore claruit, cuius illa sententia est. Sapientem turbari non posse. Crysipp9 alter Stoicus, sapientẽ nulla re egere asserit. ¶ Anno Philadelphi. xx. Duillus: vt refert Hieronymus in Tractatu contra Iouinianum, qui primo Romę nauali certamine triumphauit: Iliam virginem duxit vxorem tantę pudicitię, vt illo quoq; seculo ꝓ exẽplo ei9 pudicita fuerit, quo impudicitia monstrũ erat nõ vitiũ. Is quoq; Duillus iã senex & tremẽti corpe, in quodam iurgio audiuit sibi os fœtidum exprobrari, qui tristis domum se cõferens apud vxorem querelam exposuit ꝙ eum nunq̃ monuisset, vt huic vitio mederetur. Fecissem inquit illa nisi putassem omnib9 viris sic os olere. Laudãda i vtroq; pudica est & nobilis fœmina, & ꝙ ignorauit vitiũ viri & patienter tulit, & ꝙ maritus infœlicitatem sui corporis non vxoris fastidio, sed maledicto sentit inimici. ¶ Anno prędicto Romani Carthaginenses nauali bello superant. Quo in tempore quidã nomine Regulus bellum Carthaginense sortitus/iter cum exercitu faciens non procul a flumine Bagrada castra cõstituit: vbi cum plurimos militum adaquandi necessitate descendentes ad flumen serpẽs mirę magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnãdam bestiam cum exercitu profectus est, qui vt nullis belluã cõfodi posse telis, infectoq; anhelitu suos confici vidit, balistas afferri iussit: per quas mirabile saxum spinę eius incussum cõpaginem totius corporis soluit, & sic facile oppressa est, ac corium ei9 Romam deductum. cxx. pedes habuisse dicitur. ¶ Anno quoq; Philadelphi vltimo diuersi ignium aquarumq; clades pene combusserunt ciuitatẽ Romanam. Tyberis enĩ insolitis auctus imbribus, & vltra opinionem magnitudine & diuturnitate redundans omnia Romę ędificia in plano posita deiecit. Aquarũ quoq; grauissimam cladem grauior ignis est secuta vastatio: qui siquidẽ ignis incert9 vnde surrexerit plurimas ciuitatis ptes peruagat9 hominum domorũq; miserabilem stragem fecit. Opum etiã tantũ vno cõsumpsit incẽdio quãtum plurimę & peregrinę victorię minime contulerunt.

¶ Cap. LXVI. De multis prodigijs & imagine ęrea.

PTolemęus Euergetes quartus rex Aegyptiorum post hunc regnauit annis. xxvj. Tempore ei9 anno. xxiij. qđ fuit ab vrbe cõdita quĩquagesimo secũdo anno bellũ Punicũ secũdũ incepit: qđ multa ꝓdigia ꝓcesserũt. Nã Romę bos mugitũ suũ in sermonẽ humanũ cõuertisse describit dicẽs. Caue tibi Roma. Carnes quoq; ad modũ mẽbri de cœlo cecidere, quarũ maiorẽ ptẽ aues diripuerũt. reliquũ humi per aliquot dies neq; odore graui, neq; aspectu deformi mutatũ iacuit. Fert quoq; i Piceno lapides pluisse, i Gallia lupũ e vagina gladiũ abstulisse, in Sicilia duo scuta sanguinẽ sudasse, & metẽtibus cruentas spicas in orbẽ cecidisse, aquas etiã sanguine mistas fluxisse. An

Crates Phũs & eius dictum.
Aratus Astrologus.
Prodigia.
Zeno stoic9 & ei9 sententia.
Duill9 & eius vxor castissima
Romani vincũt Carthaginẽses.
Regul9 Serpẽs mirę magnitudinis.
Ignis violentia.
Ptolemęus Euergetes.
Horrẽdũ prodigium

Terrę motus. uo eiusdem.xxv.Cana & Rhodus ita terręmotu concussę sunt.vt Colossus ille magnus Rhodius rueerit:Colossus quoqȝ Rhodius ab aliquibus vocatur
Coloss⁹ Rhodi corruit. Colosseus inter septem mundi mirabilia numeratur.Fuit equidem imago illa ęrea centum.xxvj.pedum fusilis.mirum valde tum quomodo tam imen sa moles fundi potuit,mirabilius quomodo erigi potuit,mirabilissimū quo
Quint⁹ Curti⁹. modo erecta firma potuit stabiliri.¶Anno Ptolemęi primo Quintus Curtius Poeta Tarenti nascitur,quē Cato tunc quæstor Romā transtulit,habitauitqȝ in monte Auentino parco admodum sumptu, contentusqȝ vnius an
Simon Onię filius. cillę ministerio.Iudęorū pontifex Simon Onię filius clarus habetur:sub quo Iesus filius Sirach librum sapientię composuit.Hic Ptolemęus fater Ptolemęi Philadelphi fuit,qui post vastatam Syriam,Ciliciam,ac partem Asiæ innumera spolia tetulit:deosqȝ quos Cambises in Persas trāsuexerat teduxit.

¶De Insulis & eorum deriuatione. Cap.LXVII.

Hęc insularȝ descriptio ex Isidoro desceripta est. E T quia locutio modica & sermo habit⁹ est de Rhodo quę insula est:censetur vt de ipsa amplior & alijs notitia habeatur sedet animo materiā inserere insularum.Insulę enim dictæ sunt ꝙ in salo sunt id est in mari.Ex his quoqȝ nouissimę & maximę,quas plurimi veterum solerti studio indagauerunt notandę sunt.
Britannia. Britannia oceani insula interfuso mari toto orbe diuisa a vocabulo suę gentis cognominata.Hęc aduersa Galliarū parte ad prospectum Hispanię sita est:circuitus enim quadragies octies septuaginta quinqȝ miliaria:multa & magna in ea flumina:fontes calidi,metallorȝ larga & varia copia,Gagates lapis ibi plurimū & margaritę.
Thanatos. Thanatos insula oceani freto Gallico a Britannia est varie separata,frumentarijs cāpis,& gleba vberrima.Dicta autem Thanatos a morte serpentum,quos dum ipsa nesciat,asportata inde terra quoquo gētium vecta sit,angues illico perimit.
Tyle. Tyle vltima insula oceani inter septētrionalem & occidētalem plagā,vltra Britanniam,a Sole nomen habens,quia in eo ęstiuum solstitium Sol facit, & nullus vltra eam est dies: vnde & pigrum & concretum est eius mare.
Orchades. Orchades insulę oceani vltra Britāniā positę numero.xxxiij.quarū.xx.desertę sunt:&.xiij.coluntur.
Scotia. Scotia eadem & Hibernia proxima Britannię insula spatio terrarum angustior:sed situ fœcundior.Hęc ab Aphrico in Boream porrigitur,cuius partes priores in Hiberniam & Cantabricum oceanum intendunt:vnde & Hibernia dicta.Scotia autem ꝙ a Scotorum gentibus colitur appellata.Illic nulla anguis,auis rara,apis nulla:adeo vt aduectos inde pulueres seu lapillos si qs semp sparserit inter aluearia,deserūt fauos.
Gades. Gades insula i fine Bethycę sita,q̄ dirimit Aphricā ab Europa,in qua Herculis colūnę insūt:vnde & tyrrheni maris faucib⁹ oceani ęst⁹ imittūtur.Est aūt a cōtinēti terra.cxx.passib⁹ diuisa:quā Tyrij a rubro ꝓfecti mari occupātes in lingua sua Gades id est septū nominauerūt:pro eo ꝙ circū septa est mari: nascitur in ea arbor similis palmę Sēniola noie,cui⁹ infectū gūmi vitrū speciosam gēmā reddit.
Fortunatę insulę. Fortunatarū insulę vocabulo suo significāt ferre omnia bona,quasi fœlices & beatę fructuum vbertate:sua enim natura preciosarū poma syluarum parturiunt:vnde gentilium error & seculariū carmina Poetarū propter soli fœcūditatem easdē esse paradisum putauerunt:sitę sunt in oceano cōtra lęuā Mauritanię occiduo ꝓxię,& inter se interiecto mari discretę.

Gorgones insulę oceani obuersę promōtorio quod vocat̃ Hesperacer⁹, quas incoluerunt Gorgones fœminę alitis pernicitate, hirsuto & aspero corpe, & ex his insulę cognominatę, distant autem a continenti & recta nauigatione. Gorgo nes.
Hesperidū insulę vocatę a ciuitate Hesperide, quę fuit in fine Mauritaniæ. Sunt aūt vltra Gorgones sitę sub Athlanticū litus in intimos maris sinus, in quorū ortis fingunt fabulę draconem peruigilem aurea mala seruantem. Hespe rides.
Chrysię & Argyriæ insulę i Indico oceano sitę, adeo fœcūdę metallorum, vt plęriq eas aureā superficiem & argenteā habere crederent: vnde & vocabula sortitę sunt. Chry się.
Taprobane insula Indię subiacēs ad Eurū, ex quo oceanus Indicus incipit: patens in longitudine octingētis septuagintaquinq millib⁹ passuum: in latitudine sex centū.xxv.millibus: scinditur fluuio interfluo toto margaritis repleto & gēmis: pars eius bestijs & elephātibus repleta est: partem vero homines tenēt: in hac insula dicunt duas in anno esse ęstates & duas hyemes: & bis florib⁹ vernare locū. Tapro bane.
Tylos insula Indię virens omni tempore folijs: hucusq oceani insulę. Tylos.
Item insulę quę ab Hellesponte vsq ad Gades in mari magno sūt cōstitutę. Cypr⁹ insula a Cypro ciuitate, q̄ in ea est, nomē accepit: ipa est & Paphon Veneri cōsecrata in Carpathio mari vicina austro famosa quōdā diuitijs & maxime ęris. Ibi em̄ prima huius metalli inuētio & vtilitas fuit. Cypr⁹.
❡Creta Gręcię insula pars est ingens contra Peloponnesum: hęc primum a temperie cœli Magaronesos appellata est: deinde Creta dicta a Crete quondam rege indigena, quem aiunt vnū Curetarum fuisse, a quib⁹ Iuppiter ibi abscōditus est, & nutritus. Est autem insula Gręcię inter ortum & occasum longissimo tractu porrecta, a septētrione Gręcię ęstibus, ab austro Aegyptijs vndis perfusa: fuit autem quondam centum vrbibus nobilis, vnde & hęc Centopolis dicta est: prima etiā remis & sagittis claruit: prima literis iura finxit: equestres turmas prima docuit. Studium musicū ab Idęis dactylis in ea ceptum, capris copiosa, ceruo eget, lupos & vulpes: aliaq ferarum noxia nusq̄ gignit: serpens nullus ibi, nulla noctua: & si inueniatur statim emoritur. Larga est autem vitibus & arboribus. Dictamus hęrba in Creta nascitur, & alimos quæ admorsa diurnam famem perhibet: Sphanlanguos autem gignit, & lapidem qui Ideus Datylus dicitur. Creta.
Abydos insula in Europa super Hellespontem posita angusto & periculoso mari separata, & Abydos gręce dicta, φ sit introitus Hellesponti maris, in quo Xerxes pontem ex nauibus fecit, & in Gręciam transijt. Aby dos.
Coos insula adiacens prouincię Atticę, in qua Hypocrates medicus natus est: quę (vt Varro testis est) arte lanificij prima in ornamento fœminarum claruit. Coos.
Cyclades insulę antiquitus Gręcię fuerunt, quas inde Cyclades Clacides autumant dictas, φ licet spatijs longioribus a Delo proiectę in orbem, tamen circa Delum sitæ sunt. Nam orbem Cyclon Græci loquuntur. Quidam vero non φ in orbem digestę: sed propter scopulos qui circa easdem sunt dictas putant Cyclades: hę in Hellesponto inter Aegęum & Maleum mare constitutæ: circundantur etiam pelago Myrteo. Sunt autem numero quinquaginta tres tendentes a septentrione in meridiem millia quinquaginta: ab oriente in occidentem millia ducenta Metropolis eorum Rhodos. Cycla des.
Delos insula in medio Cycladis sita: & dicta Delos fertur φ post diluuium quod Ogygi temporibus notatur, cum orbem multis mensibus continua nox inumbrasset, Delos.

ante omnes terras radijs solis est illuminata,sortitaq; ex eo nomen q̄ prima manifestata fuisset visibus humanis: nā Delon Græci manifestum dicūt. Ipsa est & Ortygia eo q̄ ibi primū visę sunt coturnices aues,quas Græci ortygias vocant. In hac insula Latona enixa est Apollinem & Dianam. Rhodos Cycladum prima ab oriente,in qua rosę capitolium dicitur esse inuentum,dum ibi ciuitas conderetur: ex quo & vrbs & insula Rhodos est appellata. In hac vrbe Solis colūna id est stat⁹ colossus fuit ęreus septuaginta cubitorū altitudine. Fuerunt & alij centum numero in eadē insula Colossi minores. Tenedos vna ex Cycladibus a septētrione sita,in qua olim ciuitas a Tene quodā condita est: vnde nomen vrbis illius vel potius insulę fuit: nam Tenes iste infamatus q̄ cum nouerca sua concubuisset,fugiens hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit: inde & Tenedos dicta est: sic Cerotennē ipsum,cuius ex nomine Tenedos nominamus. Carpathus vna ex Cycladibus a meridie posita cōtra Aegyptū a qua Carpathiū mare appellatum est: vocata propter celerem fructuū maturitatem. Est enī inter Aegyptum & Rhodum. Ex hac insula dicunt Carpathię naues magnę & spatiosę. Cythera isula vna ex Cycladibus a parte occidua sita,cuius Prophiris antea nomen fuit. Cythera aūt vocata q̄ ibi Venus sit orta. Icaria insula vna ex Cycladib⁹,quę Icario mari nomen dedit. Hoc inter Samum & Myconē procurrentibus saxis inhospitalis est,& nullis finibus portuosa est, Dicitur Icarū Cretensem ibi interijsse naufragio,& exitu hominis impositum nomen loco. Naxos insula a Dionysio dicta,quasi Dianaxos,q̄ fertilitate vitium vincat cęteras. Est autem a Delo decem & nouem millia passuum separata: ex qua Iuppiter olim fertur aduersus Titanas profectus. Melos ex numero Cycladum vna,omnium insularum rotundissima: vnde & nuncupata: historia dixit ex Iasone natum fuisse & Philomelum & Plutum. Ex Philomelo Pariantem genitum,qui de suo nomine Parum insulam & oppidum appellauit: prius autē Minoida,deinde Paros dicta.de qua Virgilius. Niueaq; Paron. Gignit enim marmor candidissimum,quod Parion dicunt. Mittit & Sardium lapidem marmoribus quidem prętantiorem & inter gemmas vilissimum. Chios insula Syra lingua appellat: eo q̄ ibi mastix gignit. Syri enī mastichen Chion vocāt. Samos insula est i mari Aegęo,vbi nata est Iuno: ex qua fuit Sibylla Samia & Pythagoras Samius: a quo Philosophię nomen inuentū est. In hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur: vnde & vasa Samia appellata sunt. Sicilia a Sicano rege Sicania cognominata: deinde a Sicalo Itali fratre Sicilia,prius autē Trinacria dicta,ꝓpter trinacria id est promontoria Pelorum/Pachynū/& Lylibęū. Trinacria enī grecū est: quod latine triquadra dicitur: quasi inter quadras diuisa. Hęc ab Italia exiguo freto discreta Aphricū mare ꝓspectans terris frugifera,auro abundans,cauernis tn̄ & fistulis penetrabilis ventis, quia est & sulphure plena: vnde & ibi Aetnę montis incendia extāt: in cuius freto Scylla est & Charybdis,quib⁹ nauigia aut absorbentur aut colliduntur. Fuit autē patria quodam Cyclopum,& postea nutrix Tyrannorū frugifera/fertilis,ac primum terris omnibus cōmissis seminibus aratro procissa: ꝓrincipē vrbiū Syracusas habet: fōtē Arethusam, Alpheū fluuiū magnorū generatorē equorū. In ea insula primū inuēta est Comœdia. Acathen lapidē ipsa primū ex Acathe flumine dedit. Parturit & mare eius coralliū: gignit & Sales agrigētinos,

Marginal notes: Rhodos · Tenedos · Carpathos · Cythera · Icaria · Chios · Samos

in igne solubiles in aquis crepitantes: omnis ambitus eius clauditur, stadiorũ quinq; milliũ. Sallusti⁹ aũt dixit Italię cõiũctã fuisse Siciliã, sed mediũ spatium impetu maris diuisum, & per angustiam scissum. ¶ Tapsus est insula stadijs decem a Sicilia remota iacens, & planior, inde est nuncupata: vnde & Virgili⁹. Tapsumq; iacẽtem. Aeolię insulę Sicilię ab Aeolo Iouis filio appellatę, quem Poetę finxerunt regem fuisse ventorum: sed vt Varro ait: fuit rector istarum insularum: & quia ex earum nebulis & fumo futuros prędicabat flatus ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinuisse. Eedem insulę & Vulcanię vocantur, ꝙ & ipsę sicut Aetna ardent. Sunt autẽ nouem habentes propria nomina: quarũ prima Lipara quidã Liparem vocant, qui eam ante Aeolũ rexit. Altera Hiera vocatur, ꝙ sit collibus eminentissima. Reliquę vero id est Strongyle, Didyme, Eriphusa, Festia, Phœnicusa, Enonymos, Ericodes, Phericodes: qm̃ nocte ardẽtes Aeolię siue Vulcanię dicuntur. Ex his quędã ab initio non fuerunt: sed postea mari editę vsq; nunc permanent. Stoicades insulę Massiliensium. lxx. millium spatio continenti terra in fronte Narboneñ prouincię, qua Rhodanus fluuius in mare exit. Dictę sunt Stoicades gręce quasi opere in ordinem sint positę. ¶ Sard⁹ Herculе procreatus cũ magna multitudine a Libya profectus Sardiniã occupauit, & ex suo vocabulo insulę nomen dedit. Hęc in Aphrico mari facie vestigij humani in orientem q̃ in occidentem latior prominet ferme paribus lateribus in meridiẽ & septẽtrionem vertuntur: ex quo ante cõmerciũ a nauigantibus Gręcorũ Isthmos appellata est. Terra patet in longitudine millia centum quadraginta, latitudine quadraginta: in ea neq; serpens gignitur neq; lupus: sed solifuga tm̃ animal exiguum hominib⁹ perniciosum. Venenũ quoq; ibi non nascitur nisi herba per scriptores plurimos & Poetas memorata apiastro similis, quę hominibus rictus contrahit: & quasi ridentes interimit: fontes habet calidos infirmis medelam pręstantes, & furibus cęcitatem si sacramẽto dato oculos aquis eius tetigerit. Corsicę insulę exordium incolę Ligures dederunt, appellantes eã ex nomine ducis. Nam quędã Corsa nomine Ligus mulier cũ taurũ ex grege quẽ prope litora regebat transnatare solitũ, per interualla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula taurum a cęteris disgredientẽ vsq; ad insulam nauigio persecuta est: cuius regressu insulę fertilitatem agnoscẽtes rursum ratibus ibi profecti, eamq; nomie mulieris authoris & ducis appellauerũt. Hęc aũt insula Cyrinea gręce dicitur a Cyrinio Herculis filio habitata: de qua Virgili⁹ sic ait. Tuas Cyrineas fugiant examina taxos. Diuiditur autẽ a Sardinia. xx. millibus freto cincta Ligustici ęquoris ad prospectũ Italię. Est aũt multis promõtorijs angulosa prębens lętissima pabula, & lapidem quem Cacociten Greci vocant. ¶ Ebosus insula Hispanię dicta, ꝙ a Zonio nõ procul sit quasi Ebosus: nã lxx. stadijs ab ea distat, cuius terrã serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria quę referta est anguib⁹. ¶ Baleares insulę Hispanię duę sunt Afrosiades & Gymnesię maior & minor, vnde & eas vulgus Maioricã & Minoricã nuncupauit. In his primum insulis inuentę sunt fundę: quibus lapides emittuntur, vnde & baleares dictę. Bali enim gręce mittere dicitur: vnde & balista quasi missa.

Tapsus | Aeolię. | Stoicades. | Sardus | Corsicę | Ebosus | Baleares.

¶ Scipio Aphricanus virginẽ inuiolatã reddit sponso. Cap. LXVIII.

Ptolemęꝰ philopater Iudęi vīcūtur a Ptolemęo.

PTolemęus Philopater post dictum Ptolemęum regnauit annis.xvij,ab isto Iudęi pręlio victi.xl.millia corruerunt. Hoc quoq; tempore ab Hānibale Pœnorū duce Romani ter victi leguntur: qui cum nouem esset annorū signare volens quanto inter se odio Roma & Carthago dissiderēt, inflexo in terram pede, suscitatoq; puluere tunc inter eas finem belli fore dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris esset redacta. His tēporibus Archimenides apud Syracusas clarus habetur, qui dum captis Syracusis a Marcello cōsule oculis in terram defixis circulorū formas describeret, a quodam milite Barbaro contra Marcelli edictum trūcatus est. Mortuus est autē Philopater relicto quinquēni ex Euridice sororis filio. Eiꝰ vero cōcubina Agatheocles post seditiones quas concitauerat concursu multitudinis occisa est.

Romani ab hānibale vicunt.

Scipionis i puellā liberalitas ac pietas.

Illius tempore Scipio, qui post Aphricanus dictus admodū adolescens annum.xv.agens magnis viribus noua bella infert in Hispania Carthagine expugnata cum multi in sua potestate venissent iter eos eximię pulchritudinis virgo ætatis legitimę sibi ꝓ munere extitit pręsentata, quę adeo pulchra erat, ꝙ omniū in se oculos cōuertebat. Cunq; ipse esset iuuenis celebs & victor postq̄ comperit ipsam illustri loco inter Celtiberas fuisse natam, nobilissimoq; gētis illiꝰ viro Indibilis noīe desponsatā, vocatis parentibus & spōso inuiolatā reddidit: aurū quoq; quod pro redemptione puellę parētes attulerant summam dotis adiecit. Qua continentia & munificētia Indibilis obligatus Celtiberorū animos Romanis applicuit: & ipse cū.M.ccc.equitibꝰ intra paucos dies in obsequium Scipionis venit. Si quis istius Scipionis omnia gesta magnifica vellet describere, volumen nō paruum exigerēt: exul tamen post multas victorias ab ingrata patria mortuus est.

Vide q̄ grato aio Scipionis cōtinentia repēditur.

¶ Hanibal tres modios aureorum Carthaginē misit. ¶ Illo tempore & anno quingentesimo.xlj.ab vrbe cōdita Romani adeo infœlicitir pugnauerunt: ꝙ omnes eorū vires fere fuerunt perditę. Nā Hanibal in testimonium sui triumphi tres modios scd̄m quosdam, sed scd̄m vulgatam opinionem vnū modium anulorum aureorum quos ex manibus interfectorū detraxerat, Carthaginem misit: vsq; adeo quoq; vltima desperatio apud reliquos Romanos fuit, vt senatores de relinquenda Italia sedibusq; quęrendis consilium ineundū putarent: quod & factū esset nisi Cornelius Scipio stricto gladio hoc fieri deterruisset.

Hānibalis victoria aduersꝰ Romanos.

Cornelius Scipio a q̄rēdis nouis sedibus Senatū deterret.

Hic tanq̄ vir vere fortis Antiocho potētissimo rege Persarum armis superato cum Antiochus pacem peteret, & in eius Scipionis esset arbitrio conditiones pacis pro beneplacito dare easdem pacis conditiones dedit Antiocho, quas longe ante victoriam dederat nihil propter victoriam superaddens, dicens Romanos non superbire vel extolli in prosperis, nec deijci in aduersis. Eodem quoq; tempore filius dicti Scipionis a dicto Antiocho in quadam tumultuaria pugna captꝰ fuit: quem ob reuerentiam patris cum magnis muneribus ad patrem remisit. Cunq; post lapsum tēporis dictus Antiochus secreto postularet a dicto Scipione & in dandis mitioribus conditionibus pacis & honorē quē filio suo fecerat ad memoriam reuocaret. Vir omni virtute ac fide plenus respōdit, priuata beneficia priuatis beneficijs compensantur quod se loco & tēpore cōpensaturum promisit, sed quod ad rempublicā pertinebat se nihil posse nihilq; velle de populi romani iure remittere. Hic dicebat: decet omnem iudicem non solū

Miravictoris cōtinentia.

Rn̄sum scipiōis

manus sed oculos habere continentes. Hic Scipio solitus erat dicere cum ali-
quādo ex honesta causa vacationem a militia metebatur. Nūq̄ minus solus Dicta
sum: q̄ qn̄ solus sum, nec minus ociosus q̄ ociosus. Magnum verbum a ma- Scipio-
gno & sapiente viro dictum, qui asserebat se etiam in ocio de negocijs cogita- nis.
re. Eodem tempore inter insulas Terrameneñ & Therasiam medio vtriusq̄
ripę & maris spatio terrę motus factus est, in quo cum admiratione nauigan
tium repente ex profundo cum suis aquis calidis insula corruit. In Asia quo-
q̄ eodem die idem terrę motus Rhodum multasq̄ alias ciuitates graui ruina-
rum labe concussit, quasdam in totum absorbuit, quo prodigio territis omni-
bus vates cecinere oriens Romanorum imperium mansurum: vetus autem
Gręcorum atq̄ Macedonum vacaturum.

¶ Philosophia primum orta est apud Gręcos. Cap. LXIX.

PTolemęus Epiphanes quintus rex Aegyptiorum post Pto-
lemęum Philometorem patrem suum regnauit anno quintæ
ætatis. ccclxxxviij. & regnauit annis. xxiiij. Hoc tempore vi-
ctos Grecos: liberos esse iusserunt Romani. improperiū erat
enim seruos esse, apud quos philosophia primum orta est, ma
gistra morum & inuentrix liberalium disciplinarum. Eis-
dem quoq̄ temporibus scilicet anno septimo dicti Ptolemæi Plautus scri- Plaut⁹
ptor Tragœdiarum moritur, de quo sedet animo sequentes sententias in- & eius
serere. Pecunia rerum & sollicitudinum causa est & caput: si pro meritis no senten-
bis reddendum non putemus: nosmetipsos fallimus. Quidnam o stulte mi- tię.
rum est si te qui nouit despicit, qui quem nō nouit diligit. In amicitiā & fidē
stultum ne receperis: insipientium atq̄ improborum facilius sustinetur odiū
q̄ collegium. Nemini te nimis sodalem feceris, tes nimiū singularis est ho-
mo: parem ferre nō patiens, minores despicimus, maioribus inuidemus, ab
ęqualibus dissentimus. Si nescio qualis ille est: alius est in corde, alius in vul-
tu. Vęh apud quos dn̄i vigilias multam in noctem pertrahunt. Tantū enim
serui de vita demūt: quantū de nocte auferunt. Conuentus & debacchones &
ioca friuola non quęro: vt amorem mihi pariant. Vtinā nihil odiorum darēt.
Patientia desidię, acrimonia crudelitati assignatur: & sic omnia virtutis ope-
ra subuertuntur: semper diues diligens: pauper negligens reputatur. Sępe cō
dita luporum: fiunt rapinę vulpium. Eodem tempore Antiochus rex Syriæ
regnum Aegypti, quod sub tutela Romanorū erat, grauiter infestare cœpit:
quę infestatio causa belli cum Romanis, & tādem excidij Antiocho fuit. Post
hunc Antiochum regnauit in Syria filius eius Seleucus qui pessimus fuit. Seleuc⁹
Quo tempore Scipio Aphricanus exul in oppido Litronensi vitam finiuit: Mors
in cuius sepulchro iussu ei⁹ scriptum est, Ingrata patria nec ossa quidem mea scipiōis
habes. Contra tam singularem principem Romani valde fuere ingrati, siqui aphrica
dem illa ingratissima ciuitas istum excellētissimū Apbricę, Asię, atq̄ Hispa ni.
nię deuictorem, istum singularem cultorem virtutis pudicitię, istum liberta- Ingrati
tis fidei atq̄ iustitię defensorem, & inuicti Hanibalis vnicum singularemq̄ tudo ro
victorem exilio relegauit. Postremo pręcipuum ipsius ingratę patrię serua- manorū
torem extra se, quā propria virtute sępe seruauerat, talem ac tantū hominem aduers⁹
sepeliri, cum ad tam inauditę virtutis, tantiq̄ pro patria laboris præmium, Scipio-
non solum excelsum sepulchrum sed templum mirificum debuisset in ipso nem.

vrbis medio fabricare: sed in isto præcipue & in multis aliis ciuibus ingratitudo apparet. Sępe eñ Romanos bonos puniuisse, sed & malos pręmiasse reperimus: cuius iniustitię pœna satis cito debita sunt puniti: nam ipsa vrbs a Gallis non multum post capitur, & rota excepta Capitolij arce, quę a nõnullis ciuibus reseruata est, ruina ac incẽdio cũ nece oĩm deformatur.

¶ Capitulum.LXX.

Ptolemę⁹ philometor. Statius

D Ost hunc regnauit in Aegypto Ptolemęus Philometor annis. xxxv. quintę ętatis. ccccxij. mundi vero. MMM.dcclxxv. Huius regis tempore Statius natione Tholosanus Comœdiarum scriptor clarus habetur. Quo in tpe Scipio Aphricã vicit: eo in tempore Antiochus regnauit in Syria annis. xj. Hunc Ptolemęum rex Syrię Antiochus magnus vicit & Iudęam sibi subiugauit, cui suc-

Seleuc⁹ cessit Seleucus eius filius, qui pessimus fuit: erat tunc Onias pontifex templi Hierusalem vir iners & timidus. Quo in tempore dictus Seleucus misit Heliodoꝝ in Hierusalem ad cõmune templi ærarium spoliandum, quo ingresso apparuit terribilis sessor equi & conculcabat eum, & cõfractus est & comminu-

Onias. tus, sed nõ mortuus. Timens autẽ Onias indignationem Seleuci orauit ad dñm pro Heliodoro & surrexit. Qui rediens ad regem ait. Si habuerit dñs meus rex aliquos quorum sitiat sanguinem mittat eos in Hierusalẽ ad tem-

Antiochus. plum domini spoliandum, & tunc surrexit in Hierusalem Ephebia id est lupanar Epheborum. Cunq̧ suscepisset regnum dictus Antiochus Iason ambiens sacerdotium sumit, promisitq̧ Antiocho. v. talenta argenti, & iste qui prius vocabatur Iesus fecit se vocari Iasonem, & frater eius qui Ioannes vo-

Augustinus. cabatur vocatus est Menelaus. Dicit beatus Augustin⁹ ꝙ ignis sacrificij q̄ per annos Babylonicę captiuitatis sub aquis vixerat, extinct⁹ est Antiocho Iasoni vendente sacerdotium. Ex quo palam potes concludere ꝙ summe displicet deo vitium simonię. Dictus Antiochus pręparauit in Aegyptũ ire ho-

Mirabilis visio futuræ turbationis p̃nuncia stiliter. Eo autẽ profectionẽ parente contigit per totam ciuitatem Hierusalem videri equites per aera discurrẽtes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas & cursus equorum per ordinem digestos, & congressiones cõmunes fieri: & scutorum motus & galeatorum multitudinem gladijs districtis & iactus telorum & aureorum armorũ splendorem, omnisq̧ generis loricarum. Post hęc Iason cum mille viris comprehensa ciuitate obsedit Menelaum in arce & victus fugit in Amonitem. Tandem apud Lacedęmones mortuus & sepultus, neq̧ peregrina dignus fuit sepultura: qui quidẽ cum obsideret Alexãdriam Aegypti legati Romanorũ missi sunt ad Aegyptios liberandos, quibus fœderati erant: & ad iussum Romanoꝝ recessit ab Aegypto dictus Antiochus, & venit in Iudęam, & spoliauit templum: posuitq̧ in

Crudelitas antiochi. arce pręsidium Macedonum: suspicans eñ Iudęos se deserturos & Aegyptijs adhęsuros armis cœpit ciuitatem & iussit fieri cladem senum/iuuenum/mulierum/& infantium: interfectiq̧ sunt quoq̧ triduo. lxxx. & xl. M. victa & vęnundata ablatis de templo, mille octingentis talentis auri & argenti, & sic

Finis regni Macedonũ & in p̄ regressus est Antiochiã. ¶ Anno istius Ptolemęi Macedonum regnũ defecit, quod multis annis durauerat sub regum dominio: fuit redactũ postmodũ in prouinciam per Romanos. Et quia inter quatuor orbis principalia regna istud fuit vnũ: quod licet multos reges habuerit, quia tñ Alexander oẽs alios

antecessit,aliqua pauca de eo superius omissa fabor. Deuicto itaq; Dario Alexander.vj.anno regni sui Persarum regno destructo totam Asiam & partem Europę mirabili celeritate subegit: victor rediens cum Babyloniā redijsset, insidijs detentus veneno extinctus est.xij.imperij sui anno. Cuius gesta describere cum a multis magnifice digesta sint superuacuum reputo: hoc tamē modicum scribere delectat. Quarta die post sumptum venenum mortē indubitatam sentiens agnoscere se fatum domus suę,suorūq; maiorum asseruit: cōmuniter enī antecessores suos infra.xxx.annum defunctos cognouit. Quęrentibus autem cunctis quem hęredem faceret,respondit dignissimū: nō nominauit filium Herculem,nō fratrem Andeū,sed nec Postumum quē ex Roxande vxore pręgnante nasciturū esse sciebat. Turpe siquidem iudicauit ipse imperator viro forti alium q̃ virum fortem succedere:& tanti opes imperij alij q̃ probatissimo derelinqui debere. ¶Hoc tempore Statius Poeta natione Gallus clarus habetur: cuius hę sunt sententię: Dant gaudia vires. O quantū gaudia formę adijciunt, Nec latet haustus amor: sed fax vibrata medullis In vultis atq; ora redit,lucēq; genarū tingit:& impulsum tenui sudore perertat.

uinciā r̄ductio De regno macedonū Alexandri mors. Hęredē dignissimū istituit alexander non qui sangnie sibi attinebat.

¶De morte Alexandri. Cap̄. LXXI.

Decessit quidē Alexander annos habens.xxxiij.mensem vnū vir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus,qui tantam fidutiam militibus suis sua virtute contulerat,vt ip̄o pręsente nulli⁹ hostis arma nec inermes timuerūt cum vllo nunq̃ congressus est quem nō vicerit. Nullā vrbē obsedit quam non expugnauerit. Nullam gentem adijt quā non calcauerit. Victus tn̄ ad extremum est nō virtute hostium: sed insidijs & fraude suorum. ¶Legitur ꝙ Alexander lapidem quēdam habebat,secumq; gestabat,quē qui portabat venenari nō poterat: eūq; insutū in braccali portabat: sed ab insidiatoribus nocte illa,qua venenum sumpsit,ei surreptus est. ¶De strage facta per Alexandrū de exercitu Darij legitur ꝙ in vltimo pręlio in quo Darius obijt,de exercitu suo cęsa sunt quinquies decies cētena millia ab illis qui interfecti sunt alijs in pręlijs,qui fuerunt numero decies nouies centena millia. ¶Olympias autē dicti Alexādri mater occisa a Cassandro legitur,quę vbi obstinatos ad se venire armatos vidit,veste induta regali & duabus ancillis innixa vltro obuiam processit,& non refugens gladium nec vulnera nec muliebriter vociferans: sed virorum fortium more pro gloria veteris prosapię morti succubuit,vt Alexandrum posset quis etiā in moriente matre cognoscere,componens se insuper capillo & veste crura cōtexisse fertur,ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Et ne pertranseam mala dicti Antiochi est sciendum ꝙ ipse post biennium regi Aegypti bellū infert: sed ab Aegypto repulsus per nuncios Romanorum redijt in Hierusalem iterato cum furore: aperuerunt ciues ei portas: sibi fauentes benigne cōsentientesq; interemit. Templū spoliauit Menelao ductore tollens vasa tēpli,posuit in templo idolum Iouis Olympiaci,oblationes Mosaicas fieri ꝓhibuit: altare ęneum amouit,& carnem suinam edere Iudęos coegit,& idolo imolare. Arcem quoq; muniuit in ciuitate Dauid,in qua posuit pręsidiū Macedonum,qui Iudęis erant in omnibus inhumani. Nam quos circūcidisse filios repperissent eos,& paruulos ad colla eorum impie suspendebant. Tunc

Alexāder. Bellum ab Alexandro aduers⁹ Dariū. Immensa strages exercitus Darij. Olympias alexandri mater occidit: & vide miram morientis constantiā. In templo statua Iouis Olympici ponit

multi Iudęorum ſponte quidem iuſſa regis ſecuti ſunt: probati vero patrijs legibus adhęſerunt. Erat autem vir de Modin ſacerdos, nomine Mathatias de vico Ioachim: erantq; ei filij quinq;: Ioannes, Simon, Iudas, Eleazarus, & Ionathan.

Mathatias & Maccabęi.

Hi videntes mala indutis cilicijs planxerunt, & venerunt emiſſarij a rege, directi in Modin ſtatuentes Idola. Tunc quidam ex Iudęis immolauit in medio, & ſurgens Mathatias cum ſuis trucidauit eum ſuper aram, & nuncios regis interfecit, Arāq; depoſuit & exclamauit: qui Dei eſt me ſequatur, & cum omni tribu ſua exijt in ſolitudinem omnia relinquēs. Multiq; cū filijs & vxoribus ad ſolitudinē cōfugerunt malentes hęrbis vti: q̄ cibis immundis gentilium inquinari. Tunc emiſſarij regis aggreſſi ſunt eos in diebus Sabbatorū, quibus Iudęis nephas erat arma mouere: & percuſſerūt multos ex eis & in ſpeluncis ſubterraneis ſuffocauerunt: & perierūt ex eis quinq; millia. Plures autem liberati adiuncti ſunt Mathatię, & eum ſibi iudicem fecerunt, qui docuit eos pugnare in ſabbato dicens. Si ſemper legē ſeruaueritis: eritis legis hoſtes dantes cauſam, vt pereat populus dei: nam & lex cum populo peribit vno anno. Hunc geſſit magiſtratū multa ſtrenue agens: & mortuus eſt. In hac prophanatione Antiochi cum cogerentur Iudęi a patrijs legibus recedere, duę mulieres delatę ſunt ſuos circumcidiſſe, quas infantibus ad vbera ſuſpenſis publice per ciuitatem circūduxerunt carnifices, & per muros pręcipitauerunt. Eleazarus quoq; vnus de principibus Scribarum ætate prouectus aperto ore hians compellebatur ſuillas & ſacrificij carnes manducare. Quidam veteres eius amici carnes licitas ſecreto afferebant, & rogabāt vt ſimularet ſe regis ad imperium manducare. Ille vero renuens aiebat: abſit vt coinquiner, & adoleſcentibus hoc prauum relinquam exemplum. Multis itaq; plagis peremptus virtutis memoriam dereliquit.

De ſeptē fratribus vna cū mře occiſis, hi ſunt ꝑ lege primi martyres, de quibus eccleſia cōmemorationem facit.

Contigit autem ſeptem fratres vna cum matre apprehenſos compelli a rege ad carnes porcinas comedendas, & ad ſacrificia Idolorum, quibus renuentibus iuſſit rex coram eis ſartagines & ollas ęneas ſuccendi, & pimogenito linguam amputari: huius cute capitis abſtracta & ſummitate pedum & manu pręciſa corā matre & fratribus in ſartagine torquebatur. Et licet rex faceret cuiq; exhortationem vt ſibi obediret & viueret ſupra modum, econtra mater mirabilis ſingulos exhortabatur ad martyrium, quę ipſa nouiſſime poſt filios defuncta eſt. Mira fuit hęc mater. Et licet non ab aliarum matrum affectibus aliena, omnium tamen aliarum fidem ſuperans atq; vincens. Quanta Chriſtianis animi cōſtātia eſſe debeat oſtendit hui[9] matris ſeptēq; filioꝝ eius mira patriarū legum obſeruantia, quę cum in ſecundo Maccabęorum libro pro pietate ſatis narrata ſit, placuit tñ hoc loco ea quę de ipſis beatiſſimis martyrib[9] ſuauiſſimus doctor Ioannes Beleth ſcripſit enarrare: qui inter cætera ſic ait.

Notatu digna ſentētia

Quid eñ in Maccabęis ſeptem fratres & natalium & virtutum ſorte conſimiles ſignificent, niſi ſeptenarium numerium ſacramento perfectę conſummationis implentes. Sic eñ ſeptem fratres in martyrio cohęrentes vt primi fuerūt in diſpoſitione diuina ſeptē dies annoꝝ ſeptem dies cōtinentes, vt ſeptem ſpiritus & angeli ſeptem qui aſſiſtunt & conuerſantur ante faciem dei, & lucerna ſeptiformis in tabernaculo matyrij, & in Apocalypſi ſeptem candelabra aurea: & apud Salomonem columnę ſeptem, ſuper quas ędificat domum ſapientia: & apud Eſaiam ſeptem mulieres vnū hominē apꝑhendūt,

cuius inuocari super se nomen exposcūt. Et in Apocalypsi dñs inaudita sua diuina & pręcepta cœlestia ad septem Ecclesias & ad earum Angelos dirigit. Qui nunc istis inuenitur in fratribus, vt consummatio legitima compleatur cum septem libris plane copulatur, & mater, & origo, & radix quę Ecclesias septem postmodum peperit, ipsa prima & vna supra petram dñi voce fundata. Quę autem huic mulieri & filijs eius pro labore quem in pręsenti perpessi sunt merces maneat in futuro, Esaias ostēdit, dicens. Lauda sterilis, quę nō paris, decanta laudem & hymnū quę non pariebas, qm̄ multi filij desertę magis q̄ eius quę habet virum. Ad dextram & sinistram penetrabis & semen tuū gentes hęreditabit. Noli timere, quia nō confunderis neq; erubesces. Nō enī te pudebit quia confusionis adolescentię tuę obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuę nō recordaberis amplius: quia dñabitur tui qui fecit te, dñs exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel dominus omnis terrę vocabitur. Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectā. Dixit deus tuus. Ad punctū in modico dereliqui te & in miserationibus magnis congregabo te: & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Dixit redemptor tuus dominus. Paupercula tempestate cōuulsa absq; vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphyris, & ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides desiderabiles. Hęc sunt verba Esaię Prophetę ad paupercula Ecclesiā, quę si ad modicum derelicta videtur a domino, tamē posita est spes illius. Quare o principes terrę nolite dicere, qm̄ manus vestrę excelsę, si qn̄ non repugnat vobis dñs Ecclesiam affligētibus: sed illud attētius animo considerate, quod scelestissimo regi Antiocho ab his martyribus repositum est. Noli enī aiebant putare genus nostrum esse derelictum. Tu autem patienter sustine & videbis magnā potestatem ipsius qualiter te & semen tuum torquebit. Nos enī propter nosmetipsos hoc patimur peccantes in deum nostrum, & digna admiratione facta sunt in nobis. Tu autē ne existimes tibi impune futurum quod contra deum pugnare tentaueris. Hic vero sceleratissimus, perfidissimus, mōstrumq; perhorrendū cum inhoneste reuerteretur Perside, tentaretq; templum Persipolis expoliare multitudine ad eum cōfugiente in fugam cum exercitu turpiter versus est. Elatus autem ira arbitrabatur se iniuriam illorum, qui se fugauerant posse in Iudęos retorquere. Ideoq; iussit agitari currum sine intermissione agens iter cœlesti enī iudicio perurgente, eo q; superbe locutus esset se venturum Hierosolymam, & cōgeriem sepulchri Iudęorum eā facturum. Percussusq; est insanabili & inuisibili plaga, vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum & amara interiorum tormenta, qui de curru cadens graui corporis collisione membra vexauit, vermesq; scaturientes de putridissimo corpore adhuc viuentes carnes doloribus nimijs perurgebant, adeo vt ex illius fœtore exercitus grauaretur: verum cum nemo propter intollerātiam fœtoris posset portare, diuina admonitus plaga cœpit ad agnitionem sui venire per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum nec ipse iam fœtorem suum ferre posset ita ait, Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Sicq; homicida & blasphemus pessime percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregte in mōtibus miserabili obitu vita functus

Esa. liiij

Mors Antiochi.

est.Hęc precor diligentius considerate,qui regnorum curam accipitis,ne ea quę de Antiocho dicta sunt in vobis esse cognoscantur.

¶Cap.LXXII.Triplici nomine habuit Hebraica lingua festiuitates.

Gesta Iudæ Maccabęi.

IVdas Maccabęus eodem tempore ducatu pro patre suscepto Apollonium Samarię ducem:deinde Seron ducem inferioris Syrię contra se venientes occidit,Lysiam & Gorgiā duces Antiochi Epiphanē de Iudęa expulit,& templū ab alienigenis pollutum post tres annos,quibus prophanatū fuerat emundauit,ipsamq̧ diem Encęniorum solennem constituit.Sed & Timotheum ducem Ammonitarū viriliter expugnauit:& tandem impetum faciens contra Nichanoris exercitum numero.xxx.M.dicto Nichanore pariter interfecto prostrauit,& statuit diem illam solennem omnibus annis,quam Encęniorum diem vocauit.Attende ꝙ plebs Hebraica habet festiuitates in triplici nomine:quarū vna Encęnia dicitur.Est em̄ Encęnia noua templi ędifciatio:gręce enim Cęnon nouum dicitur:vnde cū nouum aliquid dedicatur,Encęnia dicitur. Hanc dedicationis templi solennitatē Iudęi octobri mense celebrāt. Secūda Schęnophegia dicitur,quę de grę-co in latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur:hanc Iudęi in memoriam liberationis ab Aegypto agunt in tabernaculis mense Septembri:scæna em̄ gręce tabernaculum dicitur. Tertia nominatur Neomenia,quę apud Latinos dicitur Kalendarū dies,quia scd̄m lunarē cursum mēses supputātur. Inde Neomenia id est noua luna.Erāt em̄ apud Hebręos dies Kal̄.institutione legali solennes:vnde in Psalmo dicit̄. Buccinate in Neomenia tuba & insigni die solennitatis vestrę. ¶Iudas autem Romanorum famam audiens nuncios pro mutua societate mittit,qui a Romanis honorifice suscepti mutui fœderis rescriptum reportauerunt:ipse vero Iudas non multo post tempore a Demetrij ducibus cum paucis dimicās victoriose in bello occisus est, maiore de sua morte victoriā q̄ de hostium spolijs reportādo.

Triplicia apd̄ Hebręos festa

¶Capitulum.LXXIII.

Antiochꝰ Epiphanes luxuriosus.

ANtiochus itaq̧ qui Epiphanes dictus est regnum patre mortuo recepit:tantęq̧ libidinis,vt mimis & scurris publice iungeretur,nec non & libidinem suam pręsente populo cōpleret. Ionathas frater Iudæ dux Iudæorum factus est eodem anno: &. xxiiij. anno Philometoris qui Bacchidem ducem Demetrij a Iudęa expulit,& pōtificatum annis.xix.tenuit: & sic a tempore Maccabęorum renascitur regnum Iudęorum. Tunc Iudas Maccabęꝰ filiꝰ Mathatię fauore ac cōsensu'oim Iudęoꝝ pōtifex ordinatur:& ducatū tenuit ānis.iij.& Ionathas frater eiꝰ ānis.xix.postea frater eiꝰ Simon ānis.viij.Deinde filiꝰ Simōis Ioānes Hyrcanꝰ ānis.xxvj.& tūc Aristobolꝰ filius Ioānis rex pariter & pōtifex primꝰ apud Iudęos diadematis sumpsit insignia,quod factum extitit post.cccclxiiij.annos Babylonicę captiuitatis:& regnauit anno vno.Deinde Alexander annis.xxvij.postea Alexādra vxor Alexandri annis.ix.ex cuius ætate Iudęos rerum confusio & varię clades oppresserunt.Postmodū Hyrcanus filius Alexandri annis.xxxiij. Tādem Antigono dimicante contra Iudæos cessauit pontificum principatus: & a Romanis constitutꝰ est princeps alienigena.Herodes scilicet filius Antipa-

Iudas Maccabęꝰ dux & pontifex Hebręorū.

Primus rex Iudęoꝝ q diadema sumpsit.

tris Ascalonitę,sub quo natus est Dñs: & regnauit annis.xxxvij.Quo miserabiliter mortuo anno dñi.vj.Archelaus filius eius constituitur ab Augusto,& quatuor fratres eius Tetrarchę fiunt:scilicet Herodes,Antipater,Lysias,& Philippus: & regnauit Archelaus annis.ix.Post eum Herodes Tetrarcha annis.xiiij.post eum Agrippa.Deinde Agrippa filius Agrippę annis.xxvj.scilicet vsq ad annũ secundũ Vespasiani,in quo Iudęa est capta,& Hierusalem subuersa,& Iudęi captiui & occisi.Tunc regnũ Iudęorum penitus defecit,anno dñi.lxxij.Eodem tempore quoq Iudas Maccabęus mortuus est,Publius Terentius Carthaginensis Comœdiarũ scriptor moritur in Archadia,qui vna cum Plauto præcipuus Comœdiarum fuit reputatus.Dicti Terentij hoc Epitaphiũ legitur.Natus in excelsis tectis Carthaginis altę, Romanis ducibus bellica pręda fui. Descripsi mores hoim iuuenũq senũq. Qualiter & serui decipiant dominos.Quid meretrix,quid leno dolis,quę fingat auarus.Hęc quicũq legit,sic puto cautus erit. Et quia hic mẽtio habetur de Comœdia q̃ carmen esse cẽsetur,est sciẽdũ q nos habem⁹ carmẽ Heroicũ. Elegiacũ/Buccolicũ/Epithalamiũ/Threnũ/& Comœdicũ. Heroicũ dicit quia virorum fortium res & facta narrãtur.Nã Heroes appellãtur viri quasi aerei & cœlo digni propter sapientiã & fortitudinẽ.Elegiacũ dictum eo q modulatio eiusdẽ carminis cõueniat miseris.Buccolicũ id est pastorale carmen,qđ plęriq Syracusis primũ cõpositum a pastorib⁹ opinãtur.Epithalamia sunt carmina nubentiũ,quę decãtantur in honorẽ sponsi & sponsę.Hoc primum Salomon ediditin laudem Christi & Ecclesię.Threnum carmen latine lamẽtabile vocamus:hoc primum Hieremias composuit super vrbem Hierusalem,& populum quãdo captiu⁹ ductus ẽst.Comœdia interpretatur vilis seu villanus cãtus. Comœdiarũ vsus hinc inoleuit.mos erat antiquorum vt post collectas de adiacentibus villis fruges in aliquem locum capacissimũ cõfluerent,vt ibi quosdã versus de communi statu vitę suę rusticiter cõpositos in festiuis diebus recitarent:ex qua consuetudine vsus inoleuit,vt de vulgari materia sermone,carmina fierent:& paulatim quibusdam facetijs & artificiali genere loquẽdi de vili & humili materia in artem redactum est. ¶In Comœdia erant tres personę:corrector,defensor,& recitator. Terentius habuit istos tres:scilicet Titũ Liuiũ correctorem,Decium defensorem,Calliopium recitatorem.Comœdiarum quoq Terentij aliquas morales sentẽtias breues & põderosas hic curaui inserere.Prima.Hoc tpe obsequiũ amicos,veritas odium parit.Alia.Omnium hominum ingeniũ a labore in libidinẽ est procliue.Alia.Si illum obiurgas qui auxilium vitę tulit,quid facies illi qui damnum dederit,vel malum fecerit.Alia.Qñ non potest fieri id quod vis,id velis quod fieri possit.Alia.Ita fere comparata est omnium hominum natura,vt aliena meli⁹ iudicẽt q̃ sua.Alia.Nulla est tã facilis res quin difficilis sit si inuitus facias.Alia.Nonne hic flagitium est.te alijs consilium dare foris sapere:tibi autem auxiliari nõ posse neq scire.Alia.Quę dum incipias dũq ignoras grauia sunt,vbi cognoueris facilia erũt.Alia.Homine imperito nihil iniustius,qui nihil rectum putat nisi qđ ipse fecerit.Alia.Istud est sapere nõ quod ante pedes est modo videre:sed etiã quę futura sunt prospicere.Alia Inspicere tanq̃ in speculo vitas hominum iubeo,atq ex alijs sibi exemplum sumere.Alia.Vno animo omnes socrus oderunt nurus. Alia. Mulieres vt

Herodes rex cõstitutus.

Terẽtij Epitaphium.

De multiplici gne carminum

Terenti⁹ & ei⁹ sentẽtię

plurimũ leuis sẽtẽtię sunt. Alia. Quot hoĩes tot sẽtẽtię, suus cuiq; mos est. Alia. Nihil est tam bene dictum: qđ male narrãdo deprauari non possit.

¶ Cap. LXXIIII. Destructio & descriptio Carthaginis facta per Romanos tempore Catonis.

Ptolemeus Euergetes. PTolemęus Euergetes Aegyptiorũ septim⁹ rex: post hunc regnauit annis. xxix. Huius tempore Romanus Senatus Carthaginẽ censuit esse destruẽdam. Sed Scipio Nasica nolebat ęmulam Romani imperij vrbẽ diruire: imo Catoni ipsam diruere decernẽti cõtradicebat expressius. Cato quidẽ propter perpetuam Romanę vrbis securitatem vrbem illã potentissimam æmulãq; Romani imperij delendã fore censebat. Scipio vero propter perpetuã Romanę virtutis curã, quã sibi semper ex suspitione ęmulę vrbis Romani impenderẽt, ne vigor Romanus semper bellis exercitatus in lãguidam segnitiem, securitatemq; ocio solueretur, incolumem Carthaginem seruari asserebat: sed non preualuit, quia a Romanis euersa fuit: cuius situs est:

Euertitur Carthago a romanis. Magnitudo hmõi fuisse dicitur. xxx. M. passuum muro amplexa: tota pene mari cingebatur, absq; faucibus quę tribus millibus passuum aperiebãtur. Is loc⁹ murũ. xxx. pedes latum habuit: saxa quadrato in altitudine cubitorũ. xl. Arx cui Brice nomen erat paulo amplius q̃ duo millia passuũ tenebat. Ipsa quoq; ciuitas. xvij. cõtinuis diebus arsit. Dirupta est aũt Carthago. dcc. anno quo cõdita fuerat. Multitudo oim captiuorũ exceptis paucis principib⁹ vẽdita est: de cuius costructione varie fuit opinatũ. Quidã autumãt ꝙ anno. xiij. regni Aegyptiaci post tres reges Lacedęmoniorũ a Calcedone Tyrio condita fuit. Alij autem anno. x. Lanotei quarti regis dictæ gentis a Didone filia dicti Aegyptiaci fuit cõdita post Troianũ bellũ anno. cxliij. Alij vero anno

Seruile bellum. primo Theleti. viij. regis dictę gentis fuit cõstructa. Eodem tempore anno scilicet dicti Ptolemęi septimo seruile in Sicilia bellũ exortum est, vbi. lxx. millia seruorũ tũc in arma cõspirantiũ fuisse referũtur, hoc bellum: nec mirum si Romanos terruit, cũ oẽm debeat terrere hominẽ. Nã teste Orosio, seruilis tumultus quãto minor est cęteris: tanto crudelior, libera enĩ multitudo cõmouetur, vt patriã augeat, seruilis vt perdat: quod bellũ quędã mõstra pręcesserunt: nã puer ex ancilla natus est, quadrupes, quadrimanus, oculos quatuor, aures totidem habens, natura virilis duplex.

Monstrum. Demetrius. ¶ Hoc etiã tpe regnauit in Syria Demetrius qui occiso patre fugit ad Cretenses parentes maternos: resumptisq; virib⁹ Apolloniũ ducem aduersus Ionathã misit, qui Azotum ad se tuendũ fugiẽtes cũ phano dagon: necnon in ciuitate oẽs incendio perierũt: hac etiã tempestate Lucius Actius Poeta claruit.

¶ Capitulum. LXXV.

Ptolemeus Phiton. PTolemęus Phiton post dictũ Ptolemęũ regnauit ãnis. xvij. Quo in tẽpore viginti millia Cymbrorũ cęsa sunt: octo millia capta per Marium consulem. Anno dicti Ptolemęi. xij. Aristobolus rex pariter & pontifex primus apud Iudęos diadematis sumpsit insignia: & sic restitutum est Iudęę regnum,

Alexander Iane⁹ Icurius. quod fluxerunt autem a Sedechia, sub quo regnum fuerat interruptum anni. cccclxv. & menses tres. Cui successit Alexander, qui cognominatus est Ianeus. Hic adeo nequissimus fuit, vt in trib⁹ annis circiter. v. millia

suorum interfecit. Hic adeo Iudæis erat offensus(vt cum semel quonam pa=
cto sedari eis posset peteret)responderunt,si moreretur. Ob hoc ex eis Iudęis
in plateis Hierusalem suspendi fecit.cccccccc.viros vxoratos,vxoresq; ac li=
beros eorum necauit. ¶Hui9 Ptolemęi tempore Iugurtha Romanos graui Iugur=
prælio pulsauit,qui cum a Micipsa Numidarum rege in filium esset adopta= thę hi=
tus imprimis cohęredum suorum interfectione / regnum omne consecutus storia
est. Deinde Calphurnium consulem Romanum eius expugnandi gratia hic inse
missum,pecunia corrupit: atq; ad turpissimas conditiones pacis adduxit. ritur.
Præterea cum & ipse Romam venisset,omnibus iam pecunia corruptis/se=
ditionibusq; permixtis,Roma regressus satis infami prouerbio eam taxa=
uit. O vrbem vęnalem inquiens,& mature perituram,si emptorem inuene=
ris. Sicq; factum est vt sequenti anno Aulum Posthumum ad Calaniam
vrbem bello oppressum perimeret,Aphricamq; a Romanis deficientem suo
regno iungeret. Verum cum se Romanorum viribus imparem agnosceret
tertio iam victus cum Boecho Maurorum rege fœdus inijt: cuius auxi=
lio fretus aduersus Romanos cum sexaginta millibus equitum occurrit.
Itaq; post incertam victoriam de vita Romanis desperantibus ob æstum So=
lis acerrimęq; sitis intolerantia subito pluuia ingens sitientibus Romanis/
ęstuantibusq; de cœlo missa est. Atq; ita refectis viribus Romanis conturba=
tis Mauris Numidisq; ad quinquaginta millia armatorum cæsa sunt. Ex eo Boech9
Boechus spem belli abijciens pacem petiuit, atq; in precium pacis Ingur= cū Ro=
tham dolo captum ad Marium misit,qui in triumpho ante currum cum duo= manis
bus filijs actus mox in carcere strangulatus est. Hoc etiam tempore.cc.mil= fœdus
lia Cymbrorum cęsa sunt. Phiscon vero a matre Cleopatra expulsus ab Ae= inijt.
gypto in Cyprum secessit.

¶Capitulum.LXXVI.

¶De Alexandro Ianeo tempore quo magna prodigia & bella fuerunt.

P Tolemæus qui & Alexander post dictum Ptolemæum re= Ptole=
gnauit annis nouem. Quo in tempore regnauit apud Iu= męus.
dæos annis.xxvij. Alexander Ianeus,in Syria vero regna=
bat Antiochus Ciziceus. Postq; regnauit annis duobus,Phi
lippus hic a Gabino captus est: Syria in potestatem Roma= Syria i
norum venit, & sic regnum illud cessauit. ¶Hoc tempore ptātem
(vt Valerius libro quarto narrat)apud Corneliam Gracchorum matrem Roma=
quædam matrona Campana hospitata fuit,quæ ab ipsa Cornelia more ami= norę ve
cabili petijt,vt sibi sua meliora ostenderet ornamenta: quę respondisse fer= nit.
tur,optima mulierum ornamenta sunt virtutes & pudicitia,nihilq; prorsus Corne=
extra concupiscere. Omnia enim habet qui nihil concupiscit, quia domi= lię di=
nium rerum collabi solet,bonę autem mentis vsurpatio nullum tristiorum ctum.
fortunæ recipit incursum. Hæc etiam dicitur Gracchos latinam linguam
docuisse. ¶Eo tempore ab vrbe condita. ccccc.lvj. Iulio Cæsare & Lu=
cio Marco consulibus Sociale bellum a Romanis gestum est: quod secun= Bellum
dum Orosium quædam prodigia præcesserunt. Sub ortu Solis globus sociale.
igneus e regione septentrionis cum maximo cœli fragore emicuit: apud
Tarentinos cum panes per conuiuia frangerentur, cruor e medijs pa=

nibus quasi ex vulneribus corporum fluxit. Praeterea per septem dies grando lapidum imixtis etiam testarum fragmentis terram latissime verberauit. In Samnitibus vastissimo terrę hiatu flāma prorupit, & vsq ad cœlū extendi visa est, Romani etiā in meridie globum coloris aurei e cœlo ad terram deuolui, maioremq factum rursus a terra in sublime ad oriētem ferri, ac ipsum solem obtexisse viderunt. Quid plura, omnium animalium genera, quę manus hominum blande perpeti atq inter homines viuere solita erant, relictis stabulis pascuisq, cū vlulatu/hinnitu/ac mugitu miserabili: ad syluas/mōtesq fugerunt. Canes quoq, quorum natura est extra homines esse nō posse: lachrymosis vlulatibus, vagi luporum ritu oberrabant. In primo bello sociali interfecti sunt. ix. M. Romanorum. Consequenter Marius ex improuiso aggressus. viij. M. Marsorum militum interfecit. Scipio a Marsis cum toto exercitu trucidatus est. Eo tempore Pompeius consul. xviij. M. Marsorum interfecit, & tria millia cepit. Eisdem temporibus ab Albino viro consulari. xviij. M. Samnitum in vno prœlio cęsa sunt. Hoc fine fuerūt cōclusa duo funestissima bella, Sociale Italicum & Ciuile Syllanum, quę per annos decem tracta plusq. ccl. M. Romanorum ciuium consumpserūt. Eo siquidem tempore bellum Mithridaticum exordium habuit: quod & strage hominum & longitudine temporum prę omnibus illius temporis extremis bellis crudelius, ac magis formidabile fuit. Hic Mithridates rex Ponti & Syriae, qui filium habuit, q & ipse Mithridates dictus est: cuius tanta magnitudo fuit, vt non sui tm̄ temporis, verum etiam superioris ętatis omnes reges maiestate superauerit. Hic cum Romanis bella per. xlvj. annos varia victoria gessit. Cum enim summi Romanorū principes: scilicet Sylla/Lucullus: & plures alij: vltimoq magnus Pompeius cum ipso bella gesserint, licet sępius victus fuerit: frequenter tamen de ipsis victoriam deportauit. Victus siquidē maior clariorq in restaurando bello surrexit: damnisq suis terribilior reddebatur. Huius futuram magnitudinem, etiam cœlestia prędixerunt. Nam anno quo genit[9] est, & eo quo regnare primum cœpit, stella cometa per vtrūq tempus septuaginta dieb[9] ita luxit, vt cœlum totum flagrare videretur: nam magnitudine sui quartam cœli partem occupare videretur, & Solis nitorem suo fulgore vincebat, & cum oriebatur anteq occideret quatuor horarum spatium consumebat. Et quia plęrisq huius codicis in partibus fit mentio de Cometis, Est sciendum q cometę sunt stellę flammis crinitę repente nascentes, regni mutationem aut pestilentiam aut bella, vel ventos, aestusve prętendentes: quarum aliquę mouentur: alię vero immobiliter hęrent, omnes ferme sub ipso septentrione aut aliqua eius parte non certa: sed maxime in candida, quę lactei circuli nomen accepit: breuissimum quod cernitur spatium septem dierum annotatum est, longissimum. lxxx. In quibusdā bellis de Mithridatis parte in diuersis bellis cęsa sunt. cccc. M. hominum, & plus. xv. M. Item naues tam captae q̄ demersae. c. xxxiij. Quantus autem numerus Romanorum extinctus fuerit, non est memorię traditum, quia maxime non est cōsuetudo scriptorum ex parte quę vicerit occisorū describere numerū, ne gloriā victorię maculēt dāna victorum: nisi forte cū adeo pauci cadūt in admirationē, terroreq virtutis augeat paucitas perditorum, sicut i pria cōgressione Persici belli Magno Alexādro cōtigisse historię referūt: nā cū exercit[9]

Horrenda prodigia futuri belli prenuncia.

Horribilis latrat[9] canum.

Mithridates rex Ponti & ei[9] gesta.

Cometa quid sit.

Alexandri.cccc.M.hominum interfecisset nouem pedites de eius exercitu defecerũt. ¶In dicta historia legit̃ q̃ cũ Mithridates Cizisenos obsedisset Lucullus princeps Romanoꝝ vt bono aĩo essent nunciũ misit vnũ ex militib⁹ nandi siue natandi in arte peritũ, qui duobus verubus suspẽsus ipse mediam tenẽs regulam, plãtisq̃ subremigans septẽ.M.passuum remeauit, & ipsos cõfortauit q̃ dictus Mithridates suo frustrat⁹ desiderio vituperose dicessit. Tẽpore dicti regis descriptio Romę facta est, & inuenta sunt.cccc.lxiiij.M.hominum. Eodem anno Publius Terentius Poeta famosus in Narbonẽ, prouincia nascitur.

Alexãder quater cẽtena millia deleuit nouem ex suis desideratis.

¶Dicta Catonis Philosophi & stoici. Cap.LXXVII.

PTolemęus Dionysius dicto Ptolemęo successit, & regnauit annis.xxx. Quo in tempore Hecaton Philosophus claruit, qui multa egregia dixit, quę a Tullio & Seneca sũt excerpta, vt est illud. Desines timere si sperare desieris. Queris quid perfectum amicus esse mihi cœpi. Si vis amari ama. Omne honestum in arduo est. Non tñ quid fieri debet: sed cũ ratione fieri. Item quęsitum fuit ab eo, an beneficium dare seruus dño possit. Circa quod ita distinxit: quędam sunt beneficia, quędam officia, & quędam ministeria. Beneficium est quod alienus dat: alienus autem est qui potuit sine reprehensione cessare. Officium est filij, vxoris & ceterarum personarum quas necessitudo suscitat, & opem ferre iubet. Ministerium est serui, quem cõditio sua eo loco posuit, vt nihil eorum quę prestat imputet superiori Per idem tempus Cato Philophus claruit. Virgilius nascitur Mantuę, qui multa Romæ & Neapoli humana sapientia fere incredibilia fecit: cuius & carmina de Christo manifestissime philosophare vidẽtur. Horatius nascitur Venusij Cicero laude oratoria celebratur. Apollodorus clarus habetur, qui postea extitit pręceptor Augusti. Ouidius nascitur. Eo etiam tempore Pompeius capta Hierosolyma templum irreuerenter intrauit, & vsq̃ ad Sancta sanctorũ ascendit. Cuius miratus pulchritudinem de thesauris domus dñi nihil abstulit, Iudęos tributarios Romanis fecit. ¶Marcus Porcius Cato Stoicus Philosophus illo tempore viguit, cuius est illa sententia. Vita humana ꝑpe vti ferrum est. Si exerceas ferrũ conteritur: si nõ exerceas rubigine cõsumitur. Similiter nos exercendo videmur conteri, si autem nos inertia teneat plus detrimẽti torpẽdo q̃ exercẽdo patimur. Idem exhortãdo dicebat militib⁹ suis. Cogitate cũ animis vestris si quid per laborẽ recte feceritis, labor iste a vobis cito recedet, imo & post mortẽ vos faciet gloriosos. Si quid per voluptatẽ nequiter egeritis, voluptas cito abibit, nequiter factũ apud vos semp manebit. Cũ semel ab eo quęreretur, quid in re militari maxime expediret. Respõdit, benefacere. Quid secũdum in re familiari esset expediens: respondit benefacere. Quid tertium? bene vestiri. Quid quartum? arare. Cunq̃ quęreretur quid fœnerari, respondit. Quid hominem interficere?

Ptolemæus Dionysius. Hecaton Philosoph⁹ & ei⁹ dicta. Dña inter offiñ bñficiũ & ministeriũ. Cato. virgili⁹ nascit̃. Horati⁹ nascit̃. Ouidi⁹ nascit̃. Cato Stoic⁹. Cõparatio vitę humanę.

¶Cap.LXXVIII. Ortus belli socialis, ciuilis, & cõmunis inter Iuliũ & Põpeium, & instabilitate fortunę.

CLeopatra Aegyptioꝝ regina regnauit post dictũ Ptolemæũ annis viginti: & tunc terminatum est regnum Aegyptiorum: & per Iulium Cæsarem in Romanã transiuit ditionẽ. Et qm̃ de bel=

Cleopatra.

lis sociali & ciuili in precedenti facti sunt sermones, vt non ignoretur ortus socialis belli, Est sciendum ꝙ ab vrbe condita.ccccclvj. Iulio Cesare & Lucio Marco ex intestinis causis, Sociale bellū totam commouit Italiam, siquidem Liuius Drusus Tribunꝰ plebis Latinos oēs spe libertatis allexit. Cūq; quod promiserat prestare nō posset eos ad arma cōmouit aduersus vrbem. In hoc bello sociali vtriusq; cesa sunt.xl.M.hominū. Bellū vero ciuile anno ab vrbe condita.ccccclxij.exordiū habuit, quorum cōditores fuere Marius atq; Sylla, & intitulatur ciuile, quia inter ciues & a ciuibus ortum habuit. In quo sparsim cesa sunt.cc.xij.M.hominū, & proscripti parte vna.lxxx.& ab alia v.c.homines. Hoc tempore bellum ciuile Iulij Cesaris & Pompeij ortū habuit: quod quia inter omnia bella a Romanis gesta maius fuit: Idcirco non est pretereūdum silentio, sed breuiter describendū. Pacato itaq; Romanorum virtute ac viribus orbe terrarum, ita fuit magnum & excellens Romanū imperium, vt nullis externis viribus opprimi posset, inuidens fortuna Romano populo gentium principi illum in suum armauit exitium, vt manꝰ in propria viscera furiosi more cōuerteret. Primo siquidem Marianum & Syllanum qd̄ intra vrbem se cōtinuit inflāmauit incendium: de quo supra narratum est. Deinde Cesarem & Pompeium in vrbis & orbis perniciem animauit. Cesaris em̄ furor atq; Pompeij vrbem Italiam/gentes/nationes/totum deniq; qd̄ late per omnia mundi climata patebat, Romanū imperiū: quodam quasi diluuio & inflāmatione corripuit, adeo vt non recte ciuile tm̄ dicatur, nec sociale solum sed nec externum sed potius cōmune quoddā ex omnibus Nam si duces eius inspicias totus erat senatus diuisus in partibus, si exercitū consideres ex parte Pompeij.xviij.ex parte Cesaris.xj.regiones erant. Flos quoq; ac robur Italici sanguinis, si auxilia sociorū ex Cesaris parte Gallici, Germaniq; erant. Ex parte Pompeij Deiotarus rex Galatie, Ariobarcanes rex Cappadocie, Tardon rex Cilicie, Philimenes rex Pafflagonie, Nicomedes rex Bithynie, Herodes rex Albanie, Atraces rex Hiberorum, Attalus rex Asie, Aristarchus rex Colorū Arabie & Itureę, Tygranes rex Armenie, Pharnax rex Pōti, oīs Thracia, Cappadocia, Cicilia, Macedonia Grecia Italia, totiusq; robur orientis. Si de tempore belli quæras, quatuor annis fuisse respondeo: pro tanta clade breue tempus fuit. Si de loco certus esse velis: scias intra Italiam cœptum esse bellum, inde se in Galliam/Hispaniamq; deflexit, euersumq; est ab occasu in Epiro/Tessaliamq; concessit: hinc Aegyptum subito transiluit: inde respexit Asiam, Aphricęq; incubuit: postmodū in Italiā regyrauit: & ibi aliquando defecit: sed non odia partium cum bello finita sunt. Non enim prius quieuerunt.q̄ in vrbe ipsa medio senatu eorum qui victi erant odia victoris Cæsaris se cede satiarent. Causaq; tante calamitatis eademq; omnium nimia fœlicitas fuit. Legitur in dicta historia ꝙ nunq̄ vno loco tantū virium Romani populi, tantūq; dignitatis fortune cōgregauit: nā plusq̄.cccccc.millia, hinc atq; illinc preter auxilia regum, eo bello fuisse referuntur. Ordinatis hinc inde aciebus classica sonuerunt. Deinde pila iactata sunt: quantoq; ardore pugnauerunt, & initium belli & exitus demonstrauit. Nam Pompeius cum adeo copia equitum abundaret, vt facile superaturus Cesarem crederetur, ipse superatus est, & licet in infimā a

Bellum sociale vnde irrepserit

Belli ciuilis primi authores Marius & Sylla.

hic enumerant reges ac duces q ad auxiliū Pōpeij venerant.

Hic enumerātur Iulij auxiliatores.

Pōpeiꝰ a Cesare superatꝰ est.

fortuna proiectus fuerit, in nullo tamen animo fract⁹: sed in sua virtutis fortitudine perseuerās. sicut em̄ alias ipsum nō eleuauerāt ꝓspera, ita nec aduersa deiecerunt. De ciuitate Larisę recedens onerariam nauem nactus properauit in Syriam. & inde per Tyrum in Aegyptum trāsijt: ibiq; statim vt littus attigit, iussu Ptolemei regis ob gratiā Cęsaris victoris demerendam occisus est. O q̄ impiū & crudele sequientis fortunę spectaculum in Pompeio legentibus demonstratur. ¶ Pompeius Romanorum omniū moderator, atq; virtuosior princeps, de vigintiduobus regibus triumphator magnificus, & totius orientis & Asię domitor, princeps Romanorum patrum, & paulo ante pacis ac belli & totius Romani imperij moderator, de excelso solio in infimū a cęca fortuna proiectus, in Pelusino littore vilissimi regis imperio, spadonū consilijs sub oculis vxorum atq; liberorum trucidatur, moriturq;: & sine honore debitę sepulturę in ipso littore tumulatur. Caput vero in pręcipuum & speciale munus pręsentandum Cęsari reseruatur. O q̄ mutabilis & incertus hui⁹ mūdi status sit, in isto & in multis alijs apparere potest. De qua instabilitate Valerius libro. vj. sic loquitur. Caduca nimium & fragilia puerilibusq; consimilia tripudijs sunt ista quę vires/honores/opesq; humanę vocantur. Affluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilib⁹ innixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortunę huc atq; illuc acta quos in sublime extulerunt, improuiso recursu destitutos profundo cladium miserabiliter imergunt. Itaq; neq; æstimari neq; dici bona debēt, quę inflictorum malorum amaritudinem suo desiderio duplicant.

Pōpei⁹ Ptolemei iussu occiditur. Pōpeij laudes. Cōmiseratio. Instabilitas mundi Valeri⁹

¶ A quo appellati Imperatores Cęsares, & de deriuatione illius. Capitulum. LXXIX.

De Iulio Cęsare legitur q̄ post Galliam, Britāniam, Germaniam, Hispaniāq; deuictā Romam reuersus Monarchiam assumpsit, & repertū est post tēpora consulum ius imperandi. Anno ab vrbe condida. ccccccc. vj. & ab exactis regibus cccclxij. verum aliqui asserunt ipsum Cęsarem non fuisse imperatorem sed Dictatorem, quia licet prim⁹ fuerit qui arripuerit singulare dominiū, cum violenta dominatione pręfuerit populo nō fuit imperator siue princeps, imō tyrannus. Et hinc est q̄ in Catalogo imperatorum nō ponitur: Octauianus vero Augustus primus imperator & princeps designatur. ¶ Hic Iulius Cęsar fuisse traditur excelsa statura, colore cādido, membris nigris, ore pleno, vegetis oculis, valitudine prospera nisi q̄ repente animo liquefiebat, etiā per somnum exterreri solebat. Caluicij vero deformitatem inique ferebat: ideoq; deficientem capillū reuocare a vertice consueuerat, vini parcissim⁹ ne eū inimici necarēt. Circa victū adeo indifferēs, vt quōdā ab hospite cōditū oleū ꝓ viridi appositū aspernātib⁹ cęteris sol⁹ etiā largius expetierit, ne hospitem aut rusticitatis aut auaritię arguere videretur. Eloquentia mirabili, quare aut ęquauit prestātissimoꝝ gloriā, aut excessit, reliquit rerū suarū cōmentarios: de quib⁹ Cicero sic refert. Cōmentarios sic scripsit, valde quidē ꝓbādos, nudi sunt, recti ac venusti, & oī ornatu orationis tanq̄ veste decorati. Armoꝝ equitādi peritissim⁹, laboris vltra fidem patiēs erat, in agmine nōnūq̄ equo sępius anteibat, capite detecto seu sol seu imber esset. Ab huius tamen Cęsaris excellētia omnes Imperatores Roma=

Iulius Cęsar. Laudes Cęsaris

ni appellati sunt Cęsares. In isto Cęsare laudatur recte inuicti animi magnitudo cum efficacia operis, cum illius mens & manus ad impossibilia fere sufficerint. Quantus autē in armata militia fuerit, non solum Galli, Britones, Germaniq́ primum ab eo subacti, sed tota ciuilis belli fortuna & Cęsareę domus series ꝓtestat: eiꝰ nēpe ductibꝰ. xj. cētū. xx. &. ij. M. hostiū cęsa Historiographi notauerūt. L. & bis dimicauit. solū Marcū Marcellū supgressus. qui xxxix. fuerat pliaꝰ. Inter hęc adeo fuit benignitate pditꝰ, vt quos armis subegerat, benignitate, ac clemētia i sui dilectionē & amorē tenerrimū aiaret. Cęsar autē dictus ꝙ cęso mortuę matris vtero, prolatus / eductusq́ fuerit: vel ꝙ cum Cęsarie natus sit, a quo & Imperatores sequentes Cęsares dicti, eo ꝙ cognati essent. Armorū & equitandi peritissimus fuit, laborum plusq̄ creditur patiens erat, in vlciscendo natura lenissimus. In literario studio tantus erat, vt quaternas simul dictaret epistolas: qualis in iuris ciuilis peritia fuerit, veteres Romanorum indicāt leges: potentis ingenij vires, q̄ in philosophia exercuerit, prędicat & extollit sola inuentio Bissexti. ¶ Cētesimo die ante mortem eius fulmen cecidit iuxta statuam in foro, & de nomine eius superscripto C / literam capitalem abrupit. Nocte pręcedenti diem obitꝰ sui fenestrę thalami eius cum tanto strepitu apertę sunt, vt exiliens a stratis ruituram domū ęstimaret. Eadem die cum iret in Capitolium, datę sunt ei literę indices mortis imminentis, quę dum referretur occisus in manu eius inuentę sunt, nōdū solutę. Die sequenti apparuerunt tres soles in oriente, qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt, significātes ꝙ dominium Lucij Antonij, & Marci Antonij, & Augusti in Monarchiā rediret. Deniq́ Cęsar Iuliꝰ dum reipublicę statum clementer instauraret, authoribus Bruto & Cassio. xxj. vulneribus consossus interijt. In hac coniuratione feruntur consocij fuisse. cclx. qui omnes perierunt statim, neq́ triennio quisq̄ superuixit, neq́ sua morte defunctꝰ est: fuitq́ occisus anno ętatis suę. lvj. Corpus eiꝰ pro rostris combustum est. Statuit autem populus in foro solidam colūnam lapidis Numidici, xxj. pro pe pedum, super quam tumulatus est, quę Iulia dicta est. Sicq́ ille qui multo sanguine ciuium orbem terrarum subegerat, suo ciuili sanguine curiam madefecit.

Vnde dictus Cęsar.

Prodigia quę Cęsaris obitum pręcesse re.

Cæsar xxj. vulneribus cōfossꝰ.

Cęsaris funus.

¶ Romani inuicti manserunt quādiu seruauerunt iustitiam. Capitulum. LXXX.

POst Gaium Iulium Cęsarem, qui imperauit annis quatuor & mensibus septem dumtaxat, Octauianus dicti Iulij Cæsaris nepos, & filiꝰ adoptione imperauit ānis. lvij. qui multa & varia bella habuit: sed post labores varios de Noricis / Illyricis / Pannonijs / Dalmaticis / Rusis / Dacis / Salmanicis / Germanis: triumphū reportauit. De Romanis legitꝰ ꝙ q̄diu seruarēt modestiam, & dilexerunt iustitiam: inuicti semper vbiq́ manserunt. Corrupti vero faciliter deuicti leguntur. Iste Octauianus nulli genti sine iustis & necessarijs causis bellum indixit. Disciplinam militarem seuerissime rexit, nec militibus nisi valde grauatis videndi vxorem licentiam dedit. Nihil in re militari q̄ ducis festinantiam temeritatemq́ redarguebat. Aiebatq́ quicquid bene fit, satis cito fieri. Bellum ipse suscipiendum omnino negabat, cum maior emolumenti spes q̄ damni metus euidenter osten-

Octauianus & populi ab eo domiti.

deretur. Nam minima commoda magno sectantes dispendio, similes auteꝫ hamo piscantibus esse dicebat. Cuius perditi damno nulla potest captura piscium comparari. Tyberio quoqꝫ violentius conquerēti,& in abundātia scribenti ꝙ aliqui de se male loquerentur rescripsit. Noli mi Tyberi nimiū indignari queṁq̄ esse qui de me male loquatur. Satis enim est si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit. alias autem eidem similia dicenti respondit. In libera ciuitate liberas decet esse linguas. dominum se appellari, nec a liberis quidē aut nepotibus suis serio vel ioco sustinuit, imo dominum appellari vt maledictum & obprobriū semper exhorruit. Regna quę iure belli quęsierat pręter pauca reddidit, aut alienigenis benigne contribuit, testem se in iudicijs interrogari & repelli ęquissimo animo patiebatur. Hic quoqꝫ clemētissimus imperator solus & primus orbem totum in vnam redegit monarchiā, filias suas sic in lanificio fecit institui, vt si præter spem eas in extremā sortem fortuna proiecisset, vitam possent arte deductis facultatibus exhibere. Nam & nendi, texendi, acum exercendi, vestesqꝫ formandi non tantūmodo artem: sed consuetudinē & vsum habebant. ❡Vtiqꝫ qui ocia non indulgebat virginibus, nequaq̄ permittebat militibus ociari, quorum professio instituta est ad laborem, & dicebat suis militibus. Iuuentus enim cui defensio prouinciarū imminet moribus excellete debet & viribus. Honestas enim idoneum facit militem, & verecūdia dum prohibet fugere sępe facit victorem. Quid enim prodest si exerceatur ignobilis si pluribus stipendiis moraretur in castris, & nunq̄ in tēpore belli ille profecit exercitus cuius in probādis tyronibus clau dicauit electio, & quātis vsu experimentisqꝫ cognouim⁹. Huic infinitę vbiqꝫ ab hostibus illatę sunt clades. a magnis ergo & fidelibus viris cū magna diligentia eligi conuenit qui deputātur militię. Nam velocitas in tyrone requiritur & robur, & vtrum armorum disciplinā didicerit. Et an habeat constantiam militarē. Lucio Flacco & Caio Varrone cōsulibus milites primo iureiurando facti sunt, antea enim sacramento tantūmodo a tribunis pręstito rogabantur, & inter se coniurabant se fugę atqꝫ formidinis causa non abituros neqꝫ ex ordine recessuros, nisi teli petendi hostisue feriendi causa aut ciuis ser uandi, & hoc dicebatur militiæ sacramentum, quod & christianissimorum principum auctoritate firmatur & vsu. Iurant equidem milites per dominū & Christum eius & spiritū sanctum, & per maiestatē principis, quę secundū deum ab humano genere diligenda est & colenda. Nam cum quis legitimū accepit principatum, tanq̄ pręsenti & corporali deo fidelis ei est pręstanda deuotio, & impēdendus peruigil famulatus. Iurāt inquā se strenue facturos omnia quę pręceperit princeps, nunq̄ deserturos militiā, vel mortem recusaturos pro republica, cuius sunt ascripti militię, si huius iuramenti verba re uolueris inuenies armatā militiā non minus q̄ spiritualē ex necessitate officii ad religionē & dei cultum artari: Cum fideliter & secundū deum principi debeatur obsequium & reipublicę peruigil famulatus. Miles enim sicut laborum ita honorū nomen est. Parum ergo milites haberi videntur, qui sine electione siue sacramento legi non obtēperantes solo militis nomine gloriā tur. Hi plęrūqꝫ in eo solo militię suę nūmero veri⁹ forte malitię gloriā cōsta re credunt, si contemptibile sit sacerdotiū, si ecclesię vilescat authoritas, & si ita dilatauerint regimen hois, vt Christi imperiū contrahatur. Si laudes suas

Sacramētum militię.

prędicent,& seipsos falsis preconijs mulceant & extollant,si clerum & inermem militiam tęlis confodiunt siue linguis. Sed quid est vsus militię ordinatę,certe tueri Ecclesias, perfidiam impugnare,sacerdotium venerari,pauperum propulsare iniurias,pacare prouinciam pro fratribus,vt sacramenti docet conceptio,fundere sanguinem,& si opus est, animā ponere. Exultatio dei in gutture eorum,& gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendā vindictā in nationibus,increpationes in populis. Ad alligandos reges eorū in compedibus:& nobiles eorum in manicis ferreis. Sed ad quem finē,aut vt furori, aut auiditati auaritię seruiāt,aut proprię voluntati: nequaq̄:sed vt faciant in eis iudicium cōscriptum,gloria hęc est omnibus sanctis eius. Certe milites hoc agentes sancti sunt, & in eo fideliores principi quo seruant studiosius fidem dei,& virtutis suę vtilius gloriam promouerūt.quo fideli⁹ dei sui gloriam quęrunt in omnibus,& forma perscribenda est & implenda,vt deo primū fides debita:deinde principi,& reipublicę seruetur incolumis talia recte militātiū priuilegiū priuilegia multa sunt. Nam liberiores sunt,& pluribus imunitatibus gaudēt ab angarijs & sordidis muneribus alieni, iura quoq; licite ignorāt, & licet in potestate patris sint:in castrensi tm̄ peculio testari possunt,ex publica solicitudine non permittuntur egere,& multa alia quę longum est narrare. Et certe cum in omni professione disciplina necessaria sit,nusq̄ magis q̄ in clero & re militari. Nihil autem est qd̄ vtrūq; magis impugnet q̄ luxuria,quia omnis intemperantia ordinationi plurimum aduersatur. Hic Octouianus cibi minimi fuit atq; vulgaris,vini quoq; a natura parcissimus:non amplius q̄ ter in cœna solitus bibere erat,nec purum, sed perfusum aqua frigida vinum sumebat. Tonitrua & fulgura nimis expauescebat,vt semper & vbiq; pellē vituli marini circūferret pro remedio,atq; ad maioris tempestatis suspitionem in abditum & cōcameratū locum se reciperet. Anno imperij eius primo inter cętera portenta quę facta sunt toto orbe terrarum,bos in suburbio Romę aranti locutus est. Cur me stimulas? ante deficient homines q̄ frumenta. Anno secūdo eius imperij e taberna meritoria trans Tyberim oleum terra erupit:totaq; die sine intermissione cum abundantia fluxit.

Militia quid sit.

De militię priuilegijs

Prodigia.

Capitulum. LXXXI.

ANno quoq; circiter. xxvij. imperij dicti Augusti nata est beata virgo Maria, & euoluto trium annorum spatio ad domini templum abducta: vbi sicut ętatis processu quotidie ita etiam virtutibus proficiebat. Cunq; ad. xiij. annum peruenit pontifex publice denunciauit,vt virgines quę in templo erant constitutę,& hanc ętatem compleuissent,domū reuerterentur:& nuptijs operam darent. Cui mandato cū cęterę pronę paruissent: sola virgo Maria hoc se facere non posse respondit:ipsa se virginitatem domino vouisse asserente,quam violare nullo modo volebat. Tandem ipsa spiritussancti cō silio nupsit Ioseph,nec per hoc votum fregit,filumq; Dei. viij. Kal. Aprilis concepit. Post conceptū siquidem exurgens Maria,abijt in mōtana in ciuitatem Iuda. Iuda nomen est regni non tribus. Hierusalē eīn in tribu Beniamin erat,per quam forte trāsibat ad oppidū in quo dicunt tunc Zachariā habitasse quarto miliario a Hierusalem,& ibi Ioannē natum fuisse, &

Virginis Marię natiuitas.

legitur in libro Iustorũ ꝙ beata virgo primo leuauit eum a terra. Ambrosius in libro secundo de virginitate, sic ait. Sit nobis tãq̃ in imagine descripta virginitas Marię, e qua velut speculo refulsit species castitatis & forma virtutis virgo erat corpore & mente, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi peritior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarũ, sed in prece pauperis spem reponens, intenta operi, verecunda sermone, arbitriũ mentis nõ hominem sed deum quęrens, nullum lędere, sed omnibus bene velle, maioribus assurgere, ęqualibus non inuidere, iactantiã fugere. Quando illa vel pauperes vultu lesit parentes? Quando fastidiuit humilẽ? Quando risit debilẽ? Quando vitauit inopem? Nihil toruũ in oculis. Nihil procax in verbis. Nihil in actu inuerecundũ, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa species corporis simulacrũ fieret mentis & figura probitatis. De hac sacrosancta virgine cũ multa dicere instituissem, pręclara dicta tum Augustini, tum Ambrosij, ceterorũq̃ sanctorum me coercuit authoritas, qui cum ad eius laudationem omnes vno animo intenderint, nihil tamen quod huius virginis excellentiam satis enarret, scribere potuerũt. Quis enim vel id conuenienter laudare sufficiat ꝙ virgo perpetua & mater dei fuit Itaq̃ pulcherrimę virginis speciosissimęq̃ matris eximię laudes apud orthodoxos doctores quęrendę sunt: non vno volumine claudendę, hoc tñ sequẽs doctissimi viri Nicolai Cusa ni dictũ inserui, quod ad laudem huius mihi satis conuenire visum est. Ait enim sic. Hoc cedit ad laudẽ dei & virginis Marię matris, nullo vnq̃ tempore fuit in qua vita debuit incarnari, non indiguit virgo liberatore qui ipsam absoluerit a sententia in Adam & in posteros ex voluptate carnis lata, cui nunq̃ subiacuit: quia pręuenit succurrere misericordia electę matri misericordię, qui concipitur & nascitur liber non indiget liberatore a seruitute, in qua nunq̃ fuit. Pręliberatorẽ eni virgo sancta habuit, cęteri liberatorem & post liberatorẽ, Christus enim est omnium liberator sed virginis liberator & pręliberator, cęterorũ vero liberator & postliberator. Ipsa sola post Adę lapsum non indiga sed plena originali iustitia vt Eua & multomagis creata fuit sicut Christus secũdũ humanitatis naturã. In omni plenitudine iustitię multomagis q̃ Adã creatus, sola ipsa electissima dei mater hoc habet ꝙ in initio essendi sub seruitute maligni deficere nequiuit, puta ꝙ in creatione rationalis animę in corpore & in separatione a corpore in potestate maligni nunq̃ fuit. Sola igitur gloriosissima virgo non reperitur tẽpore vllo peccato originali subiacuisse. Anima eius creata non in vmbroso ex Adã corpore indiguit luce vitę, quę copiose creationi absq̃ mora vlla coassuit. Non est Maria deleta de libro mortis principis, quia nunq̃ in eo scripta fuit. Sed inscriptio eius ex ęterna pręfinitione anteq̃ concepta ad librum vitę peruenit.

Ambrosius de moribus beate Marię.

Dictũ Nicolai de cusa de virgine

¶ Incipit Liber Secundus.
¶ Capitulum primum.

Augusti edictum.

IMpetator Augustus vniuerso orbe cōposito, omniq́ bellorū fragore sedato, edicto pcepit vt describeretur vniuersus orbis. Iussit itaq́ vt omnes hoies ad vrbem vnde trahebant originē pergerent, & cū Ioseph esset de genere Dauid, a Nazareth in Bethleem profectus est, vt in ciuitate cū alijs solueret censum suū, & cum instaret beatę Marię tēpus pariendi eam secū dixit, & ibi anno. xlij. imperii dicti imperatoris nocte dñicæ diei. viii. Kalen. Ianuarii natus est Christus. ¶ Anno

Sexta etas hic incipit.

vero ab orbe condito scd̄m Hebręos ter. m. dcccc. liiii. secundū autē. lxx. interptes quiquies. m. xcix. Olympiadis. xxiii. imperii dicti Cesaris anno prędicto scd̄m. xlij. & regis Iudęorū. xxxvj. quo in tempore Romę inuēta sunt ciuiū nonagesies trecenta & octoginta millia, & tunc scd̄m quosdā inchoata est sexta etas. ¶ Natus est igitur tēpore Octauiani quo erat pax in toto orbe qđ nunq̄ contigerat a tēpore mortis Numę Pompilij, vnde Romani attribuentes industrię Octauiani vt deū venerari voluerūt, qui nequaq̄ assentire volens se esse mortalē sciēs: Sibyllā prophetissam aduocauit, vt per oracula eius sciret an alius maior eo esset nasciturus, quę cū die natalis in camera Imperatoris insisteret oraculis nocte media Circulus aureus apparuit circa solem & in medio virgo pulcherrima puerū gestās in gremio, quē Cęsari ostēdit, eiq́ dixit. Hic puer maior te est, & ideo ipm adora, auditaq́ est vox dicens hęc est ara cœli, vnde & illa ecclesia vbi tunc erat Palatiū Octauiani scilicet in Capitolio, & nūc est ecclesia & cōuentus ordinis Minorū, dicitur scta Maria ara cœli. Orosius autē de hoc sic ait. Tēpore Octauiani hora circiter tertia repēte liquido ac puro sereno aere Circulus ad speciē arcus cœlestis orbē solis ambiuit. Quasi venturus esset qui ipsum solē solus mundūq́ totū fecisset & regeret. Idem ait Eusebius, dicit etiā Innocentius. iij. q cū Romani habuissent magnā pacē duodecim annis sub Octauiano construxerūt templū in vrbe pulcherrimū: Pacis templū nominātes. Consulētes autē Apollinē quantū duraturū esset templū illud. Responsum fuit, quousq́ virgo pareret. Quod audientes & arbitrantes hoc impossibile (quia vtiq́ scd̄m naturā non est possibile) sculpi fecerunt in ianuis eius: templū pacis æternū. Sed nocte qua Christus natus est funditus corruit, vnde ostensum est, virginē in virginitate permanentē peperisse. s. Mariā. In hac sancta natiuitate iuxta Apostolum dicentē. Cum venit plenitudo tēporis misit deus &c. Scd̄m alios a die qua baptizatus est, propter vim regeneratiuam aquis collatam. Porro scd̄m alios a passione. Tunc enim aperta est porta, & inchoata quodāmodo septima ætas. s. quiescentiū, natus est Christus de virgine benedicta anno ætatis quintę. v. c. xc. ab initio mundi. iij. m. ix. c. lxiiij. & viij. die circūciderūt puerum, & declarauerūt nomen eius Iesum. Tertiadecima die Magi venerūt ab oriente. Qui ab vaticinio & magnitudine scientiæ nuncupati sunt Magi quos enim Græci Philosophos Persę magos appellant. Venerunt autē de finibus Persarū & Chaldęorū, vbi est fluui9 a quo regio Sabba dicitur. legitur istos magos ex libris Balaan diuinationes huius appariturę stellę accepisse, cuius diuinatio posita est in veteri testamento. Orietur stella ex Iacob: & exurget homo ex Israel. Herodes autē audiens Iudęorū principē natū, suspicans

Sibyllę Augusto ostētum.

regni eum futurum heredem expauit, & molitus necem salutis Anthori, ei spondet obsequium dicens. Ite & inquiratis diligenter de puero, & redeūtes re nunciate mihi, vt & ego veniēs adorem eum. Igitur postq̃ impleti sunt dies purgationis Marię, tulerunt puerum Iesum in Hierusalem vt sisterent eum dño, & dederūt pro eo hostias par turturum aut duos pullos columbarū. Herodes siquidem cum vidit Magos ad se non redire, & audiuit quę dicebātur a Pastoribꝰ & prophetias Symeonis & Annę, sensit ac cognouit illusum: & de morte puerorū Bethleemitarum secū agere cœpit, vt ille quem ignorabat cū illis occideretur. Cunq̃ disponeret de nece puerorum citatus est Romā a Cęsare accusationi filiorum suorum responsurus, qui arripiens iter cū transiret per naues Tarsensium audiuit Magos ibi transisse: & tunc naues Tarsis iuxta prophetiā Dauid, in spiritu vehementi cōbussit. Factaq̃ coram Cęsare reconciliatione cum filijs rediens Herodes Hierosolymā mittens occidit pueros. Ante quoq̃ per vnū diem q̃ Herodes pueros occideret, admonitus est Ioseph in somnijs ab Angelo, & cum puero & matre, vt per viā ęremi pergeret in Aegyptū. Habebat quoq̃ duos boues in itinere necessaria portantes, quos boues & pardi in itinere dirigebant. Sed & arietes qui simul cum eis ducebāt, ambulabāt inter lupos sine formidine. Et tunc impletum est quod ait Esaias. Lupus & agnus pascentur simul. Sicq̃ in Aegyptum pergentibus venerunt in vnam ex ciuitatibus Aegypti nomine Syenē, & cum nullum haberent in ea notum apud quē hospitarētur, ingressi sunt templum: quod eiusdem ciuitatis Capitolium vocabatur. In quo .ccclvj. Idola erant posita: quibus singulis diebus honor & cultus deitati debitus prębebatur. Vt autē beata virgo cū puero ingressa est, oīa idola corruerunt. Tunc impletū est qđ ait Esaias. Ecce dñs ascendet super niuē leuē &c. Cunq̃ hoc nunciatū esset Aphrosio, venit ad templum cum toto exercitu suo, & videns vera esse quę audierat statim accessit ad beatam Mariam & adorauit infantem, quem ipsa in sinu tenebat. Deinde locutus est ad omnem exercitum suum dicens. Nisi hic esset deꝰ horum deorum, non isti coram eo prosternerent se, & in conspectu eius prostrati dñm suum fore cōfiterentur. Nos ergo qđ deos nostros facere videmꝰ nisi caute fecerimus, omnes periculum incurremus, sicut Pharao in diebꝰ illis, quibus deus in Aegypto mirabilia magna fecit. Comestor dixit ꝙ sicut in exitu filiorum Isral de Aegypto nō fuit domus in qua nō iaceret primogenitus mortuus, ita nec modo fuit templum in Aegypto in quo non corruisset Idolum. Nunc ad Herodis historiam redeamus. Et ne libera nobis detur erroris facultas, est sciendū ꝙ tres fuerunt Herodes, quos famosos fecit eorū infamis crudelitas. Primus dictus est Ascalonita, sub quo natus est Christus qui innocentes pueros interfecit. Secūdus Herodes Antipas filius dicti Herodis, qui Ioannem decollauit. Tertius dictus est Herodes Agrippa nepos Herodis Ascalonitę, qui Agrippa Iacobum occidit, & Petrum incarcerauit. Ascolonita necat pueros, Antipa Ioannem, Agrippa Iacobum, claudens in carcere Petrum. ¶ Dictus Ascalonita a Cęsare Augusto tegimen Iudęę accepit: & tunc primitus ablatum est sceptrum de Iuda. Huic Herodi sex filij nati sunt: scilicet Antipater, Alexander, Aristobolus, Archelaus, Herodes Antipas, & Philippus. Et quia rex iustissimus nō patitur impunitā hominū nequitiam remanere, iusto iudicio Herodem puniuit in filijs, vt qui multos

Iesus in templū portatꝰ

Iesus in Aegyptū fert

Oues cum lupis ambulant.

Hęc ex Apocryphis libris decerpsit author.

Idola ruunt.

Herodes tres

Herodis filij

liberis orbauerat,suis miserabiliter orbaretur.Nã ipsos quos genuerat filios crudeliter interfecit:qđ audiẽs Cęsar fertur iocose dixisse.Mallẽ esse Herodis porc⁹ q̃ fili⁹.Cũ eñ sic proselit⁹porcis parcit,filios aũt irerfecit.Mortu⁹ est dict⁹ Herodes anno.xxxvij.& Iesu Christi anno.vj.cui successit fili⁹ ei⁹ Archelaus.In hac tñ regis nouitate orta est seditio,quę plerũq̃ nouis in reb⁹ solet accidere.Nã tunc.iiij.reges in Iudęa surrexisse dicũtur. In Idumęa duo M.veteranorum,qui sub Herode militauerant regem creauerunt Sophoniã,Galilęę vero Iudas filius Ezechię latronum princeps capiti diadema imposuit.Trans flumen quoq̃ Symeon ex seruis regalibus propter formę corporalis excellentiam a latronibus rex creatus est.Pastores quoq̃ quẽdã proceri corporis pastorem in seruitutibus Gesrael regem sibi statuerunt.Dictus Archelaus anno.ix.sui principatus a Cęsare Romam veniens ab Imperatore damnatus apud Viennã Gallię ciuitatem in exilium deportatur.

Seditio i Iudęa. Iudas latronum priceps

Capitulum.II.

Ies⁹.xij annorũ

DOrro de infantia saluatoris & operibus eius vsq̃ ad baptismũ non legitur nisi quod Lucas dicit in Euangelio:videlicet q̃ cum factus esset Iesus annorũ.xij.ascenderunt Ioseph & Maria scđm legis consuetudinem ad diem festum in Hierusalẽ, & puer Iesus cum illis.quibus post.vij.diem solennitatis redeuntibus,remansit sponte Iesus.vt sicut exhibuerat matri qđ debebat ascendẽs cum ea tanq̃ homo ad offerenda deo sacrificia,sic etiam deo patri debitum exhiberet,doctrinę spirituali vacando.Sed quomodo pater putatiuus & vera mater potuerunt obliuiscendo relinquere,qui tãta eum prouidentia nutriebant? Respõdetur q̃ mos erat filijs Israel ad festa profluẽtibus,& ad propria redeuntibus,q̃ incedebant ducentes choros seorsum viri,seorsum mulieres:pueri autem cum quolibet parente indifferenter ire poterant,& sic Ioseph putabat eum esse cum Maria,& ipsa econuerso. Sic ergo venerunt iter vnius diei a Hierusalem sine puero:& tunc cum eũ se reliquisse percepissent,secunda die quęsierunt eum inter cognatos & notos:eoq̃ non inuento tertia die regressi sunt Hierusalem. Sicq̃ completo triduo amissionis:in quo scđm glo.pręfiguratum est triduũ mortis eius:in quo credebatur amissus:inuenerunt eum tanq̃ sapientię fontem in medio doctorum sedentẽ & tanq̃ humilitatis exemplar prius audientẽ & quęrentem q̃ docentem:quia qui prius respõdet q̃ audiat stultum demõstrat se esse. Interrogabat ergo:nõ vt disceret:sed vt nos doceret:q̃ etiã homines docti promptiores esse debent ad audiendũ q̃ docendũ:quoniã audiens sapiens sapientior erit. Mortuus est dictus Augustus anno vitę.lxxxvij. Tempore quoq̃ mortis eius Christus xv.annum agebat:nam.xlij.anno eius imperij natus est. Augustus autem lvij.anno sui imperij mortuus est:& sic manifeste colligitur q̃ tempore mortis Augusti Christus.xv.annos agebat. Eisdem temporibus Valerius Maximus vir eloquentissimus,& in moralibus sententijs fœcundus, Ouidius Poeta egregius & Athenodorus Tarsensis stoicus Philosophus claruerunt: cuius dicitur esse illa sententia. Tunc scito te omnibus cupiditatibus esse solutum cum eo perueneris vt nihil deum roges,nisi quod possis rogare palam.

Iesus in medio doctorũ

Augustus moritur.

Capitulum.III.

OSt Octouianum imperauit Tyberius anno ętatis sextę.xvj. & imperauit annis.xxiij.cum magna grauissimaq; modestia rei publicę pręfuit,adeoq; se modestum & iustum principem exhibebat,vt quibusdam pręsidibus augenda prouincijs tributa suadentibus rescripsit:Boni pastoris esse, tondere pecus,nō deglubere.Huius tēpore Ouidius Poeta in exilio perijt, & iuxta oppidum Thomis tumulatur. Ex plurimis maximisq; honoribus paucos & modicos recepisse describitur:consolationes detestatus est:consularem virū per genua eum honorare cupientem ita subfugit atq; vitauit,vt supinus caderet,atq; etiam se quod de se blandius diceretur interpellabat atq; reprehendebat asperitate notabili: aduersus cōuitia quęq; malosq; rumores & famosa de se suisq; carmina firmius & patiens sustinebat,asserens in ciuitate libera liguas liberas esse decere.Hic Tyberi⁹ vt ferūt aliqui alij scriptores castissim⁹ atq; ab omni turpitudine luxuriarum fuit alienus.In iuuentute tamen strenuus/eloquio clarus/sed simulator & insidiosus fuit:nam ex mansuetissimo principe in sęuissimam bestiam exarsit:quidam ferunt eum in senatu mandasse,vt Christus pro deo haberetur:plurimos senatores innocuos ad mortem induxit,reges multos ad se per blandicias vocatos nunq̄ remisit,Drusum quoq; naturalē & Germanicū adoptiuū filios veneno,ipsi⁹ vero Germanici natos,gladio perdidit.Facta est etiā descriptio ciuiū Romanorū:inuentaq; sunt nonagies.ccc.lx.M.Refert quidā Historiographus q̄ huius imperij tempore quidā Lucullus nomine excogitauit temperamentum vitri quod esset flexibile & diuisibile: qui dum admissus fuisset ante Cęsaris conspectū porrexit phiolam Cæsari, quā ille quasi indignatus in pauimentum allisit. Artifex autē sustulit phiolam de pauimento,& quia eā tanq̄ vas ęneum complicauerat martellū de sinu protulit:& phiolam correxit. Quo facto Cæsar dixit artifici.Nunquid alius scit hanc condituram vitrorum?postq̄ ille iurauit alterum hoc nescire.iussit eum Cæsar decollari,ne dum hoc fieret cognitum,auri & argenti vilesceret precium.

Tyberius Cęsar & ei⁹ nouo principatu mores.

Morit Ouidi⁹

In malū vertitur Tyberius.

Mira vitrorū conditura.

¶ Capitulum.IIII.

ANno quoq; dicti Tyberij.xv.venit Iesus a Galilęa in Iordanem vt baptizaretur a Ioanne,& licet ab omni esset immunis peccato:baptizari voluit primo vt baptismum Ioannis comprobaret.Secundo vt omnem iustitiam legis impleret nolens alijs legem imponere,quam ipse non seruaret. Ideo etiam circuncidi voluit,& in templo offerri,& comedere typicum Pascha.Alias rationes reperies in glo.& erat tunc Iesus incipiēs quasi annorum.xxx.i.xxx.annum inceperat.xiij.tm̄ diebus eiusdem anni transactis.Et scdm̄ hoc vixit Iesus tm̄.xxxij.annis & dimidio.Nam eadem die reuoluto anno conuertit aquam in vinum,& in sequenti Pascha scilicet.xxxj. anni incarceratus est Ioannes,& in Pascha sequenti:scilicet.xxxij.anni decollatus est.In tertio Pascha:scilicet.xxxiij.anni passus est dominus:& ita vixit xxxij.annis integris,& de.xxxiij.quātū fluxit a natali vsq; a Pascha,& pto dimidio computatur.Chrysostom⁹ autem dicit eum iam compleuisse.xxx.annum:scilicet quādo venit ad baptismum:& scdm̄ hoc vixit.xxxiij.annis integris,& tātū de quarto quātum est de natali vsq; ąd Pascha Iesu baptizato

& orante: scilicet pro baptizandis vt acciperent spiritum sanctum, apertum est cœlum, & ascendit spiritussanctus in columbę specie, quod ideo factũ est vt naturę suę simplicitatem & eum in quem descendebat, mitem esse ostenderet. Columba enim simplex est & mãsueta. Item quia baptizati replētur. vij. donis quę in columba signantur, quibus contraria sunt. vij. vitia capitalia. Columba eñi gemitum dat pro cantu, ecce spiritus timoris contra superbiã. Alienos pullos nutrit tanq̃ suos, ecce spiritus pietatis contra inuidiam. Super aquas sedet, vt accipitris pręuisa in aquis vmbra declinet, ecce spiritus scientię contra iram. Ira enim hominem perturbat: vt non pręuideat insidias diaboli. Item nidificat in petra: ecce donum fortitudinis contra acidiã. Non viuit de rapina sicut alię aues: ecce spiritus consilij & fortitudinis contra auaritiam. Puro grano vescitur: ecce spiritus sapientię contra gulam. Tunc scilicet statim post baptismum sine mora ductus est a spiritu sancto in desertũ, quod est inter Hierusalem & Hierico, vt tentaretur a diabolo. Ideo autē tentari voluit, vt tentationes superando nobis potestatem easdem superandi tribueret: sicut & mori voluit post baptismũ nobis dãs itelligere, q̃ statim post receptionem gratię sequitur tentatio. In statu enim gratię constitutos tentat diabolus: illos vero qui nõ sunt in statu gratię tentare non curat. Vnde Gregorius. Illos diabolus pulsare negligit: quos quieto iure possidere se sentit. Cum autem ieiunasset. xl. diebus & . xl. noctibus esurijt. Tunc diabolus considerans eodem dierum numero legem datam Moysi, eodem annorũ numero filios Israel in ęremo pane angelorum vixisse, Moysen esurijsse non legitur: accessit vt tentaret si eum posset deijcere in peccatum, & vt exploraret si esset dei filius, quia hanc vocem audierat in baptismo. Hic est filius meus dilectus &c. Sciebat enim eum quãdoq; venturum, & se per eum potestatē perditurum, sed vsq; ad iudicium expectabat. Credendum est autem diabolum hominis assumpsisse formam quãdo dñm tentauit, in qua dñm circũducere & colloqui ei posset. Tentatus fuit Christus scd'm Matthęum / Marcum / & Lucam ter: non tamen eodem ordine, licet correspondeant: nam scd'm Matthęum sequendo & correspondendo ad tentationem primorum parentum. Vtrũq; enim diabolus tentauit: scilicet & Adã & Christũ: sed primũ Adam vincens, a Christo autem deuictus est. Tentauit autem Adam: vt notat etiã Magister Sententiarũ primo de gula dicens, In quocunq; die comederitis, ex eo suggerens comedendũ esse. Secundo de superbia, cum promisit eis diuinitatis similitudinem, subdens. Eritis sicut dij. Tertio de auaritia, large sumēdo eam, prout importat imoderatum affectum habendi scientiam vel dominium & diuitias. Vnde addidit. Scientes bonum & malum. Et scd'm hũc ordinem curauit Apostolus ponere processum ordinis tentatiõis Christi. Post hęc quadam die stabat Ioannes & Andreas, & videns Iesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei, & ob hoc illi duo eius discipuli secuti sunt Iesum. Inueniens autem Andreas Simonem fratrem suum dixit ei. Inuenimus messiã, & duxit eum ad Iesum. Intuitus autem Iesus Petrũ dixit. Tu es Simon Barıona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum volens Iesus redire in Galilęam inuenit Philippum, & dixit ei, sequere me. Hic inueniens Nathanaelem fratrem suum adduxit eum ad Iesum: quo veniente ad se ait. Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Verũtamen quia doctissimus

[Margin notes: Cur spiritussanctus in colũba spē descendit, & colũbę natura. — Iesus tētatur. — Gregorius. — Cur diabolus christũ tentauerit. — Motalis eruditio.]

erat in lege noluit eum dominus in Apostolũ eligere:quia omnes Apostolos voluit eligere de idiotis vt cõfunderet mũdi sapiẽtes. Tunc egressus est Iesus in Galilęam.hucusq; idem est ordo Euangelicę historię apud omnes:sed deinceps varie ordinatur vsq; ad incarcerationem Ioannis. Habet autẽ Ecclesia ꝙ quadam die reuolutis annis hęc facta sunt. Aduentus Magorum.xiij. die primi anni:baptismus eadem die.xx.anni.vel.xxj.mutatio aquę in vinum:eadem die reuoluto anno. Beda quoq; dixit ꝙ post reuoluto anno eadẽ die fecit miraculum de quinq; panibus & duobus piscibus:& ideo Epiphania plura habet nomina:cõmunior opinio est dñm post illud miraculum in domo factum in nuptijs Architriclini discipulos vocasse,& secreto prędicasse:vsq; ad incarcerationem Ioannis:ipsa die Epiphanię in Cana Galilęę ad nuptias inuitatus aquam conuertit in vinum. Has autem nuptias dicũt quidam fuisse Ioannis Euangelistę,quẽ Iesus volentem nubere reuocauit. Ambulans autem iuxta stagnum Genezareth quod est mare Galilęę,vel lacus Tyberiadis dicitur,iterum Petrum & Andream,simulq; duos Zebedęi filios Iacobum & Ioannem ad se vocauit,& monuit,vt de captura piscium transirent ad captionem hominum: qui nauibus iam repletis piscibus relictis secuti sunt eum aliquãtulum:sed tamen ad sua iterum redierunt. Deinde venit in Nazareth:& die sabbati Synagogam ingressus prophetiam Esaię legit, quam de seipso impletam ostendit. Post hęc in Iudęam:id est in regnũ duarum tribuum pertexit:ibiq; cum discipulis suis moram fecit. Deinde ad diẽ festum Paschę Hierosolymam ascendit,ibiq; tunc prima vice de templo vendentes & ementes eiecit. Ibidem quoq; prętentiens ortam cõtra se Pharisęorum inuidiam,& maxime cum audissent traditum Ioannem,eo ꝙ arguebat Herodem propter Herodiadem,quam tulerat fratri suo Philippo vxorẽ:venit & habitauit Iesus Capharnaũ in finibus Zabulon & Neptalim:& aperte prædicabat dicens. Pœnitentiã agite,appropinquabit regnũ cœlorum:& circuibat totam Galilęam docens in synagogis eorum,& sanans omnẽ languorem in populo:& cucurrit ei⁹ opinio in totam Syriam. Sequebãtur quoq; ipsum turbę multę varijs opinionibus,& propter diuersas causas. Alij quidem eum sequebantur propter cœleste mysterium,vt discipuli. Alij propter curam infirmitatum. Alij sola fama & curiositate experiri volentes,si vera erant quę de ipso mirifica dicebantur. Alij propter inuidiam,volentes eum capere in aliquo verbo vel facto,& accusare. Alij parum miracula considerantes propter corporalem cibũ ipsum sequebantur. Videns ergo Iesus ascẽdit in montem,& cum sedisset in monte vocauit ad se.xij. discipulos, quos Apostolos id est missos nominauit. Tunc Iesus turbas coadunatas docebat, dicens. Beati pauperes spiritu &c. De hoc sermone domini videtur esse dissonantia inter Matthęum & Lucam. Matthæus dicit eum factum in monte, Lucas dicit post ascensum montis in loco campestri. Item Matthęus dicit factum esse discipulis tñ,Lucas vero discipulis & turbis simul. Item Matthę⁹ dicit factum sedendo,Lucas vero stando. Ad quod respondet Augustinus dicens,ꝙ primo discipulis electis in monte vt doctor sedendo fecerit. Post descensum vero montis stando & prędicando similem sermonem fecit discipulis & turbis. In hoc sermone profecto exprimitur doctrina noui testamenti quãtum ad mores. Ex sicut vetus testamẽtum datum est in mõte,sic & nouũ.

Miraculum de quinq; panibus & duobus piscib⁹.

Ies⁹ vẽdẽtes in templo eiecit.

De prędicatiõe Christi

De beatitudinibus.

Et ſicut in veteri teſtamento proponuntur decem pręcepta, in quibus conſiſtit ſumma omnium pręceptorũ: ita dominus in principio ſermonis ſui ſeptem virtutes proponit: ex quibus pendent omnia quę in monte docuit, quę ſingulę virtutes vt impleantur ſuffragia poſtulãt. vij. dona: quę ſcilicet. vij. dona. vij. petitionibus orationis dominicę impetrantur. Paupertas quidem dono timoris repletur contra ſuperbiam. Manſuetudo dono pietatis contra inuidiam. Luctus dono ſcientię illuſtratur, vt ſciat homo quibus malis inuolutus eſt, & hoc contra iram quę ſenſum mentis turbat. Eſuries dono fortitudinis fulcitur, ne in via deficiat contra acidiam. Miſericordia dono conſilij regitur, vt ſciat homo cui vel quãdo miſerandum ſit. Hęc contra auaritiam quę ſibi omnia retinet. Munditia cordis dono intelligentię repletur cõtra luxuriam, quę hominem facit brutum, vt fit ſicut equus & mulus quibus nõ eſt intellectus. Paci reſpondet donum ſapientię. Homo eñ niſi pacatus ſit tot⁹ in ſe & erga proximum non poteſt cœleſtia contemplari. Sed quãdo pax eſt inter animam & carnem: tunc ſpiritus ſapientię erigit animam ad contemplationem, & ſubijcit carnem ſpiritui vt fiat pax. Hęc contra gulam quę tñ terrena ſapit. Et quia huic ſermoni interſeritur oratio dominica: ſcilicet Pater noſter qui es in cœlis, Ideo eſt notandum ꝙ formam orandi nobis tradidit propter tria: ſcilicet vt per hanc deum honoremus, vt ab eo ſolo petam⁹, vt quid petendum ſit inſtruamur. Siquidẽ hęc oratio ſuper omnes alias priuilegiata eſt in trib⁹: ſcilicet in dignitate, quia a Chriſto edita: vnde dicit glo. ꝙ nulla oratio magis ſpiritualis eſt q̃ iſta, quę ex ore veritatis proceſſit. In breuitate propter. vij. ſcilicet vt cito ſciatur, vt melius memorię cõmendetur, vt frequentius dicatur, vt dicens tędio non afficiatur, vt nemo ex ignorãtia excuſetur, vt dñs cito exaudire oſtendatur, vt magis affectu q̃ voce rogetur. In fœcunditate, quia omnia petenda continentur. Omnis eñ petitio aut eſt de bonis aut de malis amouendis. Omnia autem bona aut ſunt temporalia, & hęc ibi petũtur. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Aut ſunt ſpiritualia, ſiue gratuita, & hęc ibi. Fiat voluntas tua. Aut ęterna, & hęc ibi. Adueniat regnum tuum. Mala vero aut ſunt pręſentia, & hęc ibi petuntur amoueri. Libera nos a malo. Aut futura, & hęc ibi. Dimitte nobis debita noſtra. Patet igitur ꝙ dicta oratio ſeptem continet petitiones, in quibus ſeptem dona ſpiritusſancti petũtur. Quibus etiam congruunt ſeptem virtutes, quibus. vij. beatitudines promittuntur, hoc modo. Sanctificetur nomen tuum: id eſt da nobis ſpiritum ſeu donum ſapiẽtię, quo tibi firmiſſime adhęreamus, & hęc eſt perfecta pax. Adueniat regnum tuum: id eſt da ſpiritum ſeu donũ intellectus, vt deũ videamus quo mundemur, & vt deus videatur, & per hoc regnare intelligitur. Fiat voluntas tua, id eſt da ſpiritum ſeu donum conſilij, quo voluntatẽ tuam penitus impleamus, quę maxime perficitur in miſericordia: iuxta illud. Miſericordiam volui & non ſacrificium. Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie: id eſt da nobis ſpiritum ſeu donum fortitudinis ne deficiamus in via, ſed magis ac magis eſuriamus iuſtitiam. Et dimitte nobis &c. id eſt da ſpiritum ſeu donum ſcientię quo peccata noſtra cognoſcentes lugeamus, & ſic nobis dimittantur. Et ne nos inducas in tentationẽ, id eſt da ſpiritum ſeu donum pietatis, quo manſuefacti non irritemus, nec irritemur: & ſic in tentationem non inducamur. Sed libera nos a malo: id eſt da

Propter tria de⁹ tradidit nobis formã orandi.

Idẽ apd Auguſtinũ in c. j. ſcalę paradiſi

spiritum seu donum timoris, quo humiliati in peccato liberemur, quia timor domini expellit peccatum. Amen: id est fiat &c.

Capitulum. V.

Finito quoq; sermone Dominus discipulos ad prædicandum misit cum potestate curandi, vt ipsa miraculorum operatio fidem faceret eorum sermoni, eos etiam diligenter instruxit, quo pergerent, quid facerent, a quo abstinerent, & a quibus cauerent, & a quibus non timerent. Item quoq; de monte descendens tactu sanauit leprosum non solum propter rei mysteriũ, sed vt nobis formam humilitatis pręberet, ne quis hominem pro quacũq; corporis maculatione sperneret vel abhorreret, vt se non esse sub lege, quę leprosum tangere prohibuerat: sed potius dominum legis se ostenderet, & vt gratiam Euangelij super legem esse doceret. Ingressus autem Capharnaum curauit seruum Centurionis & Petri socrum. Ante portam vero Naym suscitauit viduę filium. Porro Scribam volentē eum sequi, & vt ipse signa facere disceret ad lucrum & ad vanam gloriam reppulit. Alium vero absq; dilatione sequi se iubens, nec patrem sepeliri permisit. Transiens autem lacum Genezareth ventis & mari seuientibus imperauit, & in terram Genezareorũ trãsuectus ibi duos possessos a legione dęmonum curauit, qui videlicet dæmones vt ab hominibus eiecti sunt, saltem in rebus suis nocere voluerunt. Et ob hoc porcorum gregem inuadentes duo millia submerserunt: quod vtiq; permisit dominus, non vt eorum impię voluntati cederet: sed vt ipsa interfectio porcorum esset occasio salutis hominum. Huius enĩ rei occasione pastores fugerũt, & omnibus in vrbe nunciauerunt. Item vt ostenderet quãto sit dignior homo bestijs cum propter salutem duorum hominum duo. M. perire permisit. Hoc etiam permisit propter mysterium, quia nisi quis more porci vixerit diabolus in eum potestatem non accipit. Reuersus autem Caphamaum curauit in domo paralyticum ante & per tegulas submissum. Primo quidem remittēs peccata quę fuerãt morbi causa, quia cessante causa cessare debet effectus. Trãsiēs autem per Samarię regionem cum venisset in agrum Sichem super puteum Iacob fatigatus sedit, ibi Samaritanam & per eam cęteros Samaritanos conuertit. In Galilęam vero rediens filium Reguli verbo absens sanauit, & in domo Leui sedens ad cõuiuiũ contra querelas Pharisęorum seipsum & discipulos excusauit. Conquerebantur siquidem Pharisęi q; ipse peccaret, & q; eius discipli nõ ieiunarēt. Itē Iayri filiã suscitauit, ad quã dũ iret Hęmorrhoissam sanauit. Duosq; cęcos illuminauit, & dęmoniacum/cęcum/surdum/& mutũ sanauit: seq; non in potestate Belzebuth hoc facere ostendit. Post hęc aũt quidam dicunt vocatus in Nazareth ad prandium in domo Pharisęi, Magdalenę peccata dimisit, quod plures dicunt factum in Bethania: sed nec locus nec tempus in Euangelio exprimitur. Sane Maria remissis peccatis secuta est ipsum, & audiebat verbum illius. Itaq; cum ei in domo sua suscepto Martha ministraret, Marię pars id est contemplationis ocium, ministerio Marthæ prælata est, non quia maioris sit meriti, sed quia tutior & iocundior, & quia diuturnior: nam & actio Marthę in quibusdam alijs præfertur ocio Marię, quia huic vitę in qua homo ad laborem nascitur est congruentior, & quia meritorum fœcundior, & quia pluribus vtilior. Tunc Ioannes Baptista qui

Iayri filia susci tatur a Christo

ab Herode tenebatur in vinculis cum audisset miracula quæ Christus faciebat, & eius scilicet Ioãnis discipuli dubitarent de Christo an ipse esset Christus: vt discipuli dubitantes in aliquo nõ dubitarēt ipsos misit: quia Ioannes nõ dubitabat qui dixerat. Ecce agnus dei. Iesus aũt amouit eorũ dubitationē dicens. Cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, & pauperes euangelizantur. Beatus qui nõ fuit scandalizatꝰ in me. quasi diceret, ꝙ visis tot signis / tantisq; virtutibus, non scandalizari quis debuit: sed admirari & credere. his sic dictis. Christus volens turbas inducere vt prędicationem Ioannis deuote reciperent, ipsum multipliciter commendauit, & merito: quia vita eius fuit multum cõmendabilis, vt patet intuenti legendam suam: vnde inter alia eius vita redditur commendabilis in tribus. Primo in humilitate, quia cum tam famosus esset, vt posset putari Christus si vellet, negauit, non solum se esse Christum: sed etiam Heliam atq; Prophetã: quod valde est cõtra illos, qui se de generis nobilitate / vita, siue sciētia iactãt. Secundo fuit cõmendabilis eius vita in abstinentia, non solum cibi, potus, & vestis: sed etiã solatij humanę societatis, quia in desertis habitauit. Antra deserti. &c. Tertio fuit cõmendabilis eius vita in patientia: & contra eos qui dicebant sibi, Dęmonium habes. qui & fecerunt in eum quęcunq; voluerunt: & tandem Herodem qui ipsum ad vocem puellę crudeliter decollauit. Item doctrina eius fuit cõmendabilis in tribus: scilicet in prophetia: quia solus inter prophetas quem pręnunciauit digito ostendit. Secundo in prędicatione siue adulatione. Siquidem veritatem prędicans sine exceptione redarguendos arguebat etiam ipsum regem Herodem. Tertio in consilijs: prudenter eñi consulebat singulis ad se venientibus, scd̃m eorum statum iuste satisfaciens, vt puta militibus & publicanis. ¶ Propter tria prædicta in vita præsenti dicitur fuisse mirabilis: quibus alia tria in gloria correspondent: videlicet triplex aureola: scilicet prædicatorum / virginum / & martyrum. Primam habet aureolam, quia virginitatem a natiuitate conseruauit illęsam. Secundam, quia fuit prædicator & doctor. Tertiam, quia palma martyrij decoratur: quę tria raro in alijs concurrere reperimus. Vnde de ipso solo legitur. Serta terdenis alios coronant &c. In tribus ergo in terra, & in tribus in cœlo, beatus Ioannes mirabilis & gloriosus apparet: vnde huic testimonium perhibebant tres de cœlo, & tres de terra. De cœlo pater mittens / spiritussanctus instruens / & filius commendans. Tres de terra: scilicet spiritus eius ardens & lucens / aqua baptismi / & sanguis martyrij. ¶ Quia vero dictum est beatum Ioannem triplici fore pręditum aureola: ideo sciendum est ꝙ aureola est mentis speciale gaudium veniens ex opere pręcellenti & priuilegiato. Secundo est sciendum ꝙ tribus generibus hominum debetur aureola, quod patet ex operibus excellentissimis trium potentiarum animæ. Excellentissimum enim opus irascibilis, est perpessio mortis. Et ita patet ꝙ doctoribus / virginibus / & martyribus debetur aureola. Item est sciendum ꝙ inter auream, & aureolã / ac palmã est differētia. Aurea eñi est pręmiũ substãtiale: quod metaphorice dicitur coronatũ ex parte meriti, quia nõ respõdet gratię operis sed radici charitatis: tũ ex parte pręmij, quia per hęc efficitur homo particeps deitatis: tum etiã rõne perfectionis: qđ signat figura circularis. Aureola vero est prę mium actuale: quod nec radici nec operi debet: sed volũtati. Tale pręmiũ

Margin notes: Triplex est aureola. — Aureola quid sit. — Differētia inter auream aureolã & palmam.

habuit sanctus Martinus eo q martyrū desiderauit, licet opus nō fuerit sub secutum. Vnde cantatur de ipso, q si gladius persecutoris non abstulit: tamē palmam martyrij non amisit. Hęc autem palma non aurea nec aureola debet dici &c. Etiam de beato Dominico legitur q sitiebat martyrium sicut ceruus aquę fluuium.

Capitulum. VI.

Post hęc dñs. lxxij. discipulos suos a prędictis. xij. designauit: id est signanter instituit, vt sicut. xij. Apostoli. xij. tribub9 destinati fuerunt: sic & hi. lxxij. totidem linguarū Euangelium prędicarent: & sicut in Apostolis forma fuit Episcoporū, sic in illis fuit secundi ordinis: scilicet presbyterorum, qui missi bini & bini cum gaudio sunt, gloriantes sibi in nomine Christi etiam dæmonia subijci. Sed Sathanæ per superbiam corruentis exemplo deterrentur, & ad humilitatem prouocatur. Cum autem dñs sabbato per segetes seu sata iam quasi matura transiret, discipuli eius esurientes vt homines grana edebant manibus cōfricata: vnde Pharisęi ipsos de solutione sabbati redarguebant: sed dñs eos excusabat: tum quia necessitatem famis sustinebant: sicut Dauid qñ panes propositionis comedit: tum quia ipso domino sabbati pręsente & auctoritatem prębente hoc licite faciebant. In alio quoq sabbato synagogam intrauit, & coram ipsis insidiantibus mancum sanauit. Quadam die cum in monte pernoctasset ascendens nauiculam docebat turbas stantes in littore: proposuitq eis quatuor parabolas. Primam de semine, quod in quatuor locis cecidit. Secundam de zizanijs bono semini superseminatis. Tertiam de grano sinapis. Quartam de fermento abscondito in trib9 saccis farinę: sed quod in tertia parabola dicitur. Sinite vtraq crescere vsq ad messem: videtur esse contra illud Apostoli. Auferte malum de medio vestrū. Sed qm inter triticum anteq veniat ad spicas & lolium grandis est similitudo, vt vix distingui posset: Hęc auctoritas intelligitur de malis ambiguis, de quibus non potest bene iudicari. Auctoritas vero Pauli intelligitur de malis manifestis, quę sine dilatione sunt auferenda atq tollenda. Tunc dimissis turbis venit in domū: & qa primā parabolā eis in mari exposuerat, secundā eis petentibus illic exposuit. Insuper & alias tres parabolas illis proposuit. Primam de thesauro in agro. Secūdam de bona margarita inuenta & empta. Tertiam de sagena missa in mare. Veniens autem in patriam suam docebat in synagogis Iudęorum. Vnde Iudęi mirabantur putantes eum fabrum, quia Ioseph fabri filium esse credebant, & non nisi paucos propter incredulitatē eorum ibi curauit. Et cum diceret: Nemo Propheta acceptus est in patria sua: repleti sunt ira, & eijcientes de vrbe duxerunt in supercilium montis, vt eum pręcipitarent, sed ipse per medium illorum transijt. Tunc eñi euadere voluit, quia pœnitentię locum adhuc illis reseruabat. Et quia nundum hora passionis eius venerat, & quia hoc mortis genus non elegerat: adhuc ostenditur ibi locus qui dicitur saltus Christi domini: scilicet miliario a Nazareth vbi dominus descendens impressit se rupi, & cedens ei rupes fecit ei quasi locum latibuli, in quo adhuc vestigia rugarum vestimentorum eius & omnia liniamenta quę a vulgari plebe domini fuerunt impressa, notantur.

Capitulum. VII.

EOdem tempore Herodes Tetrarcha diem Natalis ſui celebrauit corã principibus Galileę.vbi puellę ſaltanti datũ eſt caput Ioannis in diſco pro munere.Credibile eſt ꝙ Herodes Ioãnẽ habebat odio ꝑ eo ꝙ Ioãnes ipſum de vxoris adulterio arguebat:& propter hoc de nece Ioãnis ſub tali occaſione cũ vxore ante tractauerat.Habebat ſiquidem Ioannes corripiendi fiduciã,quam tria pręcipue faciũt:ſcilicet imunitas peccatorũ,cõtemptus terrenorũ, & zelus ęternorũ. Audiens quoq̧ Herodes famam Ieſu ait, Ioannem decollaui,quis autem iſte eſt de quo talia audio?& quęrebat videre eum:qđ cum audiſſet Ieſus ſeceſſit in deſertum locũ,vt ſuis daret exemplum vitandę temeritatis:& etiã vt parceret inimicis,ne ſcilicet homicidiũ homicidio iungerent:illuc turbas multas eum ſequentes curauit,& de quinq̧ panibus & duobus piſcibus circiter quinq̧ millia hominũ ſatiauit:de fragmentis quoq̧.vij.cophinis repletis. ¶Ob hoc cũ turbę vellent eum in regem capere:quia ſub tali rege non poſſe egere credebant:aſcendit in mõtem ſolus orare. Porro nauicula in quã diſcipulos eũ pręcedere trans fretum iuſſerat/iactabatur fluctibus:vnde videns eos laborantes quarta vigilia noctis ambulans ſuper aquas ad eos venit,& Petrũ ne mergeretur erexit:tũcq̧ vẽtus ceſſauit. Altera die turbę cibũ quem eis dñs dederat comedebãt.Mãna tñ quod patres comederãt pręfigurauerat hmõi myſteriũ,& tunc dicit eis verba ſpiritualia de corpore ſuo,quę quidã carnaliter accipientes & obhorrentes abierũt retro. Quidã Phariſſęus ipſum ad prandiũ inuitatũ ꝙ non lotis manibus mãducauerat increpauit, quẽ dñs contra de hypocriſi.& quia traditiones ſuas ſeruabat etiã contra mandatũ dei redarguit.Abiens autẽ in fines Tyri & Sidonis Chananęã humiliter ac fideliter ad ſe clamãtem exaudiuit,& filiam eiꝰ a vexatione dęmonis liberauit.Inde ad locum maris contra Decapolim id eſt regionẽ tribuũ venit,ibiq̧ mutũ & ſurdũ ſanauit.

Filiam Chananeę mulieris Chriſtꝰ ſanauit.

¶Cap.VIII.

POſt hęc aſcendens Hieroſolymam ad diem feſtum,in Probatica piſcina languidum ſanauit,ac Iudęos murmurantes ꝙ operaretur in ſabbato rationabiliter ſedauit dicens,patrem ſuũ operatum fuiſſe,ſed etiã operari vſq̧ modo,ſeq̧ operari cũ illo addidit,& de poteſtate ſibi a patre tradita mortuos ſuſcitandi diſſeruit:pędixit etiã de Antichriſto ꝙ eum venientem nõ in nomine patris recepturi eſſent:tunc relictis illis iterũ ſecus mare Galilęę abijt in deſertũ,ibiq̧ de ſeptẽ panibꝰ & paucis piſciculis.iiij.M. hominũ abſq̧ mulieribꝰ & paruulis ſatiauit:nauigio trãſiens in partes Megedã:ibidẽq̧ cęcũ ſanauit.Veniẽs aũt in partes Cęſareę Philippi fidei cõfeſſionẽ a Petro ꝑ oibus accepit,eiq̧ claues Eccleſię ſe daturũ ꝓmiſit.Et forte tũc ei ſoli,vel poſt reſurrectionẽ cũ alijs dedit:tũc diſcipulis ſuis paſſionẽ ſuã pręd ixit,eoſq̧ ad imitationẽ inuitauit.Poſt dies ſex Petrũ/Iacobũ/& Ioannẽ in montẽ Thabor ſecum ducẽs coram eis ſe transfigurauit,& in carne mortali gloriã ſuę immortalitatis oſtẽdit.Lunaticũ vero quẽ diſcipuli ſanare nõ potuerãt,ad preces patris ſanauit:& cũ veniſſent Capharnaum aſcendentibus quęſtoribꝰ cẽſus capitis,cẽſumq̧ petẽtibus Petrum ad mare miſit,qui ſtaterem in ore piſcis inuentum pro ſe & pro dño ſoluit.Licet em̃ dñs haberet loculos,ea tamen quę ſibi data erant ad vſum pauperum,in proprium vſum expendere noluit.Cum autẽ quęſijſſent in via quis eorum maior eſſet,acceſſe=

Chriſtꝰ trãſfiguratꝰ eſt i monte thabor.

runt ad Iesum quȩrentes, vt hanc eis quȩstionem determinaret. Ac ille vt eos ad humilitatem inuitaret, ostēdit eis paruulum, ipsumq; amplexatus est: quē quidem dicunt fuisse Martialē episcopum Lemonicarum. Porro scandalum pusillis afferentes eruendos & eijciendos ostendit per metaphoram membrorum. & ad ostendendum quanti sint pusilli ante deum, proposuit eis tres parabolas: scilicet de oue perdita & inuenta: de drachma, similiter & de filio prodigo. Addidit etiā de modo corripiendi fratrem secreto peccantem, & de remittendo peccata vsq; septuagies: id est quatuor. c. xc. vicibus: q autē petenti dimittendū sit per parabolā serui ostendit. Cuius debitum dñs reuocauit, quia cōseruo noluit misereri. Post hȩc in Iudȩam veniēs Pharisȩis quȩrētibus de causa dimittendȩ vxoris: respondit sola causa fornicationis eā dimittendam legem vero de libello repudij ob duriciem cordis eorum fuisse cōcessam. Ad hoc dicentibus discipulis nō expedit nubere, ne omnem continentiam putarent meritoriā, distinxit eam triplicē. s. natiuam, factiuam, siue coactā, & voluntariā, quȩ dicitur victoriosa, & hȩc sola est meritoria. Post hȩc ambulabat in Galilȩā, quia in Iudȩa quȩrebāt eū interficere. Aderāt eo tempore quidam nūciantes eis de Galilȩis: quorū sanguinē miscuerat Pilatus cū sacrificijs eorū: quidā em̄ dicens se filiū dei multos seducebat de Galilȩis, quos cum duxisset in Garizim, vbi dicebat se ascensurū in cœlū corā eis dum sacrificarēt ei superuenit Pilatus, ipsumq; occidit cū oībus suis, timuit vnum ne Iudæos seduceret. Cunq; Iudȩi putarent eos perisse, quia Galilȩi essent cȩteris nequiores, ait dñs. Nō minus Iudȩos sceleratos esse, & similiter nisi pœniterēt perituros: super quod dixit eis similitudinē ficulneȩ nō facientis fructum: sanauit quoq; mulierem a Sathana. xviij. annis incuruatā. Imminēte quoq; tūc Scænophegia cōsanguinei eius ipsum vt ad diem festū in Hierusalē ascenderet, ibiq; gloriā miraculorū ostenderet inuitabant, gloriam eius quȩrētes vt eius participes fierent, quibus ille non acquieuit. Sed postea latēter ascēdit, & alij quidē dicebant esse eum bonū: alij vero seductorē. Facta vero dissensione in turba de eo missi a principibus & Pharisȩis ministri, vt apprehenderēt eum sermonibus eius, cōuersi redierūt dicētes: quia nūq̄ sic locut⁹ est homo. Cum aūt venisset in templū diluculo absoluit mulierē accusatā de adulterio, vbi erectus quidā dedit sententiā iustitiȩ, & iterū erectus misericordiȩ, qm̄ vtrūq; ei propriū est misereri scilicet & punire. Tunc cauere docēs ab auaritia, quia breuis est hominis vita ꝓposuit eis similitudinē de diuite, q p̄ȩ fructuū vbertate deliberauerat horrea sua implere. Cū autē inter cȩtera se esse lucem mundi & filiū dei diceret, ac se esse priusq̄ Abrahā fieret, volentibus illis eum lapidare abscondit se, & exiuit de templo. Prȩteriens autē cȩcū notū illuminauit: & adolescētem quȩrētē de via salutis signa perfectionis docuit, oīaq; pro Christo relinquētibus prȩmiū duplex ꝓmisit. Pharisȩis aūt superbis eū deridētibus eo q eorū lex bona terrena promittens, contra eorū auaritiam ꝓposuit exemplum de diuite purpurato: discipulis autem parabolam de villico, aliam quoq; de denario diurno. Cum autem sabbato manducaret in domo cuiusdam principis Pharisȩorum coram Pharisȩis sibi insidiantibus sanauit hydropicum, simulq; probauit eis hoc licere in sabbato, quoniam ea die licebat extrahere pecus, si lapsum esset in puteū: habent enim in suis traditionibus operum genera determinata circiter. lxx. a quibus vacandum est in

Triplex cō tinētia.

Adulte ra a christo abso luta.

De illu minatio ne cæci nati.

Christ⁹ hydropicū sanauit.

sabbato. Sed inter illa non est curatio maxime quę fit solo verbo. Præterea contra Phariseorū superbiā hortabatur inuitatos ad discubitus humilitatem, ipsumq; inuitatorē ad pauperū potius q̄ ad diuitū inuitationē. Tunc dicente quodā ex discipulis beatū fore qui panem in regno dei manducauit, parabolam de cœna proposuit.

Festum dedicationis.

Facta autem sunt Encenia in Hierosolymis: id est festa dedicationis, & hyems erat. Siquidem hoc festum nō ad primam vel secūdā templi dedicationem spectabat: sed ad tertiam. Prima fuit in autumno, quia Salomon dedicauit templum decima die septembris, & vsq; ad illius templi euersiouem fiebant quolibet anno festa duo, eadem die: scilicet dedicatio & expiatio.

Tertēplū Salomōis fuit dedicatū.

Cum vero reędificatum fuit templum a redeuntibus de Babylone dedicatum est in vere: scilicet. xij. Martij. scilicet. xij. luna. Cum autem Antiochus Epiphanes polluisset templum sordibus Idolorum & prophanasset vtensilia eius, Iudas Maccabeus fili9 Mathatię de genere sacerdotali mūdauit templum, & restituit vtensilia in locis suis, & quasi dedicauit illud. xv. die Septembris. Tunc Iesus in templo in porticu Salomonis ambulauit: id est in porticu templi, vbi Salomon ad adorandum stare solebat.

Quęrētib9 Iudæis an eēt christus qd respōderit.

Cumq; Iudęi ab eo insidiose quęrerent an ipse esset Christus, responsum temperauit dicēs. Opera quę ego facio testimonium perhibent de me, & cum vellent eum lapidare quasi blasphemū, quia se esse vnum cū patre asserēs innuebat se esse deū etiam scripturam sacram homines deos vocare respōdit, sic ambiguitate nominis eos mitigauit, & trans Iordanem abijt.

Resuscitatio Lazari.

Cum autem accepisset Lazarū infirmari per nuncium sororum: mansit adhuc in loco vbi erat duobus diebus, vt compleretur mortis illius quatriduum. Tūc in Bethaniam abijt, eūq; vocis suę virtute suscitauit. Creditur autem hoc factum fuisse ea die qua legitur in quadragesima: hoc est sexta feria ante: isti sunt dies: prima scilicet die mensis primi scd̄m legem. Multiq; iam ascenderant ad diem festum Paschę vt sanctificarent se.

Initium machinatiōis mortis Christi

Hocitaq; miraculo diuulgato pontifices & Pharisęi collegerunt consilium contra eum timentes per eum amittere gentem & locum eo q; omnis turba post eum iret eiq; crederet: & ipse sacra eorum vana & abolenda esse doceret. Tunc Cayphas pōtifex licet nesciēs prophetauit, q; mors eius humano generi expediret. Iesus autem ante eos palam ambulare desijt, & in desertum iuxta ciuitatem Effraym secessit &c.

¶Capitulum. IX.

Hic passio Christi describit & causę

ANno quoq; Tyberij. xviij. Iesus Christus secundum Prophetas quę de Christo erant, ad passionem venit anno ætatis suę xxxiij. Firmauit igitur faciem suam vt iret in Hierusalem, dum dies complerentur eius assumptionis. Assumptionem eius Lucas dixit: non solum tempus quo assumi debebat de mundo ad patrem: sed etiam secundum pręceptum de agno Paschali, qui decima die mensis primi assumebatur de grege, & seruabatur vsq; ad decimamquartam. In hunc modum Iesus decima die: id est in Ramispalmarum venit ad locum passionis, & mansit in eo vsq; dum passus est. Ipse ergo Iesus firmauit faciem suā. i. impterrita mente locū in quo pati decreuerat petijt: sicut in persona ei9 dixit Esaias Propheta. Posui faciē meā vt petrā durissimā.

Leprosi sanati.

Tūc in ingressu cuiusdā castelli occurrerūt ei decē viri leprosi, qui dum iussu eius sacerdotes peterent: a lepra mundati sunt: quorum vnus qui

Samaritanus erat,rediit & gratias egit: cęteri vero remāserunt ingrati.Porro Samaritę quę inuidebāt euntibus in Hierusalē adorare,noluerūt eū hospitio recipere:vnde irati Ioannes & Iacobus voluerunt ignem de cœlo ad eos cōsumendos impetrare.At huius vindicta quę laudata in Helia fuit,in istis est a dn̄o reprobata:quia hi non appetebāt ex charitate sicut ille,sed ex ira. Tunc iterum prędixit eis secreto se mortem crucis passurum,& tertia die resurrectutū.Vnde filij Zebedęi putantes eum in Hierusalē carnaliter in proximo regnaturū suggesserūt matri suę,vt peteret munus sine nomine,quo cōcesso peteret eis cōcessionem in eius regno. Cognoscens quoq; Iesus eorū temeritatē reuocauit eos ad humilitatem ostendens per hoc eos venturos ad sublimitatem potius q̄ honoris ambitionē.Priusq̄ autem ingrederetur Hierico cęcum natū illuminauit,& eandem vrbem perambulans in domū Zebedei diuertit. In ingressu vero Hierico duos cęcos secus viam sedētes:quorum vnus erat Barchimeus sanauit.Igitur ante sex dies Paschę venit Bethaniam:scilicet ante Ramospalmarū,qui dies sextus erat ante Pascha: Si numeremus inter ipsum & diem Paschę cum quatuor interpositis,& erat in domo Simonis qui fuit leprosus & a dn̄o sanatus:sed tamen adhuc pristinū nomen manebat:sicut adhuc dicitur,Matthęus publicanus.Multi quoq; venerunt illuc,quia conuenerūt ad diem festum nō propter Iesum tm̄:sed vt viderent Lazarum:fecerunt quoq; ei cœnam in qua Martha ministrabat,& Lazarus vnus erat ex discūbentibus,qui vt ait Augustinus de verbis domini,quo minus interrogantibus loca pœnarum & sedes inferni diligenti narratione indicauit:& ita inferi longis temporibus ignorati,tandem inuenerūt proditorem.Maria quoq; tunc in illa cœna aperuit alabastrum,& effudit vnguētum super caput Iesu,& etiam vnxit pedes ei⁹:suisq; capillis tersit.Indignabatur autem Iudas Scariotes quasi de perdito vnguento,quia fur erat & loculos domini habens,vxori & filijs dabat quę furabatur.¶Pręceptum legis erat vt decima luna primi mēsis agnus siue hędus in domo recluderetur vsq; ad.xiiij.lunam eiusdem mensis,quo ad vesperam immolabatur.Vnde & verus agnus ex omni grege sine macula electus pro sanctificatione populi ante.v.dies.i.luna.xj.Hierosolymam ascendit.

Mater filiorū zebedei ad Iesū.

Cæcus illuminatur.

Lazar⁹ pœnas infernorū declarat.

Indignatio de vnguēto effuso.

¶Christus intrauit Hierusalem super Asinam propter tria. Capitulum.X.

IAne aūt ascēdit Iesus Hierosolymā & discipuli eius,& cum venisset Bethphage,qui erat viculus sacerdotū a latere montis Olyueti misit duos de discipulis in castellū quod corā eis erat.i.in Hierusalem,vt adducerent ei asinam & pullū,qui erant alligati in biuio.Asina dicitur fuisse cōmunis pauperibus qui iumenta propria nō habebant,cum in ea quis operatus fuerat pabulū ei dabat,& pullo qui pariter ad oīa cōmunia nutriebat. Et cū appropinquaret Iesus ad descēsum mōtis Oliueti descēdētes cū eo sternebant vestimēta sua in via.Alij cędebāt ramos de arborib⁹ & sternebant in via.Turba aūt multa q̄ venerat ad diē festū & pueri & plebecula Hierosolymorū tollētes ramos oliuarū processerūt ei obuiā,& qui pręcedebāt & qui sequebātur clamabant Osanna:id est obsecro salua.Et quidā de turba Pharisęorum dicebant ei vt increparent populos:quibus respondit. Si hi tacue-

Prodigiũ de petris. rint,lapides clamabunt.His siquidem in passione tacentibus petrę scissę eũ dñm mundi clamauerunt,& vt appropinquauit fleuit super ciuitatẽ dicens: quia & tu subaudi fleres,si cognouisses ruinam tuam futuram & causas eius. Et est sciendum ꝙ intrauit Iesus templum ꝓpter tria.Primo(vt dicit glo.) vt nos doceret formam religionis & regulam honestatis,vt quocunq; pergimus primo domũ orationis,si ibi est,adeamus:& per orationes deo cõmendati sic ad agenda negocia secedamus.Item quia locus publicus erat vbi posset inueniri ostendens se non inuitũ,sed sponte pati.Item vt ostenderet ruinã vrbis pro qua fleuerat maxime ex sacerdotũ culpa processuram. Sacerdotes em̃ suę auaritię cõsulentes in porticibus templi hostias vendebant cuiuscũq; generis,ne venientes nihil offerrẽt si hostias pręsto nõ inuenissent:& ne pauperes qui nihil secum pertulerant,non habitę pecunię excusationem haberẽt posuerunt ibi nũmularios,qui sub cautione pecuniã mutuarent:sed quia lex nõ patiebatur vt a fratribus suis vsuras acciperẽt, cogitauerũt vt colybistas facerẽt.Colybi quoq; apud eos dicũtur vilia munuscula,vt ciceris,vuę passę, & pomoꝝ diuersi generis,quasi qđ in maioribus non licebat in talib⁹ minoribus liceret:quod prohibuit Ezechiel dicens.Vsuram & superabũdantiam nõ accipietis.Caueant ergo qui vsurã palliant sub nomine charitatis.Tunc

De eiectione vendentium. facto flagello de funiculis eijciebat ementes & vendentes de templo dicens, ne domũ orationis facerent spelũcam latronum,nec sinebat vas aliquod deo nõ dicatum transferri per templũ.Tradunt quidã ꝙ quidã fulgor radiosus de ipsius oculis egrediebatur,quo territi sacerdotes & leuitę ei resistere nõ poterant,nec audebãt.

Hieronymus. Vnde beatus Hieronymus super Matthęum inter signa oĩa quę dñs fecit. Hoc valde mirabile mihi videtur ꝙ vn⁹homo in illo tẽpore contemtibilis & intm̃ vilis reputatione stultorum,vt postea crucifigeretur,Scribis & Pharisęis cõtra se sęuiẽtib⁹,& lucra sua videntibus destrui,potuerit ad vnius flagelli verbera,tantã multitudinem eijcere,mensasq; subuertere,& cathedras cõstringere,atq; alia facere,quę infinitus nõ fecisset exercitus:igneum em̃ quoddã atq; sidereum ex ipsius oculis radiabat,& diuina maiestas in eius facie relucebat. ¶Origenes.Eijcit dñs vendẽtes & ementes de templo ad correptionem populi,vt nõ pro mũdanis festiuitates dño celebrẽt nec emptionibus & venditionibus vacẽt in loco nõ competẽti,sed orationibus tm̃.xvj.q.vij.Hoc diximus.Nusq̃ legitur dñm tanta seueritate aliquod peccatum corripuisse sicut illud expellendo de templo,& nõ solum verbo sed etiam flagello altera vice scilicet in principio suę prędicationis hoc egisse. Et accesserunt ad eum cęci & claudi in templo,& sanauit eos.Et admirantes sacerdotes & Scribę dixerunt ei.Quod signum ostẽdis nobis?quia hoc facis quasi nõ credimus tibi licere:ergo ostende nobis signum quo credamus. Et

Nota responsum Christi. respondit.Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.Hoc autẽ dixit nõ imperando vel consulendo vel hortando,sed prędicando:& respiciebat diuites qui mittebant munera sua in gazophylaciũ. Vidit aũt & quandã viduam pauperculam mittentem duos nũmulos ęreos valentes quartã partem sicli:scilicet obolos quinq;:& dixit eam misisse plusq̃ omnes:quia totum victum suum miserat:alij vero ex abundanti partem nõ totum.Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanq̃ iusti pro operibus suis exterioribus, & aspernabantur cęteros,parabolam de Pharisęo & Publicano:& intulit ꝙ

Sētēcia Christi Qui se exaltat humiliabitur.

omnis qui se exaltat humiliabitur:& qui se humiliat exaltabitur ꝛc. Et cum vespera iam esset hora circunspectis omnibus redijt in Bethaniā:& ibi mansit:quia vt dicit glo. Hieronymi. Pauperem & diuitem nullum in tanta vrbe repperit, qui eum ad hospitium inuitaret: diebus quoq; in templo docebat, noctibus quoq; in Bethaniam rediens morabatur. Idcirco legitur ꝙ per totam illam hebdomadam pœnosam laborauit Deus: recreādo sicut in prima mundi hebdomada operatus est creādo. At princeps Nicodemus prę timore populi vel verecūdia descēdit, quia magister erat nō die sed nocte, docendus ad eum venit, quem dn̄s de introitu regni Dei diligenter instruxit. Iesus quoq; diluculo iterum venit in templum,& sedens docebat populum. Pharisęi autem videntes & insidiantes ei, quia sciebāt eum esse mansuetum & misericordię prędicatorem,& ob hoc habere gratiam & fauorem populi, adduxerūt ei mulierem in adulterio depręhensam scd̄m legem lapidandam, vt si eam lapidandā iudicaret, crudelem eum irriderent & nō habētem misericordiā, quā populo prędicabat. si autem dimitti debere diceret: quasi hostem legis cōdemnarent. Ipse autem vtrāq; calūniam prudenter euitauit, quia & iustitiā & misericordiā in iudicio seruauit. Protulit enī iustum iudicium salua misericordia: prius tamen digito scripsit in terra. Qui sine peccato vestrum est, mittat in eam lapidem: quid autem scripsit ad literam incertū est. Quidam autē dicunt ꝙ id scripsit quod eis respondebat. Hieronymus autem videtur velle in quadam Epistola eū scripsisse. Terra terra, absorbe viros istos abdicatos: vel scd̄m glo. Terra terram accusas. Vel forte peccata eorum scribebat. Mulier inquit, vbi sunt qui te accusant? quasi dicat. Qui venerunt ad quęrendā iustitiam fugati sunt iudicio iustitię. Nemo te condemnauit: quia quilibet eorum sciebat se similiter inquinatum: nec ego te condemnabo. quasi diceret. Illi dimiserunt te indamnatam propter peccata sua,& ego te absoluo ex misericordia mea. Vade,& noli amplius peccare. sicut. s. protulit iudiciū iustitię salua misericordia:& hic profert iudicium misericordię salua iustitia: scd̄m glo. Sed vt misericors pręterita peccata dimittens:& vt iustus ne amplius peccaret interdicens. Nam vniuersę vię domini misericordia & veritas.

Nicodemus venit ad iesum nocte.

Iterū de muliere dephensa i adulterio ducta ad Iesū.

Iesus in terram scribit.

¶Et notantur hic in summa quinq; quę sunt obseruanda iudicibus in sententijs proferendis. Primum est discreta deliberatio & matura: scilicet vt non pręcipitāter sententia proferatur: sed diligenter factum examinetur: scd̄m illud Iob. Causam quam nesciebā diligenter examinabam. Vnde Dn̄s audita causa nō statim protulit sententiā: sed tacuit primo & scribebat in terra: nō ꝙ dn̄s quid agere deberet ignoraret: sed vt nos instrueret. Omnis enī Christi actio nostra est instructio. ipsa etiam discretio notatur in digito. Secundū est proximi cōpassio: quia debet iudex se inclinare vel incuruare ad exemplum Christi: scilicet vt nō sine cōpassione & dolore sentētiam proferat & immitis. Tertium est iudicij rectitudo: scilicet vt precibus vel muneribus non flectatur. Vnde Christus sententiam prolaturus erexit se. Quartum est proprię vitę purgatio sine qua nemo potest digne alium iudicare: secūdum illud. Qui sine peccato est ꝛc. Quintum quoq; est misericordię cū iustitia annexio ad exemplū Christi, qui vt dictum est vtrāq; seruauit. Venerant autem quidam Gentiles vt adorarent in die festo,& dixerunt Philippo. Dn̄e volumus Iesum videre: qui assumpto Andrea dixit hoc Iesu:& respondit Iesus. Venit hora vt clari=

In sentētijs iudicū quinq; debēt obseruari.

ficetur filius hominis: quasi diceret, plenitudo gentium creditura est, qđ non nisi post passionem futuram insinuauit dicens. Nisi granum frumenti cadēs in terrā mortuum fuerit ipsum solum manet. Et dixit, Pater clarifica me ex hac hora: & venit vox de cœlo & clarificaui, & iterum clarificabo: id est clarū te genui: nec desistam, vel scđm hominē clarificaui in baptismo & in transfiguratione, & clarificabo in resurrectione & iudicio: & dicebant quidam tonitruum factum fuisse. Alij dicebant ꝙ Angelus locut⁹ est ei. Et ait Iesus. Propter vos hæc vox facta est. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: id est princeps amatorum mundi perdet potestatem homines post se trahendi: & ego si exaltatus fuero ꝛc. Et cū vespera esset facta redibat in Bethaniā.

¶Cap. XI. De calumnijs Iudęorum aduersus Christum, & quomodo eas vitauit.

ET iterum diluculo rediens tertia sabbati in templum populum docebat, & accesserunt ad eum principes sacerdotum dicentes. Quid est quod eijcis de templo? quid vis cum nō sis ostiarius & doces nobis inconsultis. Iesus autem oppositioni reddidit oppositionem non solutionem, quasi clauū clauo retundens: & ꝙ aperienda esset veritas alijs, & non ipsis: & quare indicauit per parabolam duorum filiorum: quorum vni dixit pater, vade: & respondit, vado, sed non iuit. Ad idem proposuit parabolam de cultorib⁹ vineę: & post hęc aliā de inuitatis ad nuptias regales, & nō habētes vestes nuptiales. Tunc Pharisęi volentes eum capere in verbo proposuerūt ei

Iesus q̄stionem Hebręorū p parabolas soluit.

quęstionem apud Iudęos ortam de tributo Cæsari soluendo, vel non soluendo, dicentibus quibusdam soluēdū esse quasi pro securitate & quiete, eo ꝙ Romani pro omnibus militarent. Pharisęis autem ecōtra dicentibus tanq̄ qui decimas oblationes & vota scđm legem dei soluebant humanis non deberēt legibus subiacere, ipse vero sic respondit: vt deo & Cæsari sua iura seruarent, & eorum calūnias prudenter euitaret. De quoq; vij. viros habente: quęstionem a Saducęis propositā soluit, & quia prophetas non recipiebāt auctoritate Exodi mortuorum resurrectionē probauit. Sed & Pharisęum tentando interrogantem de primo legis mandato, & secundo instruxit, & quis esset vere proximus noster per parabolam sauciati a Samaritano curati ostendit: quodq; esset dei filius per auctoritatem Dauid probauit: tunc etiā docuit Scribarum & Pharisęorum doctrinā audiendam, sed eorum vitam non imitandam de multis criminibus eos acriter arguens. s. de ambitione / crudelitate / & peruersa doctrina: de gula / supstitione / hypocrisi / & auaritia. ¶Egressus

Prędicit Christ⁹ euersionē templi.

autem de templo prędixit discipulis euersionem templi signaq; euersionis vrbis, & signa aduentus sui. Prędixit etiam aduentus ipsius incertitudinem tribus similitudinibus eius terrorem introducens: scilicet fulguris, diluuij & furoris. Porro in illa die dixit de quolibet genere hominū quosdam assumendos in regnum, & quosdam assumendos ad supplicium. s. de agro prędicationis qui pertinet ad pręlatos, de mola actionis, quę pertinet ad coniugatos, & de quiete contemplationis quę pertinet ad continentes: scđm hęc tria genera

Tres parabolę.

tres parabolas proposuit. Primā de vigilia patrisfamilias vel ianitoris quātum ad pręlatos. Secundam de decem virginibus quātum ad contemplatiuos. Tertiam de talētis multiplicatis quātum ad actiuos. Tandem vero de-

scribit ventilationem areę quę fiet in extremo iudicio. Finitis autem his ser-monib⁹ eadē: scilicet tertia feria: dixit discipulis suis. Scitis quia post biduū: id est quinta feria ad vesperam agnus Paschalis imolabitur. & tunc etiam filius hoīs tradetur vt crucifigatur. Tunc scilicet quarta feria principes sacerdotū audiētes Iesum abisse & dixisse: nō me videbitis amodo, cōgregati sunt cū seniotibus populi in atriū Cayphę & quęrebāt vt eū tenerent & occiderent.

Capitulum. XII.

AVdiens autem Iudas eos congregatos abijt ad eos & pepigit cum eis de Iesu tradendo pro. xxx. argenteis, forte quia tunc audierat dominum tertia die moriturum: putauit eum in morte detineri: nec debere resurgere. Vnde mortem imminentem lucratiuam facere voluit. Alia causa scd̄m glo. ad vendendum dn̄m Iudam mouit: videlicet effusio vnguenti super caput & pedes domini, quod si fuisset venditum cum esset fur & loculos habens aliquid furatus fuisset: & quod perdiderat in effusione vnguenti, recuperare voluit in venditione magistri. Traditus igitur fuit ad mortē Iesus Christus Pilato pretore Iudęę existente: & hoc anno decimonono imperij Tyberij Cęsaris, qui tertia die resurrexit: & ad probandū liquide suā resurrectionē per dies quadraginta apparuit discipulis suis loquens de regno dei. Non est autem intelligendum ꝙ in singulis quadraginta diebus apparuerit Apostolis: sed infra numerum tot dierum decies eis apparuit, vt ex Euangelica apparet historia: & multi cum eo resurrexerunt, inter quos duo filij Symeonis sacerdotis magni, qui Iesum infantem cum offerretur in templo, in manibus suis susceperat: quorum filioꝝ nomina sunt Carinus & Leoncius.

Quare Iudas tradidit Christum. Ies⁹ traditur ad mortē. Duo filij Symeonis cū Christo suscitāt.

Supradicti duo sic resuscitati per legem dei coniurati fuerunt per Annam & Caypham, & Nicodemum, Ioseph & Gamalielem, vt narrarent quomodo resurrexerunt: qui coniurati sic responderunt. Nos cum essemus cum patribus nostris positi in caligine tenebrarum subito factus est aureus solis color, purpureaq̧ lux regalis illustrans super nos: statimq̧ humani generis pater Adam cum omnibus Patriarchis & Prophetis dixerunt. Lux ista actoris est luminis ęterni qui nobiscum coęternum lumen suum dignatur transmittere, qui introgressus eduxit nos ab inferis: amplius enarrare vobis nō est nobis permissum: tm̄ tribus diebus permissi sum⁹ in Hierusalem celebrare Pascha dn̄i cum parentibus nostris viuentibus, in testimonium resurrectionis Iesu Christi, post quos tres dies cum multis alijs qui nobiscum resurrexerūt, qui sunt trans Iordanem rapiemur omnes in nubibus. Hęc autem omnia Ioseph & Nicodemus nunciauerūt Pilato pręsidi, qui scripsit in codicib⁹ publici pretorij sui: & inde ad notitiam deuenerunt. Anno quoq̧ dn̄i. xxxvj. imperij vero Tyberij. xxj. cum esset mos Romanis, vt prouinciarum iudices senatui scripto nunciarent, si quid noui in his quas regebant prouincias accidisset. Pilatus ergo scripsit Epistolam ad Tyberium sub hac forma. Tyberio Augusto Pōtius Pilat⁹ salutē. Euseb⁹ ait ꝙ mos erat apud Romanos, vt pūciarū iudices si qd noui in ijs quas regebāt pūcias forte accidisset, vel pricipi vel senatui nūciarēt, ne ex his q̄ gerebāt ignorare aliqd viderent. Vn̄ Pilat⁹ hāc Epistolā misit ad Tyberiū Augustū Romanoꝝ Imperatorē, qui hāc ad Senatū detulit. Nuper accidit ꝙ & ipse probaui Iudęos per inuidiā se

Nicodemus & Gamaliel. Mos romanoꝝ Pręsidū

Epistola Pilati ad Tyberium Cęsarē.

suosq̧ posteros crudeli damnatione peremisse. Cum eñ promissum haberent patres eorum ꝙ deus ipsorum mitteret illis per virginem sanctum suum qui rex ipsorum merito diceretur, hunc me pręsente misit in Iudęā, quem cum vidissent cęcos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dęmones effugasse, mortuos suscitasse, vētis imperasse, pedibus siccis super vndas maris ambulasse, & alia multa miracula fecisse: & omnis populus Iudęorum diceret eum esse dei filium: principes sacerdotum inuidia cōtra eum moti sunt. Itaq̧ hunc mihi tradiderunt, & alia pro alijs mentientes eum Magum esse & cōtra legem eorum agere dixerunt: ego autem ita esse credidi, ipsum flagellatum eorum arbitrio tradidi, qui eum crucifixerunt, & sepulchro custodes adhibuerunt. Ille quoq̧ militibus meis custodientib⁹ die tertia resurrexit. Intm̄ vero nequitia eoꝝ Iudęoꝝ cōtra eū exarsit, vt ipsis custodiētib⁹ seu custodib⁹ pecuniā darent quatinus discipulos eius corpus rapuisse dicerent. Sed illi qđ factum erat tacere non valentes testati sunt eum resurrexisse, seq̧ visionē angelorum vidisse, & a Iudęis pecuniam accepisse. Hoc aūt ideo scripsi, ne quis aliter extimet factum esse vel credendū mendacijs Iudęorum. Tunc Tyberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum & postulauit vt Christ⁹ deus haberetur. At senatus recusauit indignatus ꝙ non sibi secundum morem Epistola primo fuisset delata. Hic quidem Pilatus a Vitellio pręside Syrię in multis est accusatus apud Tyberium principem. Primo de violēta interfectione hominum innocentium. Secundo ꝙ Iudęis reclamantibus Gentilium in templo imagines ponebat, & ꝙ pecuniam repositam in corbonam in proprios redegerat vsus in domum suam ex ea faciens aquęductum, etiam stolam solennem & antiquā in sua potestate quā semper habere debebat pontifex, vt ea vteretur diebus festiuis habebat, quam habere nequibant nisi pręcio dato.

Pilatus in exiliū missus.

Pro his & multis alijs deportatus est Lugdunū in exilium vnde fuerat oriundus, vt in opprobrium sui generis moreretur in multas calamitates. Itaq̧ Pontius Pilatus incidens mortem sibi conscius manu se propria interemit. Alię vero historię dicunt ꝙ ideo ipsum Tyberius damnauit ad mortē: quia in mortē cōsenserat saluatoris. Nec miret quispiā si i gestis Christi aliquātisper imoratū est. ¶ Palā est ꝙ hic codex solū narrat gesta Imperatoꝝ & pōtificū Romanoꝝ. Cū igr̄ Christus Imperator Imperatoꝝ fuit: oisq̧ potestatus ab eo sumpserit originē, primusq̧ pontifex, ideo sub longiori compendio tractaui ipsius gesta.

Lentuli alia de Christo Epistola.

¶ Quidam nomine Lentulus habens officium in partibus Iudęę Herodis regis scripsit aliam Epistolam senatoribus, cōtinentem quę sequuntur. Apparuit temporibus istis, & adhuc est homo magnę virtutis nominatus Iesus Christus, qui dicitur a gētibus Propheta virtutis, quē eius discipuli vocant filium dei suscitans mortuos, & sanans omnes languores, homo quidem staturę procerę mediocris & spectabilis/vultum habens venerabilem: quem intuentes possunt diligere & formidare, capillos habens coloris nucis auellanę pręmaturę, & planos fere vsq̧ ad aures. Ab aurib⁹ vero cincinnos crispos aliquātulum cęruliores & fulgentiores ab humeris ventilantes: discrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazareorum, frontem planam & serenissimam cum facie sine ruga & macula aliqua: quam rubor moderatus venustat, nasi & oris nulla prorsus est reprehensio, barbā habens copiosam & impuberem, capillis concolorem, non longā, sed in medio

bifurcatam, Aspectū habens simplicem & maturum, oculis glaucis varijs & claris existētibus, in increpatiōe terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris seruata grauitate. Qui nunq̄ visus est ridere, flere autem sic. In statura corporis propagatus / rectus: manus habens & brachia visu delectabilia, In colloquio grauis / rarus / & modestus: speciosus inter filios hominum.

¶ Gaius post Tyberium imperauit, qui margaritas aceto liquefactas absorbebat. Capitulum. XIII.

Gaius Caligula post Tyberiū imperauit

Post Tyberium Cæsarem imperauit Gaius Caligula filius Germanici fratris Tyberij Cęsaris supradicti: & imperauit annis. iiij. Hic staturę fuit enormis, colore pallido, corpe male disposito in omnibus partibus suis, vultum tetrum & horridum, valitudo ei neq̄ animi neq̄ corporis constitit, Incitabatur quoq̄ maxime in somno: neq̄ eñ plusq̄ tribus nocturnis horis quiescebat, ac ne his quidem placida quiete, sed pauida miris rerū imaginibus, & inter cęteras quoq̄ Pelagi imaginem colloquentem secum videbat. Ideoq̄ magna parte noctis vigil cubandi tędio per longissimas porticus vagus lucem auide expectare consueuerat. In disciplinis liberalibus nimiū eruditioni eloquentię plurimum attendit, quātūuis facūdus & prompt⁹ etat:

De morib⁹ Caligulę.

hic crudelissimus fuit. Auiam eñ Antoniā venenauit: fratrem Tyberiū inopinantem misso repente tribuno militum interfecit. Syllanum socerū suū ad necem secandasq̄ nouacula fauces compulit: tamq̄ effręnatæ crudelitatis erat, vt ora ac oculos ludentium infantium plerūq̄ appeteret, horreis pręclusis nōnunq̄ famem populo indixit, parentes supplicijs filiorum interesse cogebat: reuocatū a vetere exilio sciscitatus est, quidnam agere ibi consueuerat: ac respōdente eo per adulationem, deos semper oraui, vt quod euenit, periret Tyberius, & tu imperares, opinans quosq̄ exules suos sibi mortem imprecari misit, qui vniuersos exules trucidarent. Et vt breuiter magnitudinem crudelitatis eius exponam, exclamasse fertur. Vtinam populus Romanus vnā ceruicem haberet.

Crudelitas caligulę.

Pudicitię neq̄ suę neq̄ alienę pepercit: cum omnibus sororibus suis consuetudinē stupri habuit. Easdē sępe suis lenonibus sponte prostrauit, postremo tanq̄ adulteras & insidiarum aduersus se conscias condemnauit. Nouum balneorum vsum, portentuosissima ciborum atq̄ cœnarū, vnguentorumq̄ genera adinuenit, preciosissimas quoq̄ margaritas aceto liquefactas sorbebat, Exhaustus itaq̄ & egens ad rapinas cōuertit animum, vario & exquisitissimo calumniarū, exactionū, & vectigalium genere adinuento, nulloq̄ genere hominum atq̄ rerum obmisso, cui non tributi aliquid imponeret.

Gaij spurcitia & stupra i sorores.

Nouissime etiam contractandę pecunię animo incensus est. Sępe eñ super immensos aceruos aureorum patentissimo loco distensos nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquādiu volutatus est. diuersissima in eo erant vitia, summa confidentia & nimius metus. Nam qui deos tantopere contemnebat ad minima tonitruā & fulgura conuentus hominum appetere, & caput obuoluere, & sub lecto recōdere solebat: & licet in initio imperij sui satis fuerit mansuetus, postea cor eius euanuit: & in tantā prorupit elationem atq̄ vesaniam, vt ab vniuersis hominibus imperij sui tanq̄ deum cœli & adorari voluerit atq̄ mandauerit: dicebatq̄ se fratrem Iouis, vt ita quasi cōmunis vterq̄ videretur, Petijt quoq̄ Gaius ingentia facinora ausus, & aliquāto maiora molitus, Nam a tergo in ceruice gladio cęsus fuit, grauiterq̄ percussus, Dehinc

Auaritia Caligulę.

Gai⁹ caligulę vt deus adorari voluit.

Gaij cadauer i Tyberi pijcitur

Cornelius Sabinus alter e coniuratis ex aduerso pectus transfixit. Cadauer eius clam asportatum in ortũ est,& tumultuario rogo semiambustũ leui sespite in tyberim pręcipitatum est.Satis quoq; constat ortorum illorum custodes sępe vmbris inquietatos,in ea etiam domo qua mortuus occubuit nullã noctem sine aliquo timore transactam:vnde postea incendio consumpta est: perijt etiam vxor eius gladio filiaq; eius parieti est illisa.

¶Capitulum.XIIII.

Claudius. Aufugit claudius ob cędem Gaij.

POst hunc regnauit Claudius auunculus Gaij imperatoris:& imperauit annis.xiiij.Hic Claudius audita morte Gaij metuẽs ne in omnes propinquos eius coniutati desęuirent, rumore cędis exterritus ad solarium proximum fugit, atq; inter cubiculi vela se occultauit. Quem latentem forte discurrens gregarius miles animaduersis pedibus exsuscitandi studio quisnam esset agnouit,extractumq; pro metu ad eius genua cadentem imperatorem salutauit.Quo facto ipsum ad alios milites,qui de imperatore eligendo tractabant adduxit. A quibus lecticę impositus ad castra pretoriana delatus est tristis ac trepidus,miserante obuia turba quasi innocens ad supplicium traheretur.

Claudius a militib⁹ inuit⁹ eligiiur ab nuente senatu.

Consules autem cum senatu ad templum Iouis triumphatoris congregati sunt,vbi adinuicem consultantes:rempublicam ad statum libertatis reducere cupiebant,in quo fuerat ante Iulium Cęsarem.Quibus in cõmune de pręsenti statu tractantibus:repente immensus clamor congregati exercitus auditus est, petens vt militaris imperator eligeretur,& nequaq̃ Romanum imperiũ multis imperantibus solueretur.Hoc quidem milites decreuerunt vt vni daretur imperium:tamen senatui concedentes vt ipsi qui dignus videretnr eligerẽt. Ob quã rem contraria erant vota,senatus hunc:isti hunc dignum imperio iudicantes.Inter quos dicebant aliqui nullo modo de genere superiorum principum eligendum,sed aliquẽ de genere nobilium,qui fortitudine atq; prudẽtia Romanorum gubernaret imperium.Mucianus quidem in senatu potentissimus, Marcum qui Iuliani Gaij sororem habebat vxorem,imperio proponebat.Alij vero Valerium Asiaticum virum manu & consilio fortem nominabant:sicq; senatus inter se de principe eligendo non conueniebant.Postremo volente senatu & ipse Claudius per tribunos plębis ad curiam plębis vocatus est,ad persuadẽda quę viderentur. Qui respondit se a militibus vi ac necessitate retineri. Missoq; Agrippa rege Iudeę(qui forte tunc Romę erat)indicauit senatui se primum inuitum ab exercitu raptum fuisse,quare iam iniquũ fore si militum erga se studia tam religiosa desereret,inuito iam tutam non aliter esse fortunã suã. Deinde administraturum rempublicam vt dignus rector(non tyrannus)dici posset. Agrippa autem postq̃ in senatu hęc retulit, vnus ex Centurionibus vrbani exercitus qui tunc partes senatus fouebat educens gladium,Cõmilitones inquit quibus perturbati casibus concurrere aduersus ciues cupimus:maxime cum habeamus imperatorem ad quẽ cũ iustis allegationibus magis q̃ armis aggredi debeamus.Et hęc dicẽs per mediam curiam egressus est.Quem egredientem omnis fere armata manus(desertis patrib⁹)secuta est. Hoc exemplo optimates deserti magno timore cõcussi sunt.

Claudi⁹ ipe rator cõ firmat.

Considerantes ergo de cętero non tutum esse Claudio repugnare. Omnis fere senatus cum consulibus ad Claudiũ transierunt.Huic auctoritas dignitasq; formę non defuit.Nam stans vel sedens pulcher statura fuit.

Hic nimios honores recusauit, cibi viniq; omni tempote vsum habebat, delectabilibus locis iocos faciebat: in quibus .cccccc. sępe discumbebant. Inter cętera in eo mirati sunt homines obliuionem atq; inconsiderationem. Occisa em̃ Messalina vxore sua paulo post in triclinium decubuit, cur quia domina non veniret requisiuit: multos quos capite damnaueiat, postero die in consilium, & ad aleę ludum vocari iussit: & cum morarentur vt somnolentos per nuncium increpauit. In sui imperij exordio anno scilicet Christi .xxxiiij. Petrus Apostolus Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem docuit. Per idem tempus Matthęus Apostolus Euangelium Hebraico sermone scripsit primus. Dicti imperatoris tempore Herodes Agrippa occidit Iacobum fratrem Ioannis. Anno quarto dicti imperatoris facta est non parua seditio inter Paulum & Barnabam, & nonnullos Christianos de Iudęa: quia prędicabant fidem illi absq; legalibus non sufficere ad salutem: & pro hac lite dirimenda ascenderunt in Hierusalem ad maiores Apostolos: scilicet ad Petrum & Iacobum Episcopum Hierosolymorũ: & quia ista quęstio mota erat in Ecclesia Hierosolymitana, cuius Episcopus erat Iacobus, nec poterat ad alium nisi per appellationem transferri, cum etiam Petrus nundum esset constitutus in cathedra põtificali. Sed paulo post: scilicet eodem anno ascendit Romam, ideo Iacobus sententiam ptotulit isto modo. Ego inquit Iacob⁹ iudico eos qui de gentibus conuertuntur non cogi ad grauitatem legalium: sed consulo vt dirigamus eis Epistolam vt abstineant ab immunditia idololatrię, vt sic vere fidei cultores sint (idololatria em̃ maxime in gentib⁹ pullulauerat) & a fornicatiõe vt sint casti, fornicatio quoq; quasi naturale quid & nullius peccati reputabaẽ inter eos: & ab esu suffocatorũ ne carnes eoꝝ comedant, & a sanguine ne illum bibant. Erant enim ptoni ad effundendum sanguinem, & consueuerant bibere sanguinem immolatum dijs suis. Et dicunt quidam quidem ꝙ duo prima prohibita fuerũt simpliciter & ad semper. Alia duo ad tempus donec consummati essent gentiles in Euãgelio, quia quidam eorum proni erant ad suffocandum homines vt sanguinem humanum biberent, ideo prohibitum est eis ad tempus omne suffocatum & omnis sanguis donec a dicta mala consuetudine reuocarentur. Sic ergo ablata sunt sacramẽta veteris legis & introducta septem sacramenta nouę legis: in quibus nobis attulit causas salutis spiritualis. ¶ Causę enim sanitatis spiritualis non sunt nisi quatuor, sicut & quatuor corporales: scilicet curatiua & conseruatiua. Curatiua est duplex, quędam em̃ totaliter & simul curat, vt baptismus culpam & pœnam omnino delens quantum in se est: quędam enim paulatim, vt pœnitẽtia. Cõseruatiua est confirmatio. In hac em̃ datur spiritus ad robur & cõfirmationem gratię, quę data est in baptismo. Pręseruatiua est matrimonium in quo concupiscentia carnalis in ruinam turpitudinis prona eripitur, honestate nuptiarũ ne ruat in mortale peccatum. Melioratiua est ordo in qua gratia melioratur & augmentatur: & etiam extrema vnctio quę hominem in meliori statu ponit & securiorem reddit. Est quoq; quędam alia medicina prędicta quatuor sola faciẽs: scilicet Encharistia: quoniã & venialia curat, & ab eis animam pręseruat, gratiam quoq; conseruat, quia panis cor hominis confirmat: & etiam gratiam augmentat. Potest etiã dici ꝙ hęc est medicina resumptiua, quę baptizatis datur ad reficiendum animam, sicut corporaliter cura=

Labilis Claudij mẽoria.

Iacobus occidiẽ.

Dissensio inter Paulũ & Barnabam.

Iacobus Hierusalẽ episcopus.

Iacob⁹ profert sentẽtiã

Quatuor sunt medicinę spirituales.

tis datur electuarium confortatiuū. Sciendū est autem ꝙ cum sacramenta iu-stificare dicūtur ꝙ contento & continenti attribuit: gratia em̄ in eis contenta iustificat: non ergo iustificāt tanq̄ causa efficiens: sed tanq̄ causa materialis. Sunt em̄ quinq̄ quę diuersimode sanant corpus. Nam corpus sanat deus au-ctoritate, medicina effectiue, dieta conseruatiue, vas medici sicut pyxis confe-ctiue: medicus autem ministerio seu ministratiue: sic & deus animam iustifi-cat auctoritate, gratia vero vt medicina morbū expellens, impletio mandato rum tanq̄ dieta, sacramenta quoq̄ tanq̄ vasa medicinalia. Sacerdos autē tanq̄ minister. Non est autē omnino simile de sacramento & pyxide, sed simile pe-nit⁹ esset si esset vna tm̄ pyxis in qua daretur medicina: ita ꝙ si daretur in alia non prodesset. Quid autem sit sacramentum ostendit Augustinus dicens. Sa cramentum est sacrę rei signum. Vnde sacramentum est inuisibilis gratię vi sibilis forma, vt species panis & vini, quę sunt sacrificium visibile, & signant inuisibile corpus Christi, quod est sacramentum Ecclesię. Quędam quoq̄ sa cramēta sunt necessitatis, & quędam volūtatis. Necessitatis sunt hęc quinq̄. Baptismus. Cōfirmatio. Eucharistia. Pœnitētia. & extrema vnctio. Et quāq̄ dicta sacramenta necessitatis sint, non tamen omnia absolute. Voluntatis ve ro sunt hęc duo, ordo & matrimonium. Item quędam sunt in quibus confer-tur gratia vt prædicta quinq̄ & ordo, aliud in quo non vt matrimoniū: veri⁹ tamen dicitur ꝙ gratia in matrimonio confertur. Effectus sacramentorū est vt talia sunt cuilibet, qualis est ipse qui ad ipsam accedit: id est bonis bona & malis & fictis mala: scilicet occasionaliter: bonis em̄ sunt ad salutem, malis autem ad iudicium. Ideo dicimus ꝙ sacramenta non debent conferri peccato ribus manifestis. Nam propter occulta non possunt alicui denegari sacramē ta, nisi per admonitionem secretam vel publice in genere factam.

Quinq̄ sunt q̄ corp⁹ diuersimode sanāt — *Sacramenta necessitatis voluntatis*

ℂCapitulum. XV.

Haec de sacramentis sufficiant. Et quia in præcedentibus di-ctum est ꝙ Petrus Romam venit: ideo est sciendum ꝙ Pe-trus audiens Simonem Magum suis pręstigijs & incanta-tionibus Romanos deludere, adeo vt Romę tanq̄ deus cole-retur: vt Eusebius in secundo libro Ecclesiasticę historię po-nit zelo nouę fidei transiuit ad vrbem anno domini. xlv. & ab vrbe condita. dcc. xcvij. secundo anno Claudij imperatoris. ibi contra Si-monem Magum primus verbum vitę prędicauit & docuit, suisq̄ Euangelij clauibus comite Marco ianuam regni cœlestis Romanis aperuit. Cunq̄ prę-dicatio Petri Romanis in immensum placeret, eiusq̄ verba desiderarent me-morię cōmendare, exorauerunt beatum Marcum discipulum eius, vt quod Apostolus prędicabat, ad suę doctrinę cōmemorationem in scripturam redi-geret: & hanc dicit pręfata historia Ecclesiastica esse Euangelium quod beato Petro ascribitur ex causa iam dicta, sed ꝑpter scripturam ascribitur beato Marco. Multi autem discipuli de. lxxij. secuti sunt Petrum. de quib⁹ aliquos misit in Galliam: videlicet Martialem qui Lemonicis floruit, Frōtinum qui Petragorę claruit. Item Saturninum qui in Tholosanis partibus suam virtu tem ostendit. Alios vero misit beatus Petrus in Italiā qui Apollinarem Ra-uennam, quę tunc temporis pręter vrbem inter ciuitates Italiæ maior erat. Alium vero videlicet Syrum misit Papiam. Tertium vero scd̄m Paulinum

Petr⁹ vt simonē Magū ab vrbe pelleret Romā venit. Marc⁹ precib⁹ Romanorum Euāgeliū scribit.

miſit Lucam, qui ibi eſt ordinatus Epiſcopus. Poſt hęc ſcripto Euangelio & approbato per Petrum, mittitur Marcus in Aegyptum in Alexandriã, ibiq; prędicans verbum Euangelij eſt Epiſcopus conſtitutus: tandem ibidem martyrio coronatus eſt octauo Neronis anno: & ſic ante martyrium Petri paſſus eſt, xiiij. Neronis anno. Igitur beatus Petrus in oriente (vt in Antiochia) ſedem ſuam conſtituit, in ſeptentrione, vt in Pontho / Galatia / & Bithynia, quibus tanq̃ filijs Epiſtolam deſtinauit. Itẽ in meridie vt in Aegypto, quos per Marcum diſcipulum ſuum ſuo Euangelio illuſtrauit. Item in occidente vt Romę, vbi & ſummus pontifex. xxv. annis, menſibus. vij. rexit Eccleſiam. Alij quoq; Apoſtoli determinatas & certas habuerunt prouincias. Quia beatus Matthęus habuit Aethiopiam. beatus Andreas Achaiam, beatus Ioannes Euangeliſta minorem Aſiam. Partem Indię habuit Thomas: aliam Bartholomęus, vt ex geſtis eorum euidenter apparet: ſic & Epiſcopi qui vices gerunt Apoſtolorum: vt. xxj. di. in nouo. ſuas diſtinctas habent dioeceſes: ſcilicet beatus Petrus in oriente, in ſeptentrione, in meridie, & in occidente: vt dictum eſt, generalem & vniuerſalem pontificatum tenuit. Q. autem Romæ principaliter pontificatum tenuit, & ibidem pontificalem ſedem inſtituit: nõ caret myſterio ſicut dicit Auguſtinus. Hęc enĩ ideo diſpenſatio diuina conſtituit, vt ibi generali pontificio reſpectu fidelium potiretur: vbi Romani principes vniuerſale totius orbis dominium exercebant. Item in eodem loco ſedem elegit, vbi imperatorum more ſacerdotum imperio ſine temporali dominio pręeminebat: ſicut Maximus Valerius refert, vbi agit de cultu diuino & religione. Omnia (inquit) poſt religionem & ſacerdotalem reuerentiam ponenda ſemper ciuitas noſtra duxit, etiam in quibus ſummę maieſtatis conſpici deus voluit. Quapropter non dubitauerunt ſacris imperia deſeruire, ita ſe ęſtimantia profuturam rempublicam, ſi diem potentię bene atq; conſtanter fuiſſent famulata. ¶ Pro illo tempore Seneca origie Cordubeñ florebat, qui per biennium ante Apoſtolorum mortem a Nerone interfectus eſt. Hic glorioſus pontifex: ſcilicet beatus Petrus ieiunium quadrageſimale ante Paſcha, & per tres hebdomadas ante natale inſtituit primus. Quę duo tempora in cõmemorationem primi & ſecundi aduentus mandauit ſolenniter obſeruari.

Ad q̃s regiões quilibet Apl'orũ pceſſerit.

Seneca floruit.

Ieiunij q̃dragesimę inſtitutio.

¶ Cap. XVI. De vitijs & crudelitate Neronis.

Nero Octauię filię Claudij imperatoris marit⁹ deſignat⁹ eſt imperator ab eodem Claudio. Hic ſcđm Suetoniũ per quinquenniũ valde modeſtus fuit, & liberales diſciplinas fere oẽs puer attigit. Auerſus a Philoſophia ad poeticã pronus carmina libẽter ac ſine labore cõpoſuit. Habuit & pingẽdi fingẽdiq; mediocre ſtudiũ. Orſus imperiũ a pietatis oſtẽſione ex Auguſti pcepto imparurũ ſe pfeſſus: nec liberalitatis, nec clemẽtię, nec comitatis quidẽ exhibẽdę vllã occaſionẽ dimiſit, grauiora vectigalia aboleuit aut minuit. Senatorũ nobiliſſimo cuiq;, ſed re familiari deſtituto annua ſalaria conſtituit. Hic oẽs liberales diſciplinas fere puer attigit, adeptus imperium a pietatis oſtenſione ſe imperare ex pręcepto Auguſti incepturum aſſeruit, nec liberalitatis / nec comitatis quidẽ exhibendę vllã occaſionẽ obmiſit grauiora vectigalia aboleuit aut minuit. Senatorum cœtui nobiliſſimo cuiq; annua ſolatia conſtituit. Hæc in principio imperij ſimulans qualis erat in proceſſu euidenter oſtendit. Nam crudelitatem / petulantiam / libidinem /

Nero ſuccedit Claudio.

Studia Nerõis

Mores Nerõis in principio ptincipatus.

Nerõis crudelitas & luxuria.

luxuriam/auaritiam/sensim primo & occulte, & tandem palam & manifeste exercuit. Nullaq; mala dissimulans ad maiora & maxime vitia se conuertit. Libidinibus porro tantis exagitatus est, vt nec a matre quidem vel sorore, vlla q; consanguinea abstinuisse refertur: virum quoq; in vxorem duxit: ipseq; a viro vt vxor acceptus est: vrbis Romę incendium voluptatis suę spectaculum fecit: per sex enim dies septemq; noctes. xj. locis immisso igne ardens ciuitas, regios pauit aspectus. Auaritię tantę fuit, vt post hoc vrbis incendium neminem ad reliquias rerum suarum ire permisit: sed ipse crudelitet omnia abstulit: centies centena millia duo scrupula & dimidium sestarium annua sibi conferri a senatu impetrauit: negotiatorũ omnium etiam (tormentis adhibitis) omnem penitus censum abstersit. Crudelitatis autem rabie ita effrenatus est, vt plurimam senatus partem interfecit, equestrem ordinem penitus destruxit: sed nec parricidijs quidẽ abstinuit: matrem/fratrem/sororem/vxoremq; pręgnantem/cęteros cognatos & propinquos sine hęsitatione prostrauit: auxit hãc massam facinorum eius temeritas impietatis in deum. Nã primus Romę Christianos supplicijs morte affecit: ac per omnes ꝓuincias pari persecutione Christianos excruciari mandauit. Ipsumq; nomen extirpare conatus beatissimos Christi Apostolos Petrum cruce, Paulum gladio interfecit: & hoc post passionem domini anno. xxxvij. secundum Hieronymum: sed scd̃m Bedam. xxxix. Petrus etiam qui Romanam Ecclesiam tanq̃ summus pontifex. xxv. annis, &. vij. mensibus rexerat: & Antiochię. vij. annis: quę tempora simul iuncta. xxxij. annos &. vij. menses faciunt, simul cũ Paulo martyrio coronatur. Non autem sine causa sed diuina prouidentia & magno mysterio factum credere debemus ꝙ vna die, vno in loco, sub vno persecutore passi sunt beatissimi Apostoli Petrus & Paulus. Vna enim die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent, in vno loco: ne alteri Roma deesset sub vno persecutore, vt ęqualis crudelitas vtrunq; constringeret: dies ergo ꝓ merito, locus ꝓ gloria, persecutor decretus est pro virtute. In quo loco martyrium pertulerunt, certe in vrbe Romana quę principatum, & caput obtinet nationum: scilicet vt vbi erat caput superstitionis: illic quiesceret caput sanctitatis. Et vbi gentilium principes morarentur: vt legitur. xj. q. ij. beati præter duos quoq; omnes infra terminum vitæ horum Apostolorum Petri & Pauli sunt martyrio coronati: scilicet infra. xxxvij. annos a passione domini. Primo de Iacobo maiori patet: quia sub Claudio imperatore passus est Actuum Apostolorum. xij. Iacobus minor passus est sub Nerone. Longe autem ante passionem Petri & Pauli Andreas assumens Euangelium scriptum per Matthęum, vadensq; in Achaiam Cretę prædicans, crucem subijt: anno septimo post passionem domini beatus Matthęus vadens in Aethiopiam lancea mandato regis Aethiopię perforatus, martyrij palmam adeptus est. Thomas ex mandato domini in Indiam inferiorem vadens, ibiq; fidem prædicans cum simulacrum Solis destruxisset, a sacerdotibus Idolorum lancea perforatus, occiditur. Bartholomęus in alia parte Indię martyrio coronatur. Simon & Iudas similiter martyrio coronantur intra tempus dictum Apostolorum Petri & Pauli. Matthias etiam mandato pontificis a Iudæis lapidatus est. Post mortem Iacobi minoris, qui (vt supra dicitur) passus est sub Nerone, soli duo morte naturali migrauerunt: scilicet Philippus & Ioan=

Marginal notes: Mores Nerõis ꝑuersę. — De morte Apostolorũ Petri & Pauli. — Decem persecutiones Ecclesię. — De martyrio Aplõg.

nes: quę oīa patent in principio tertij libri Ecclesiasticę historię. Et licet mul tę & quasi infinitę legantur persecutiones Ecclesię, tamen decē iuxta sanctorum traditionem leguntur pręcipuę & famosę. Prima quidem fuit sub Nerone, in qua passi sunt Petrus & Paulus Ecclesię principes. Secunda sub Domitiano, in qua Ioannes Euangelista relegatus est in Pathmos. Tertia sub Traiano, in qua passi sunt sanctus Ignatius/Nereus/& Achilleus. Quarta sub Marco Antonio secūdo, in qua passi sunt. S. Policarpus & Fotinus. Quinta sub Alexandro Mammeę filio, in qua passi sunt Calixtus papa/Beata Cecilia/cum papa Vrbano. Sexta sub Maximiano, in qua passus est sanctus Pontianus, alijq plurimi. Septima sub Gallo & Volusiano, qui persecutori Decio mox interfecto successerant, in qua passus est Cornelius papa. Octaua sub Valeriano & Galieno, in quā passi sunt Stephanus papa & Eugenia virgo cum patre suo Philippo. Nona sub Aureliano, in qua passi sunt Agapitus/Symphorianus/& Columba virgo. Decima sub Diocletiano & Maximiano, in qua passi sunt Vincentius, Georgius, Cosma, & Damianus, cæteriq plurimi quorum non est numerus. Hęc enim ante tempora Constantini fuit vltima persecutio, & quasi omnium præcedentium continuatio. Postq̄ vero Constantinus ille magnus a beato Syluestro baptizatus est, pacem Ecclesię reddidit. Sed Constantinus eius filius Arrhianus vndecimam aduersus Christianos persecutionē excitauit, in qua passus est sanctus presbyter Eusebius, Athanasius toto orbe profugus, & Hilatius in exilium relegatus. Duodecima quoq fuit sub Iuliano Apostata, in qua passi sunt Ioannes & Paulus/Quiriacus, & Donatus. Illę quoq decem quę Cōstantini tempora præcesserunt singulę fere per plures imperatores protelatę sunt. Illam vero quam Nero incepit, Vespasianus consummauit. Et illam quam Traianus inchoauit, Adrian⁹ & Pius Antonius perfecerunt: quam autem incepit Antonius Nothus persecuti sunt etiā Cōmodus & Seuerus. Illa quoq quæ cœpit per Valerianū & Galienū inualuit per Claudium. Illa quoq incepta per Aurelianum, cōtinuata est per Numerianum. Et illa quę per Diocletianum & Maximianum inualuit: per Maximium/Galerium/Maxentium/& Licinium continuata est. ¶ Merito igitur Nero secundum Apostolum Antichristi typum tenuit qui omnium istorum malorum principium caput extitit & origo. ¶ Sub hoc quoq in Iudęa Felici præsidi successit Festus, apud quem Paulus causa sua dicta, appellationeq interposita Romam est missus. Festo vero successit Albinus & Albino Florus. Huius auaritiam non ferentes Iudæi incœperunt rebellare: contra quos Vespasianus magister militiæ mittitur a Nerone. Cum autem Nero reipublicę infinita mala fecisset: quæ recensere per singula longum esset, tanq̄ hostis a senatu iudicatus est. Tandem ille qui sacrilegio fidem, parricidio pietatem, incesto pudicitiam violauerat, ipsamq potestatem, imperij officia, negotiaq vrbis improbissimis Libertinis commiserat. Desertus igitur ab omnibus hostis a senatu pronunciatus ignominiosissime fugiens ad quartum ab vrbe lapidem semetipsum pugionibns interfecit, atq in eo omnis Augusti familia defecit. De cuius morte ita Romana plebs exultauit, vt induta pileis tanq̄ seruo exempta dominio triumpharet. His temporibus floruerunt hi gentiles: scilicet Seneca, Persius, Iuuenalis, Quītilianus: quoꝝ aliqua dicta moralia hic ponūtur.

Prīa persecutio. Secūda Tertia. Quarta Quita. Sexta. Septia. Octaua Nona. Decia. Vndecima. Duodecima. Præsides Iudęę sub Nerone

De dictis Senecę.

Multos vita differentes mors incerta prǫuenit. Omnis itaq; dies velut vltimus ordinandus est. Verba rebus non personis æstimanda sunt. Oratorem te puta, si tibijpsi ante omnes quod oportet persuaseris. Monstro similis est auaritia senilis. Quid enim stultius q̄ via deficiente viaticum augere. Pacem habeto cum hominibus, cum vitijs bellum. Hoc habet omnis affectus, vt in quo ipse insanit omnes in idem putat furere. Prudentis proprium est examinare consilia, & non subito facili credulitate ad falsa prolabi. Parce lauda: parcius vituperato: illa adulatione, ista malignitate suspecta est. Non te moueat dicentis auctoritas, nec quis sed quid dicatur attendas. Scito magnum & honestum esse vindictę genus ignoscere. Victus tibi sit ex facili, nec ad voluptatem sed ad cibum accede. palatum tuum non sapores sed fames excitet. Sermones vtiles magis, q̄ facetos ama. Dicenti esto tacitus auditor. Requirenti facile responde. Contendenti facile cede. Omnes tibi pares, sic nec inferiores superbiendo contemnas, nec superiores recte viuēdo timeas. Taceat qui beneficium dedit: narret qui accepit. Sic viue cum hominibus tanq̄ deus videat. Sic loquere cum deo quasi homines audiāt. Non refert q̄ multos libros sed q̄ bonos habeas. Quicquid vides currit cum tempore. Itaq; sic animum componamus, vt quicquid res exigit id velimus.

De dictis Persij.

Nec te quęsieris extra. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Quid iuuat in templis nostros immittere mores. Vtile munus habet patria charisq; propinquis

De dictis Iuuenalis.

Nemo repente fit summus. Summum crede nephas animam pręferre pudori. Et propter vitam viuendi perdere causas. Torrens dicendi copia multis, & sua mortifera est facundia. Q̄plures nimia congesta pecunia cura strangulat. Cantabit vacuus coram latrone viator. Pauca licet portes argenti vascula puri. Nocte iter aggressus gladium cōtumq; timebis. Et nocte ad lunam trepidabis arundinis vmbram. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Capitulum. XVII.

Galba. Otho. Vitellius. Vespasianus.

ADhuc autem Nerone viuente Galba in Hispania creatus est Imperator, Otho Romę, Vitellius in Germania, Vespasianus in Palæstina, ad imperium electi sunt. Hic Galba post obitum Neronis Romam venit, & imperauit seu dominationi præfuit mensibus sex & diebus sex. Hic secundum suam maiestatem statura parua fuit, capite pręcaluo, oculis ceruleis, adunco naso, manibus & pedibus articulari morbo distortissimis, cibi appetens fuisse traditur: quem verno tempore ante lucem capere consueuerat.

Galba triū hominū arbitrio regebatur.

Regebatur autem trium arbitrio, quibꝰ diuerso vitiorum genere grassantibus adeo se regendum commisit & tradidit, vt ipse nō sibi cōstaret modo acerbior/parciorq;, modo remissior ac negligentior, q̄ principi conueniret, vniuersis ordinibus offensus fuit. Sed præcipua erga milites flagrabat inuidia. Otho istum Romæ in medio foro interfecit. Dictus Galba Marcum Fabium Quintilianum ab Hispania Romam perduxit: qui primus illic publicas scholas tenuit, & a Fisco salariū accepit. Hic Quintilianus multa ad mores pertinētia digna relatu scripsit: quorū aliqua hic inserūtur.

Hęc Quintiliani verba sunt.

Horū primū. Mollis educatio, quā indulgentiam vocamus, neruos omnes mentis & corporis frangit. Idem. Nō sunt ferendi qui grammaticam vt tenuem atq; ieiu-

nam cauillãtur quȩ niſi fundamẽta fideliter iecerit,quicquid ſuperſtruxeris
corruit.Neceſſaria pueris,iocunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes,& quȩ
vel ſola,in oim ſtudioꝝ genere plus habet operis,minꝰ oſtẽtationis.plurimi
aũt ambitioſa feſtinatione a poſterioribus incipiunt,dum oſtentare diſcipu=
los circa ſpecioſa malunt.Cõſuetudo eſt certiſſima loquẽdi magiſtra.Idem.
Ingenia puerorum nimia emẽdationis aut correctionis ſeueritate deficiunt.
Nam & deſperant & dolẽt, & nouiſſime odiunt,& quod maxime nocet,dum
oĩa timent ad nihil conantur.Idem.Multo labore aſſiduo,varia exercitatio=
ne,plurimis experimentis,altiſſima prudentia,prȩſtantiſſimo cõſilio cõſtat
ars diſcendi,perſuadent diuitiȩ,gratia,auctoritas,& dignitas diſcẽtis.Aſpe=
ctus etiam ipſe ſine voce.Idem.Vitioſa eſt iactatio,fertq; audientibus nõ tã=
tũmodo faſtidium,ſed etiã plȩrũq; odiũ:habet mens noſtra ſublime quoddã
& tectum & impatiens ſuperioris.Ideoq; abiectos & ſubmittentes ſe libenter
alleuiamus,quia hoc facere tanq̃ maiores videmur,& quotiẽs diſceſſerit ȩmu
latio ſuccedit humanitas,at qui ſe ſupra modum extulerit,premere ac deſpi=
cere creditur.Idem.Nihil eſt tam occupatum,tam multiforme varijs affecti=
bus conciſum atq; laceratum q̃ mala mens. Nam & cum inſidiatur ſpe , cu=
ris,labore,diſtringitur,& etiã cũ ſceleris compos fuerit,ſollicitudine pœnitẽ
tia pœnarũ expectatiõe torquet̃.Idẽ.Melius certe perſuadebit alijs qui priꝰ
ſuaſerit ſibi,prodit em̃ ſe quãtũlibet cuſtodita ſimulatio. Nec vnq̃ tãta eſt lo
quẽdi facultas quȩ nõ titubet & hȩreat quotiẽs ab aio verba diſſentiũt.Idem.
Labori oportet inſiſtere vbi effectus ꝓmittitur:nã ſtulta eſt cura q̃ ſpẽ nõ ha
bet.Idẽ.Nõ reperio ꝙ in rebus humanis excogitauerit natura cõtra fortunã,
amicitia cõcordiaq; maius prȩſtãtiuſq; auxiliũ.Quid em̃ humano generi fo=
ret fœlicius ſi oẽs poſſent eſſe amici:nõ bella,nõ ſeditiones,nõ lattocinia,nõ
lites,cȩteraq; mala quȩ hominibus ex ſeipſis nata ſunt fortunȩ aceeſſiſſent.
His ſic inſertis ad ſeriem hiſtoriȩ redeamus. ¶Capitulum.XVIII.

OTho igitur inter tumultus & cȩdes Romanum inuaſit impe Otho.
riũ,& imperauit mẽſibus tribus. Hic faciẽ ſuã quotidie ra=
dere & panno madido linire cõſueuerat,inſtitueratq; a prima
lanugine ne vnq̃ barbatus eſſet,a prima adoleſcẽtia ſua pro
digus fuit & procax.Fuitq; modicȩ ſtaturȩ & male pedatꝰ &
caluus,mũdiciarũ vero pene muliebriũ,vagari noctibꝰ ſoli
tus atq; inualidum quẽq; obuiorum corripere,ac diſtento ſago impoſitum in
ſublime iactare.Libertinã aulicã quo efficacius coleret etiã diligere ſimulauit
q̃uis anũ ac pene decrepitam.Huc quoq; veniens Vitellius ter dimicauit.Et Otho ſe
cũ aiaduertiſſet Otho ſuos vinci in prȩlio ſeipſum interſecit.Hȩc Suetonius. ipm in=
Capitulum.XIX. terfecit.

SIc itaq; Vitellius Romã victor intrauit,& imperauit menſi= Vitel=
bus octo.Hic pueritiã primãq; adoleſcẽtiã egit iter Tyberi= lius.
na ſcorta.Sequenti quoq; ȩtate omnibus probris contamina=
tus prȩcipuum in aula locum tenuit,Gaio per augurij,Clau
dio p aleȩ vſũ familiaris,ſed aliquãto Nerõi acceptior.Hic
a militibꝰ e cubiculo raptus eſt,& vt erat in veſte domeſtica Vitellij
imperator eſt ſalutatꝰ,circũlatuſq; per celeberrimos vicos itinere inchoato p mores
medias ciuitates ritu triumphãtiũ vectus eſt,pronus quoq; quacunq; de cauſa impij

ad necem atq; ſupplicium nobiles viros vario genere fraudis occidit. Quorũ
Crudelis Vitellius.
vnum veneno etiam manu ſua porrecto in aquę frigidę potatione, quam is
affectus febre popoſcerat, interfecit. ¶Interea vero Veſpaſianus debellabat
prouinciam Iudaicę gentis. Conualuit itaq; in exercitu rumor ciuilium bello
rum, & de Galbę & Othonis nece manifeſtatũ eſt. Deq; imperio Vitellij, qui
nequior ſuperioribus quaſi fęx exceſſerat. Tunc conferre ſecum viri veteris
militię cœpere, & idigne ferre ſe primos ad pericula, & vltimos ad honorem.
¶Addebant etiam eſſe ſibi virum ſtrenuum Veſpaſianum quem elegi de=
cuerat imperatorem, maturum ad conſulendum, & in moribus validiorem
ad pręliandum: itaq; Veſpaſianum rogant vt gubernaculum Romani ſuſci=
piat imperij: & licet poſſetenus reſiſteret victus precibus recipit, & prius cu=
ram q̃ honorem imperialem induit. Ipſe vero per Cappadociam & Phrygiã
iter duxit: Romę vero Vitellius poſitus omni magnitudine nominis ac ma=
ieſtatis oblitus intendebat, ſed excitatus ſiniſtro nuncio Cecinam quendam
ducem ſui exercitus miſit, eiq; ſummam ſui periculi commiſit. Ipſe vero lu=
xuria marcidus tabeſcebat, vinoq; ſepultus nil aliud expectabat niſi cum ho=
Vitellius interficitur.
ſtis veniret ebrius periret ſine ſenſu doloris. Tunc igitur circa vrbis mœnia
congreſſu habito fuſi ſunt, & cæſi omnes Vitelliani. Et captus Vitellius in
forum deducitur, ibi immitiſſimis ictibus excarnificatus & confectus eſt, &
inde vnco tractus in Tyberim. ¶His quoq; tribus: ſcilicet Galbę, Othoni,
Galba, Otho, Vitellius imperij inuaſores.
& Vitellio in Chronicis annotatur annus, quia non vt imperatores ſed vt in=
uaſorès imperij per Tyrannidem regnauerunt. His quoq; & pręcedentibus
temporibus Apoſtoli & Diſcipuli Chriſti claruerunt: videlicet Thomas in
India inferiore, Andreas in Achaia, Mattheus in Aethiopia, Simon & Tha=
deus in Perſida, Bartholomeus in Armenia ſeu in ſuperiori India. Item Bar=
nabas apud Cyprum, & Lucas apud Maſſiliam: Martha & Maria, & Maxi=
minus in Bithynia claruerunt. Saturninus Tholoſę, Martialis Lemonicẽ.
Iulianus Cenomanẽ. Gratianus Turonẽ. Clemens Romã. Sammanus
& Potentianus, Timoteus & Tytus, & alij infiniti.

¶De deſtructione Hieruſalem & cauſa calâmitatis eiuſdem per Veſpaſianum. Capitulum. XX.

Tyrannorum itaq; tempeſtate diſcuſſa ſub Veſpaſiano prin=
cipe redijt trãquillitas, qui imperauit annis nouem. Et quia
Iudęi rebellauerant contra Romanos aduerſus iſtos Veſpa=
ſianus a Nerone miſſus, Tytum filium maiorem inter lega=
tos habuit. Multas quoq; legiones ſecum in Syriam traiecit.
Hic Veſpaſianus vſq; ad exitum vitę ciuilis & clemens fuit
exprobrationum ignominias quoq; frequenter cum patientia tulit, nihil or=
namentorũ appetijt, & iniuriarũ offenſarumq; minime memor aut executor,
filiam quoq; hoſtis ſui Vitellij ſplendidiſſime maritauit, ſola eſt quę in eo cul
Nihil culpat̃ i Veſpaſiano p̃ter auaritiã.
patur auaritia, pecunięq; cupiditas. Sunt econtra qđ veriſimilius videtur, di=
centes ipſum fuiſſe in omne hominum genus libetaliſſimum, quoniã & ma=
le partis opibus optime vſus eſt. Hic adoleſcentẽ ꝓ impetrata pręfectura ſibi
gratias referentẽ cũ ipſum vnguẽto fragrare ſentiret, vultu aſpernatus, voce
grauiſſima increpauit, literaſq; reuocauit. Refert Ioſeph9 in libro de bello Iu=
daico multa cõtigiſſe prodigia non multo ante eius euerſionem. Nam ſtella

prefulgens per omnia gladio similis visa est ciuitati iminere, quam quidam Cometã vocant, quę per totum annũ exitialibus flammis apparebat ardere. In festo Azymorum hora noctis nona tantus fulgor aram templũq; circũde dit, vt omnes diem clarissimũ factũ putarent. In eadem festiuitate vitula ad immolandũ ducta enixa est agnam. Post aliquot dies post solis occasum visi sunt currus & quadrigę in omnem regionem per aerem ferri, & armatorũ cohortes misceri nubib⁹, & vrbes circũdare agminibus improuisis. In alio festo qđ Pentecoste appellatur nocte sacerdotes templum ingressi ad ministeria more complenda motus quosdam strepitusq; senserũt, ac voces subitas audierunt dicentes. Transeamus ab his sedibus. Ante quartum annum belli quidam nomine Iesus Anani filius in festo tabernaculorum repente clamare cœpit. Vox super vniuersum populum. Prædictus vir capitur, cæditur, verberatur, sed ille aliud dicere nequiens quanto plus verberabatur: tanto fortius eadẽ clamabat. Ad iudicem ducitur, tormentis diris afficitur, vsq; ad patefactionem ossium laniatur: sed ille nec preces nec lachrymas effundebat, sed cum quodam vlulatu per singula pene verbera eadem proferebat, addens Vęh, vęh, vęh: Hierosolymis. hęc Iosephus. Anno quoq; primo sui imperij Iudęa bellis asperis & seditionibus domesticis lacerabatur, trinoq; prelio ciuitas Hierusalem intra se laborabat, nulla requies/ nullę inducię momentis omnibus dimicabat. Manabat sanguis, cruor vniuersa replebat, & quasi fluuius etiam per interiores templi recessus decurrebat. Itaq; sanguine/ incẽdio/ ruina/ fame/ totius vrbis nerui succindebãtur. Nullus locus periculo vacabat, nulla fugiendi copia erat. pauor vbiq;/ clamor morientium/ gemit⁹/ desperatioq; viuentium/ & miserabiles dicens eos qui remanserant, beatos qui obierãt. Quomodo decepta es ciuitas populis tuis expugnata, tuis deuicta armis, quę solebas sine armis vincere, sine prelio hostem ferire. Cum pro te angeli dimicarent & militarent tibi fluctus maris, hiatus terrę, cœli fragores: & ecce habes quod petisti. Agnosce tibi hodie Barabbam viuere: Iesum mortum esse. In te regnat seditio, pax sepulta est, vt crudelius a tuis pereas: q̃ si perires ab alienis, in templo deniq; ipso pro vnguentis bene olẽtibus pro thymiamate seu thymiaterijs bene spirãtibus, pro diuersorum florum odoribus q̃uis erat in sepulturis cadauerum/ fœtorq; plura dissoluerat, q̃ flamma combusserat, quę sol calefecerat, neq; enim humare cuiq; corpora vacabat eorum qui vel in templo vel circa plateas necabantur, quia bellum eos inter se occupabat, feriendiq; magis q̃ humandi cura vniuersos tenebat, nihilq; magis in tantis calamitatibus q̃ vna perierat spes: scilicet quę sola solebat alleuiare miserias, solari ęrumnas. Quidam enim latrones in alios sęuientes fœtorem occisorum grauiter sustinentes de muro reliquias defunctorum in profunda pręcipitia deijciebãt. Itaq; Tytus Vespasiani filius qui bellum a patre susceperat, aspiciens pręruptos specus plenos cadauerum, sanieq; dilaceratis visceribus innatantes alte ingemuit, & manibus ad cœlum eleuatis testabatur nequaq̃ illud sibi adscribendum: quia veniam dare voluisset si edicto obtempare spectasset: se paratum incolumes seruare si pacem rogarent & bellum deposuissent. Plærïq; etiam non ignobiles viri confugientes ad Tytum. vj. c. millium defunctorum quę per portas elata numerata sunt commemorabant. Eorum quoq; quæ propter magnitudinem infinitam

Prodigia p̃ce dentia exidiũ Hierosolymitanum.

Impietas circa sepeliendos

efferri cadauera nequiuerunt,numerum fuisse inextimabilem asserebāt.Nam plerięꝫ etiam de vltimis terrę finibus ad templum venerant ad deprecandum in die festo.Illorū autem plerięꝫ qui ad Romanos confugerant cum accepto cibo aluum purgarent egerebant monetas aureas quas absorbuerant dum fugerant,ne deprehensi non solum dispēdio,sed etiam periculo forent:quia insidiatores omnia scrutabātur,scelusꝫ dicebatur aurū quod pręter latrones haberetur.Iudęi quoꝫ post miserabili specie inter inquinamēta alui aurum legebant.Comperit hoc quidem Assyrius de exercitu Cęsaris,& ab vno in omnes opinio emanauit.Est quidem hoc genus hominum pręceps ad auaritiā,& paratum ad versutiam,nihilꝫ tā atrox qđ refugiat,nihilꝫ tam turpe qđ ꝑ pecunijs erubescat.Ab Assyrijs quoꝫ in Arabes diffusa est,quibus nō est minor auaritia,& feritas barbaricę propinqua immanitati,ꝙ farti essent auro Iudęi.Decipiunt igitur illi quoscunꝫ aduenientes cernunt,licet cōtra phas,contra legem editionis,contra promissa Cęsaris,quo eos occidi non licebat.

Iudaei aurū cū thesauris comedunt.

Euiscerātur Iudęi a romanis ob prędā auri cōesti.

Scindunt autē viuentes & adhuc cruentis manibus eos euiscerant ventris secreta,aluūꝫ scrutantur,& inter manentia purgamenta aurum inquirūt.Deniꝫ vna nocte duo millia virorum discisa sunt tali flagitio,vetustę quoꝫ pallęque olim proiectę fuerant non mediocri studio requirebantur.Et hęc fuit vna alia ęrumna grauis ipsis Iudęis,& grandi precio mercabantur.Insidiabātur sibijnuicem quis cui raperet cibū:vbi alimenti suspitio,ibi bellum:aperto ore sicut rabidi canes huc atꝫ illuc circūferebātur.Et cū alia famis solatia non reperiebant,detrahebant coria cutis vt cibo sibi essent,mandebant calciamentum nec pudor erat solutū pedibus ore suscipere & lambere,& breuiter immēsitatem dictę famis exponam:omnia necessitas vertebat in vsum.Etiam illa quę nec muta animalia dignabātur.Tunc quoꝫ regnum Iudęorum omnino defecit.Colligūtur autem a secundo anno Darij sub quo rursus templum ędificatum est,vsꝫ ad hunc secundū annū Vespasiani,in quo nouissime Hierusalem subuersa est,anni.v.c.xc.Et vt plene sciatur flux⁹ annorū a prima templi ędificatione vsꝫ ad eiusdem templi subuersionem,est sciendum ꝙ a secundo anno Vespasiani vsꝫ ad nouissimā Hierosolymorū euersionem,a.xv.anno Tyberij Cęsaris & ab exordio Euangelicę prędicationis,colligūtur anni xlij.a captiuitate vero quā ab Antiocho ꝑpessi sunt cōputant̄ āni.cc.xxxviij.Porro a secundo anno Darij sub quo rursum templum ędificatum fuit,anni ccccc,&.xc.A prima autem templi ędificatione sub Salomone vsꝫ ad ei⁹ nouissimam ruinam,quę sub Vespasiano facta fuit,anni.M.c.ij.¶Eo vestigio dictum extitit rem affatim augeri Romanam,nec alia putandum contigisse causa nisi ꝙ Romanorum virtutes & merita quę exuberent in eis micabāt,& pręcipue propter iustitię virtutem quam summe colebant.Ideo beatus Augustinus sępius optauit tria vidisse oculis corporalibus:scilicet Romam regnātē,Christū in carne,& Paulū prædicantē.Quid autem de iustitia & regimine Romano fari liceat palam ꝙ aurum versum est in scoriam:& pro hoc deduco in medium Epitaphiū descriptum in valuis Eccesię sanctę Marię trans Tyberim,vbi sic habetur.Roma vetus veteres dum te rexere Quirites.Nec bonus imunis nec malus vllus erat.Defunctis patribus successit praua iuuētus.Cuius consilio pręcipitata ruis.Adduco & alium testem videlicet beatū Bernardum decimo libro ad Eugenium Papam de plebe Romana sic fantem.

Qua causa Romani creuerunt.

Augustini triplex desideriū.

Quid tam notum ſeculis q̄ proteruia & faſtus Romanorum:gens inſueta pa=
ti tumultum,gens immitis & intractabilis vſq; adhuc ſubdi neſcia, niſi cum
nō valet reſiſtere. Et poſt multa. Quem dabis mihi de tota maxima vrbe qui
te vt papam receperit precio ſeu ſpe precij non interuenień.& tunc potiſſime
volūt dominari cum profeſſi fuerint ſeruitutem: fideles ſe reſpōdēt,vt oppor=
tunius fidentibus noceāt:& poſt pauca ſubiūgit: Ante omnia ſapientes ſunt
vt faciant mala:bonum autē neſciunt,impij in deum,temerarij in ſcientia,ſe=
diciosi inuicem. In vicinos ęmuli, in extraneos inhumani,quos neminē amā
tes nullus amat:& cum timeri affectant ab omnibus timeant neceſſe eſt. Hi
ſunt qui ſubeſſe non ſuſtinent,pręeſſe non norunt: ſuperioribus infideles: in=
ferioribus importabiles: ad petendum inuerecundi: ad negandum frontuoſi
hi importuni vt accipiant: donec acceperint inquieti: ingrati vbi acceperint
docuerunt linguam ſuam grandia loqui cum operētur exigua: largiſſimi pro
miſſores,parciſſimi exhibitores,blandiſſimi adulatores, mordaciſſimi detra=
ctores,ſimpliſſimi diſſimulatores,maligniſſimi proditores. Quem autē tan=
ta calamitas exitum habuit eodem Ioſepho auctore paucis annectam. Colli=
gens autem prędictus Hiſtoriographus omnem numerum peremptorū vel
fame vel ferro, vndecies centena millia deſignauit. Cęteros verō latrones vel
ſicarios,ac prędones poſt vrbis excidium mutuis declarauit interijſſe vulne=
ribus. Electos autem quoſq; iuuenum quos decor corporis & proceritas com=
mēdabat,ad triumphū dixit eſſe reſeruatos. Reliquos autem qui ſupra .xxvij.
annos ętatis erant victos ad opera Aegypti per metalla deſtinatos, vel per cę
teras prouincias eſſe diſperſos. Si qui vero intra decimumſeptimum ętatis re=
perti ſunt annū,per diuerſas prouincias in ſeruitutē diſtrahi iuſſi ſunt,quorū
numerus vſq; ad .xc. M. productus eſt. Hęc autem omnia geſta ſunt iuxta ea
quę ipſe Chriſtus prædixerat dicens. Circundabūt te inimici tui vallo &c.
Attriti ſunt ergo plagis,bellis ſtrati,& a patrijs ſedibus ira diuinę indignatio
nis exciſi.adeo q; in vrbe glorioſiſſima lapis ſuper lapidē non remanſit,fuitq;
populi indurati & quouis lapide durioris tribulatio tāta quāta nō fuit ex quo
gentes eſſe cœperunt vſq; ad illū diem. Eccleſia vero quę fuerat Hieroſoly=
mis congregata diuinitus tranſire iuſſa eſt trans Iordanem ad oppidū quod=
dam nomine Palam,vt remotis ab vrbe cultoribus dei cœleſti vindictę locus
fieret quę in vrbem gentemq; ſacrilegam fuerat exercenda: ſcd̄m quod Euſe=
bius Cæſarień in Eccleſiaſtica hiſtoria refert. Et quidem hęc omnia Iudęi re=
ctiſſime paſſi ſunt,quia in filium Dei manus ſacrilegas extendere pręſumpſe
runt. Veſpaſianus igitur & Tytus eius filius ab exercitu imperator pronun
ciatus magnificum agentes de Iudęa triumphum vrbē ingreſſi ſunt. Pulchrū
quoq; & antea cunctis mortalibus incognitum inter .ccc. & .xx. triumphos,
qui ab vrbe condita vſq; ad id tempus habiti erāt ſpectaculum fuit,patrem &
filium vno triumphali curru vectos glorioſiſſimam ab his qui patrem & fi=
lium offenderant victoriam reportaſſe: qui cōtinuo omnibus bellis ac tumul=
tibus domi foriſq; compreſſis pacem toto orbe pronunciauit. Iure enim idem
honor vltioni paſſionis domini impenſus eſt,qui natiuitati fuerat attributus.
Tunc deinde ſine vllis bellorum tumultibus in immenſum res Romana p=
uehitur: ſiquidem Achaia, Lycia, Rhodus. Samus, Thracia, & Cilicia: tunc
primum redactę in prouincias Romanis iudicib⁹ legibuſq; paruerūt. Supra=

De excidio hieroſolymitano Numerus peremptorū & captiuorū Iudęorū calamitas.

Veſpaſianus imperator. Triumph⁹ Veſpaſiani & tyti.

dicti patet & filius archam testamēti dei quę in templo etat Hietosolymitano,& candelabrum sacrum & mensam,& alia sacra secum asportauerūt,quę nunc in sancto sunt Ioāne de Laterano collocata. Tēpore quoq; Vespasiani.

Capitulum. XXI.

Linus prim⁹.

LInus primus natione Tuscus in cathedra Petri sedit.Cœpit quoq; anno domini. lxxj. & ab vrbe condita. dccc. xxviij. Sedit annis.xij.mensibus tribus,diebus.xiij. & sedit imperantibus Galba,Vespasiano,& Tyto,qui nullam inueniūtur contra Christianum cultum exercuisse sæuitiam. Sed quia respublica hoc nomen derestabatur inferiores officiales insequebantur Christianos:vnde cum hic beatus pontifex dęmones effugaret,mortuos suscitaret,& alia miracula faceret,Saturninus cōsul cuius filiam a dęmone liberauerat credens hoc magicis artibus fieri ipsum diuersis pœnis afflictum crudeliter decollauit.Dicunt quidā qui de cathedra Romanę Ecclesię diligentius perscrutati sunt, ꝙ Linus & Cletus non sederunt vt pontifices,sed vt pontificis coadiutores,quibus in vita sua beatus Petrus tradidit ecclesiasticarum retum dispositionem,quod verum est:scilicet ꝙ non sederunt vt summi pontifices,sed pōtificis adiutores.Petrus em̄ solum orationi & prędicationi vacabat:sed post martyrium beati Petri Clemens,quem beat⁹ Petrus sibi constituerat successorē,considerans hoc posteris exemplo fore perniciosum renūciauit,& ordinauit primo eligi Linum:deinde Cletum.Hoc scribunt in Chronicis Cusentinus,Huguitio,& Ioannes:super capitulum si Petrus.viij.q.j.Hic de mādato beati Petri ordinauit vt mulier Ecclesiam velato capite introiret:scripsit & vitas Petri & Pauli.His tēporibus Plinius Philosophus Orator agnitus est.Philo Iudęus natione Alexādrinus,cui⁹ pręclara scripta,qui attentius rimari voluerit Platonem in eo comperiet: habuit etiam cum Petro consuetudinem,ac multa de laudibus Christianoꝝ scripsit. Vespasianus anno.ix.principatus sui de fluxu vētris diem clausit extremū, cui successit filius eius Tytus.

Philo historicus.

Mors Vespasiani.

De Tyto & eius imperio.Cap̄.XXII.

Tytus imperator.

TYtus igit̄ Romanū sumpsit imperium āno dn̄i.lxxxj. & ab vrbe cōdita.dccc.xxxiiij.ab initio mūdi.iiij.M.xliiij.& imperauit annis duobus.Hic fuit vir omni genere virtutū mirabilis,imperialium morū gloria ornatus,vtraq; lingua disertissimus,& intm̄ facundus eloquio,vt causas latino poemate peroraret, & Tragœdias gręce componeret,suspecta primum in eo fuerunt sęuitia,luxuria,rapacitas,& libido:adeo vt palam aliū Neronem homines opinarentur & prędicarent,ac ea fama illi pro bono cessit,conuersaq; est in maximas laudes nullo in eo vitio reperto,sed econtra inuentus est perfecte virtutibus plenus.Conuiuia quidem constituit iocunda potius q̄ profusa.Nulli ciuium quicq̄ ademit,sed abstinuit alieno:sed nec cōcessas quidem & solitas collectiones recepir,& tamen omnis ante munificentia superauit,natura beniuolus, in cunctis hominū desiderijs obstinatissime tenuit,ne quēpiam sine spe dimitteret:& si domestici reprehendendo ammonerēt ne plus polliceretur q̄ pręstare posset,respondit.Nō oportet ait quēq̄ a sermone principis tristem discedere.atq; etiam recordat⁹ super cœnā ꝙ nihil

Suspitio quorūdam viriorū q̄ aliter virtutib⁹ ingētib⁹ apparuerunt.

cuiq̃ tota die pręſtitiſſet, memorabilem illam meritoq; laudandam vocem edidit. Amici hunc diem perdidi, in qua nihil donaui. populum quoq; vniuerſum magna comitate tractauit: nam neq; negauit quicq̃ petentibus, & vt vellent petere vltro benigniſſime requiſiuit. fratrem inſidiari ſibi non deſiſtentem, neq; occidere neq; ſibi ſupponere, ac nec in minore quidē honore haberi ſuſtinuit: ſed a primo imperij die conſortem ſucceſſorēq; teſtari perſeuerauit. Nōnunq̃ ſecreto precib⁹ & lachrymis orans vt tandē erga ſe aīo bono vellet eſſe.

Optimū tyti ad amicos reſpōſum

Hic cum patre Hieruſalem ſubuertit, & omnia ornamenta templi Romam detulit, & in templo Pacis ſunt poſita: teſte Hieronymo in expoſitione Ioelis Prophetę. Hic conuictos de coniuratione aduerſus ſe dimiſit, & in eadem familiaritate, quam ante cum eis habuerat, permiſit. Huius tempore mons Bebius ruptus in vertice tātū ex ſe iecit incēdium, vt regiones & vrbes vicinas cum hominib⁹ exureret, Romę quoq; plures ędes incendio ſunt concrematæ. Romę mortuus eſt, & tantus quoq; in morte eius luctus fuit quantus vnq̃ ante Romę fuerat. Nam omnes tanq̃ ſuam propriam mortem deflebāt, licet pater eius magnarum virtutum fuerit: filius tamen Tytus quia fuit moribus/virtute/benignitate/ac liberalirate pręſtantior, in omnibus ſcripturis & in locutione communi patri pręponitur. Huic Domitianus frater ſuus iunior ſucceſſit in imperio.

Tyti mia. Mons ruptus. Tyti mots.

Cap. XXIII. Domitianus magnę ſuperbię relegauit in Pathmos beatum Ioannem qui tunc fecit Apocalypſim.

DOmitianus Romanum aſſumpſit imperium, & imperauit annis. xv. hic in principio clęmens fuit, Romę multa cōſtruxit ędificia: inter quę ędificauit tēplum mirificum quod Pantheon antiquitus vocabatur, nunc autem ſancta Maria Rotunda appellatur. Hic forma corporis mediocris fuit, vultu modeſto, pudoreq; pleno, grandibus oculis, caluicio quoq; deformis erat, ventre obeſus, cruribuſq; gracilis, caluitio ita offendebatur, vt in cōtumeliam ſui traheret, ſi cui ioco vel iurgio caluicium exprobaretur. Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicq̃ amplius q̃ muſcas captare, ac ſtylo pręacuto configere, vt cuidam interroganti, eſſet ne quis nitus cum Cęſare, non abſurde reſponſum ſit, ne muſca quidē.

Domitianus primū pricipatu benignus.

Domitian⁹ captat muſcas

Circa adminiſtrationē imperij aliquādiu varium ſe pręſtitit, mixtura quoq; ęquali vitiorum atq; virtutum donec virtutes in vitia deflexit ſuper ingenij naturam, inopia rapax, mēte ſęuus. inter initia vſq; adeo ab omni cęde abhorrebat vt edicere deſtinauerit, ne boues immolarentur. Sed neq; inclementię, neq; abſtinentię, vel virtutis alicuius tenore permanſit: cōplures ſenatores & aliquos conſulares viros ſine cauſa occidit, & iniuſte Philoſophos omnes ab vrbe Italiaq; ſubmouit: erat autem non ſolum magnę ſed & callidę ſeuitię, & inopinatę: nihil penſi habuit quomodo prędaretur bona viuorum ac mortuorum, vſquequaq; quolibet accuſante vel crimināte capiebat, ſatiſq; erat obijci qualecunq; crimen factum, dictumq; aduerſus principis maieſtatem. Primus ſe deum ac dominum appellari mandauit, tantęq; ſuperbię fuit, vt ſtatuas aureas & argenteas ſibi poni in Capitolio fecerit, templumq; ſibi ſine lignorum admixtione cōſtruxit. Anno imperij ſui. xiij. beatus Ioannes Euangeliſta in Pathmos inſulam relegatus eſt, vbi Apocalypſim in ſui ſolatium vidit, & vt

Hęc oīa a Suetonio ſumpta.

Prima vſurpatio nois dei apd Cęſares

Beatus Ioãnes Euangelista relegatus Apocalypsim scribit.

vidit scripsit, vbi fere tot sunt sacramenta: quot in libro verba. Ibi deus reuelauit quanta sit passa Ecclesia in tempore primitiuo, & quanta nunc patiatur, & quanta in nouissimis temporibus sit passura, quę pro his & nunc in futuro sit prçmia receptura, vt quos denunciata supplicia terrent, prçmia promissa lętificent. Passi sunt sub eo Nereus & Achilleus Eunuchi & eorum dña Domicilla, sanctus quoq; Dionysius qui prædicationis causa a beato Clemente directus erat in Franciam, vna cum socijs suis passus est tempore huius imperatoris in principio sui imperij. ¶ Eodem tẽpore (vt ait Aegesippus) delati sunt quidam apud Domitianũ ꝙ essent de genere Dauid, & de posteritate cuiusdam qui dictus est Iudas, qui sec̃dm carnem consobrinus fuisse dicitur Saluatoris. Domitianus eñ formidabat de aduentu Christi, sicut Herodes nato Christo: & ideo interfici iusserat qui erant de regia stirpe Dauid. Ad qđ missus quidam nomine reuocatus inuenit quosdam nepotes Iudę, & adduxit ad Domitianũ. Qui interrogati de qua stirpe, & de regno Christi, & quis ipse, vel vnde, & quando venturus esset, responderunt. Non huius mundi regnum est, nec huius terrę designatur imperium, sed cœleste ei regnum per Angelorum mysteria pręparabitur in consummatione seculi, quando venturus est iudicare viuos & mortuos, redditurus vnicuiq; sec̃dm opera sua. Tunc Domitianus cum nil criminis in eis inueniret, abire liberos permisit.

Domitiani in Israelitas sęuitia.

¶ Capitulum.XXIIII.

Cletus papa.

Cletus presbyteros ordinat.

Cletus natione Romanus in cathedra Petri sedit anno domini.lxxxiij. & sedit annis.xj. vacauit Episcopatꝰ diebus.xx. Hunc Cletum Clemens eligi procurauit in summum pontificem. Hic prçcepto beati Petri presbyteros ordinauit in vrbe Roma vel titulos qui Cardinalatus hodie nominãtur. Hic potifex primus inuenitur posuisse in literis suis salutẽ & apostolicam benedictionem. Hic quoq; omnibus populis scribens approbat & commendat peregrinationes Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum sanctorum, asserens ꝙ validior est ad salutem sancti Petri visitatio: q̃ duorũ annorum ieiunium, & illos excommunicat qui visitationem sanctorum impediũt, vel etiã dissuadent. Duodecimo quoq; anno Domitiani martyrio coronatur. Huius tẽporibꝰ fuit Lucas medicꝰ & Antiochenus Pauli discipulꝰ, grçci sermonis apptime doctus: scripsitq; Euãgeliũ qđ a Paulo laudať: obijt annos natus.xciij. sepultusq; est in Cõstãtinopoli. Philippus quoq; ex Schythia, quã.xx, annis in fide & prędicatione tenuit, in Asiam rediens, Hierolymis moritur. Domitianus propter sua scelera a senatu damnatꝰ est, & in palatio interfectus, omniq; caruit sepultura: cui successit in ĩperio Nerua.

Excõicatio cõtra ĩpedientes sanctorũ visitationẽ.

¶ Capitulum.XXV.

Nerua. Edicta Domitiani reuocãtur

Nerua Romanũ assumpsit imperium, & imperauit annis duobus sec̃dm cõmunem opinionem historiarũ. Hic primo edicto suo cunctos quos Domitianus exulauerat reuocauit. Vnde Ioannes Apostolus de Pathmos insula cum honore Ephesum remeauit. Fertur autem beatum Ioannem pto illo loco secretissimo i quo diuina scriptura successerat orasse, vt nullus huic insistens operi ventorum ibi aut imbrium iniurias pateretur. Hancq; eidem loco vsq; hodie reuerentiam elementa seruauere. ¶ Existente

dicto beato Ioanne in exilio pullulauerunt per Asiam hęreticorum quędam semina: scilicet Ceruinti & Hebionis, & cæterorum qui negabant Christum venisse in carne: quos idem Apostolus in Epistola sua Antichristos appellat. Dicebāt etiam mundum ab Angelis factum esse, & Iesum hominem tm̄mo do fuisse, nec resurrexisse: & resurrectionem mortuorum non esse. Prędictę tamen hęreses per Apostolum fuerunt euulsę. Huius imperatoris tempore Timotheus vir clarissimus floruit, qui Episcopus ordinatus multa ab infidelibus pro nomine Christi passus est. Narrant etiam historię hoc tempore Ioannem Euangelistam post reditum lustrasse prouincias, vt inde Ecclesias ædificaret. Cūq; venisset ad quandam vrbem haud longe positam, vidit iuuenē corpore validum, vultu decorum: sed animo acrem. Hunc tamen cum a via pessima ad verum dei cultum reuocasset, postea princeps latronum factus ab Apostolo iterū cōuersus Episcopus factus est. Deniq; Nerua Imperator afflictę reipublicę consulens Traianum virum sapientissimū adoptauit in filiū, qui anno ętatis suę .lxij. morbo periit: cui successit in imperio Traianus.

Origo hęreticorum.

Ioānes Euāgelista lustrat prouincias vt ecclesiā istauraret.

Capitulum. XXVI.

TRaianus Romanum assumpsit imperium anno domini .C. & ab vrbe cōdita .dccc.liij. ab initio mūdi .MMMM.lxiiij. & imperauit annis .xix. Hic Romę & per prouincias omnibus se ęqualem exhibens amicos salutandi causa frequētans vel ęgrotantes confortans, vel festiuis diebus cum eidem vicissim habens conuiuia, vehiculis eorum & vestibus indifferenter vtens publice & priuatim omnes immunitates ciuitatibus largiens, & relaxans tributa prouincijs, nulli grauis, charus omnibus, adeoq; bon⁹ per omnia, vt non aliter principibus acclametur, fœlicior sis Augusto, & melior sis Traiano: & hunc natura licet affatim dotibus dotauerit, hoc pręcipuū cōtulit, q̄ & moribus & negocijs simul operam dabat: & in singulis quę aggrediebatur tantus erat, vt eis solis vacare crederetur, simul totus & singulorum & omniū. Laudes quoq; Augusti totus orbis concelebrat, & Tytum amorem humani generis suas scilicet delitias iocunda memoria veneratur. Ego quidē his omnibus Traianum pręferre non dubito, qui in solius virtutis cultu regni constituit maiestatem. Quātūcunq; quis em̄ fœlix fuerit quātaue voluerit sapientia polleat, non multum est laudabilis nisi virtutum prompt⁹ fuerit imitator: iuxta illud quod sub nomine Theodosij præcipit Claudianus dicens metrice. Tu licet extremos late dominare per Indos. Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant. Si metuis, si praua cupis, si duceris ira, Seruicij patiere iugum. tolerabis iniquas Interius leges. tunc omnia iure tenebis, Cum poteris esse tui procliuior vsus. In peiora datur, suadetq; licentia luxum, Illecebrisq; effręna fauet. tunc viuere caste Aspernis, cum prompta Venus. tunc durius irę Consulitur cum pœna patet: sed comprime motus: Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit, Occurrat: mentemq; domet respectus honesti. De bonitate quoq; ipsius habemus legis testimonium, quę ipsum appellat optimū Augustorū. Fertur quoq; q̄ Gregorius papa tādiu pro eo deū orans fudit lachrymas, donec ei reuelatione nunciatum est Traianum a pœnis inferni liberatum. Sub ea tamen conditione, ne vlterius pro infideli deū solicitare pręsumeret. ¶ Helmandus de dicto Traiano inquit. Hic aliquādo

Traianus.

Comitas Traiani.

Mores Traiani.

Laudes Traiani.

Claudianus.

De liberatione traiani p oratione Gregorij.

profecturus ad bellum cum equum ascendisset, vidua quędam apprehẽso pe=de illius lugens miserabiliter iustitiam sibi fieri de his qui filiũ eius iustissimum & innocentissimũ occiderant, poscebat. Tu (inquit) Auguste imperas, & ego tam atrocem iniuriam patior? Ego (ait ille) satisfaciam tibi cũ rediero. Quid si non redieris ait illa? Successor (inquit) meus satisfaciet tibi. Quomodo (inquit) hoc sciam? Quod & si facturus est: quid proderit tibi si alius bene fecerit? Tu mihi debitor es, scd̃m opera tua mercedem recepturus? Fraus autẽ est nolle reddere quod debetur. Successor tuus iniuriam patientibus & passuris pro se tenebitur. Te autem non liberabit iustitia aliena. Bene agetur cum successore tuo si liberauerit seipsum. His verbis motus Traianus descẽdit de equo, & causam viduę pręsentialiter examinauit: & condigna satisfactione cõsolatus est eam. Hic virtuosus imperator virtuosum pręceptorem habuit: scilicet Plutarchũ, qui Traiano in initio sui imperij notabilẽ direxit Epistolam. Ea dicitur esse hmõi. Plutarchus Traiano salutem dixit. Modestiã tuã noueram non appetere principatum, quem tamen semper morum elegantia mereri studuisti, quo quidem tanto dignior iudicaris quãto a crimine ambitionis videris esse remotior. Tuę itaq; virtuti congratulor & fortunæ meæ: Si tamen recte gesseris quem probe meruisti, alioquin te periculis, & me detrahentium linguis subiectum iri non dubito. Cum & ignauiã imperatorum Roma nõ ferat, & sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in præceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium linguis carpitur. adolescentium suorum temeritas in Quintilianum refunditur, & Socrates in pupillum suum fuisse clementior criminatur: tu vero quiduis rectissime geres si non recesseris a teipso. Si primum te composueris, si tua oĩa dispo sueris ad virtutem recte tibi procedẽt vniuersa. Politicę cõstitutionis vires ti bi descripsi, cui si obtemperaueris Plutarchum viuẽdi habes authorem, alioquin pręsentem Epistolam testem inuoco, q̃ in perniciem imperij non pergis authore Plutarcho. Hic etiã libellum edidit valde notabilem: in quo describitur institutio Traiani: de quo quandam metaphoram notabiliem præsenti operi inserui nõ sequens verborum seriem sed verborum veritatem. Ait quoq; Plutarchus. Primũ em̃ est vt princeps se totum metiatur. Et quicquid est in toto corpore reipublice, cui⁹ vice fungitur, diligenter aduertat. Est quoq; respublica quoddã corp⁹ quod diuini muneris beneficio animatur, & summę ęquitatis nutu agitur, & regitur quodam moderamine rationis. Ea quidem quę cultum religionis in nobis instituunt & informant, & dei nobis cęrimonias tradunt vicem animę in corpore reipublicę obtinẽt. Illos vero qui religioni cultui pręsunt oportet quasi animam corporis venerari. Quis em̃ sanctitatis ministros dei ipsius vicarios esse ambigit: porro sicut anima toti⁹ habet corpis principatũ, ita & religionis perfecti toti corpi pręsunt. Priceps vero capitis in republica obtinet locum, vni subiectus deo, & his qui vices illius agunt in terris, q̃m in humano corpore ab anima vegetatur corpus & regitur. Cordis locũ senatus seu consiliarij obtinent, a quo bonorum & maloꝝ operum procedunt initia, oculorum/aurium/& linguę officia sibi vendicãt. Iudices & præsides prouinciarum officiales & milites manib⁹ coaptãtur, qui semp assistũt principi, lateribus assimilãtur. Quęstores & comites rerum priuatarum ad ventris & intestinorum refert imaginem: quę si immensa auidita

De vidua ad Traianum.

Plutarchus pceptor Traiani.

Plutarchi ad Traianũ Epistola.

te cōgesserint, & cōgesta tenacius seruauerint: innumerabiles generātur morbi, & vitio eorum totum corpus disponitur ad ruinam, pedibus vero solo iugiter inhęrentibus agricolę coaptantur, quibus capitis prouidentia tanto magis necessaria est, quāto plura inueniunt offendicula, dum in obsequio corporis in terra gradiuntur, eiq; iustius tegumentorum debetur suffragium: qui totius corporis erigunt/sustinent/& promouent molem pedum adminicula robustissimo corpori tollit, vt suis viribus non procedat. Sed aut turpiter/inutiliter/& moleste repet manibus, aut brutorum animaliū mote mouebitur.

¶ In summa prędictus author nititur principibus quatuor persuadere: scilicet reuerentiam Dei: cultum sui: disciplinam officialium & potestatum, affectum, & protectionem subditorum. Deum igitur in primis asserit honorandum: deinde seipsum colendum: vt secūdum q̄ Apostolus sentit: licet ipse Apostolum nō agnouerit. Vnusquisq; vas suum possideat in sanctificationem & honorem, postea vt doctrina praepositi totius domus & disciplina redoleat, & tandem vniuersitas subiectorum de capitis praepositi incolumitate lętetur. Hic Imperator licet virtuosissimus fuerit: alias tertius fuit Ecclesiae persecutor, sub quo passi sunt infiniti, & martyrio coronati. Nam passus est Simeon Cleophe, sancti Ignatius, Phocas, & alij multi. Et nisi fuisset Plinius secundus qui prouinciam gubernabat, multo plures fuissent interempti: qui multitudine occisorum motus retulit imperatori q̄ sine misericordia hominum millia quotidie obtrūcarentur: in quibus nihil omnino sceleris poterat deprehendi, inquiēs. Nihil enim contrarium Romanis legibus faciunt. Ante lucem quoq; Christo cuidam eorum deo hymnos canunt: adulteria, & alia crimina apud eos arcentur, & penitus habentur illicita. Cętera quoq; secundū leges cōmunes agunt. Tunc Traianus decreti sui auctoritate decreuit vt Christiani non requirerentur: sed qui inciderent punirentur. Per quod pro parte sedatum putatur persecutionis incēdium. Sed qui nequitiam suam aduersus nos exercere cupiebant: lędendi occasio non videbatur adempta huius tempore.

Occisio Christianorū. Plinius secūdus p Christianis interpellat. Traianus a persecutiōe Christianorū abstinuit.

¶ Clemens pontifex ordinatur, Cap. XXVII.

Beatus Clemens natione Romanus in cathedra Petri sedit: anno domini. xciiij. & ab vrbe condita. dccc. xlvj. ab initio mundi. MMMM. lvj. Sedit autem annis. ix. mensibus tribus. diebus. x. Concurritq; cum Domitiano & Nerua: sed quarto tertio Traiani anno martyrio coronatus est: ideo ipsum sub tempore Traiani Romanam cathedram tenuisse descripsi. Qualiter autem ad officium pastorale peruenerit ipse in Epistola, quam beato Iacobo minori Hierosolymorum Episcopo transmisit, plene describit, dicens. Simon (inquit) Petrus quādo finem vitę suę sibi imminere pręsentijt in conuentu fratrum positus, appręhensa manu mea sic dixit. Fratres: hunc Clementem Episcopum vrbis ordino, qui mihi ab initio vsq; in finem in omnibus comes fuit. Cunq; ego procidens ad pedes eius honorem cathedrę declinarem, respondit Simon. Tu peccati periculū timens fugis cathedram. Certus esto q̄ amplius peccas, quia populum dei velut in fluctibus ambulantem cui subuenire potes, gubernare subterfugis: cuius tātummodo consideratione habens, & non quod fidei & dei gregis expedit prouidens, tradidit quoq; quoddam

Clemēs

Petrus Clemētē ordinat succeslorē.

di.xciij c.j. | capitulũ Decreti ex gestis beati Clemẽtis.s.di.xciij.c.j.quoddã documẽtum beati Petri in institutione Clemẽtis: videlicet ꝙ subditi nõ cõicarẽt ei: cui papa nõ cõicat: sed eũ tanq̃ hostẽ vitarent.& auertere ab eo se deberent, cui papã aduersum sentirẽt. Ista quidẽ sunt verba Petri alloquẽtis populũ Romanũ Et q̃uis Clemens ordinationi beati Petri cõtradicere tunc ausus nõ fuerit propter reuerentiam tanti pastoris: nihilominus tñ ex causa iam dicta post mortẽ beati Petri renũciauit. Et quia magnę auctoritatis erat inter fideles: ordinauit fieri electionẽ de Lino primo, postea de Cleto: vt postea.s.tactum est. Hic fuit coadiutor Pauli teste ipso ad Philippeñ.dicens. Rogo te inquit germane compar adiuua illos qui mecũ laborauerũt in Euãgelio cum Clemente, & cęteris coadiutoribus meis. per quod habemus ꝙ Clemẽs fuit de antiquis discipulis Aploꝝ. Hic fecit.vij.regiones vrbis diuidi.vij.notarijs qui gesta martyrũ diligenter perquirerẽt. Hic statuit Canonem ante hostię consecrationẽ. Statuit etiã Epm constitui cleri electione & populi consensu, sedemq̧ episcopalem poni cõstituit in eminentiori loco.& baptizatos in fronte perungi & cõfirmari. Hic.xij.anno a passione dñi Petro adhęsit, qui cũ ad fidem multos cõuerteret Tarquinus Idoloꝝ pontifex cum Mamertino vrbis prefecto Traianũ aduersus Christianos cõcitat, cuius imperio Clemens in insulam deportatus ad duo millia Christianorũ ad secanda marmora dãnatorum repperit. Eo quoq̧ in loco dum aquę penuria oẽs sitirent Clemens collẽ ascẽdẽs agnũ vidit, sub cuius dextro pede fons viuꝰ emanabat quo recreati sunt Christiani, & multi ad fidẽ cõuersi. Hãc ob rem motus Traianus Clemẽtẽ in mare proijci iussit, alligata ad collũ anchora/cuiꝰ sacratissimũ corpus ad littꝰ nõ multo post delatũ est, atq̧ eo loci sepultũ, vnde fons eruperat.

Marginal notes: Vt subditi non cõicent cui summus põtifex nõ cõicat. — De institutione notariorum. — Institutio Canonis. — De electione Epi. — Orone Clemẽtis fons inuenit. — Clemẽs in mare demergitur.

Iusdẽ Traiani tpe post Clemẽtẽ. ¶Cap.XXVIII.

Anacletus natione Gręcus ãno dñi.ciij.in cathedra Petri sedit anno tertio Traiani imperatoris: & sedit annis.ix.mensibus duobꝰ, diebꝰ decẽ: & cessauit Episcopatꝰ diebꝰ.xiij. Hic cõstituit vt clericus comã nõ nutriat neq̧ barbã: vt habetur xxiij.di.c.prohibitę. Cõstituit etiã vt nõ a minori numero q̃ trium Episcoporum ordinetur Episcopus, ponens exemplum de beato Iacobo minore, qui per Petrum/Iacobum/& Ioannem factus fuit Hierosolymitanus Episcopus. Constituit etiam ordinationes clericoꝝ palã fieri. Tradũt etiã aliquę Chronicę ipsum constituisse in vrbe.vij.Diaconos Cardinales. Ita dicit Gothifredus, alias Viterniẽsis Vicelleeñ. Instituit pręterea vt peracta cõsecratione fideles oẽs cõicarent, qui vero nollẽt, e sacris ędibus elimĩnarẽtur. Ex quibꝰ augescente repub. Christianoꝝ Traianus veritꝰ, ne detrimẽto Romano imperio afferret hmõi Christianoꝝ augmentũ, tertiã persecutionem in Christianos cõcessit. Hic.xij.anno Traiani martyrio coronatur.

Marginal notes: Anacletus. — Ne clericꝰ comã nutriat. xxiij.q.j. — Constitutio de Epo ordinãdo.

Iusdem Traiani tempore, ¶Cap.XXIX.

Euaristus natiõe Gręcus in cathedra Petri sedit anno domini.c.xij.ab vrbe cõdita.dccc.lxiiij.ab ĩitio mũdi.MMMMlxiiij.sedit autem annis.x.mensibus.vij.diebus.xij.vacauit sedes diebus.xviij. Hic constituit vt a plebeis non accusetur Episcopus.vt habetur.ii.q.vij.c.non est.&.c.nõnulli. Hic primo scdm Damasum titulos in vrbe diuisit presbyteris/& septem diaco=

Marginal note: Euaristus.

nos constituit, qui custodirent Romanum Episcopum prædicantem propter stylum veritatis. Sed ꝙ ibi vocarentur Cardinales adhuc ex Chronicis nō habemus. Huius pōtificis tēpore floruerunt aliqui doctorum Gręci, qui postea sub Adriano martyrio coronantur: scilicet Quadratus Apostolorū discipulus & Episcopꝰ Athenieñ. Papias auditor Ioannis Euangelistę Hierosolymitanus Episcopus. Aristides Athenieñ Philosophꝰ. Hic pōtifex. iij. Adriani anno coronatus est. Eusebius Traiani. xvij. anno sui imperij, terręmotus Antiochiam totam pene subruit ciuitatem. Iudæi quoq; qui in Libya erāt aduersum cohabitatores suos alienigenas dimicant, similiter in Aegypto & in Alexandria. Tandē Traianus apđ Seleuciā vrbem Isaurię profluuio vētris extinctus est, anno ætatis suę. lxxiij. imperij vero sui. xix. Ossa eius in vrnā auream collecta, & in foro sub columna posita sunt. Helmandus de eo. Hic solus omnium imperatorum intra vrbem sepultus est post Iulium Cęsarem: quem senatus in deos retulit hac de causa, quia gloriam militarem qua plenus extiterat moderatione superauerat, Romę & per prouincias oībus se ęqualem exhibens. Amicos salutandi causa frequentans vel ęgrotantes festis diebus cum eisdem indiscreta habens conuiuia, viciſſim vehiculis eorum & vestibus indifferenter vtens publice & priuatim ditans omnes imunitates ciuitatibus largiens, relaxans debita prouincijs, charus omnibus, nullis grauis adeo vt & vsq; ad nostram ętatem in senatu non aliter exclametur. Fœlicior sis Augusto, & melior Traiano.

Quadratus. Papias Aristides.

Traianus profluuio ventris morit.

Capitulum. XXX.

ADrianus Romanum assumpsit imperium, & imperauit annis. xxj. Hic Helius Adrianus consobrini Traiañi filius Gręcis fuit & Latinis litteris propensius eruditus & non sermone tm̄ peritus: sed cæteris disciplinis canendi medendiq; sciētia pollens, musicus, geometra, pictor, fictorq; ex ęre vel marmore facetus & acerrimus ad lacescendum & respondendum. Sic enim referebat carmen carmini & dictum dicto, vt prorsus ad omnia diceres meditatum, qui cum Romę pręfecturam splendidiſſime ageret ex senatore creatus est imperator, qui obsecrante senatu vt filium quem habebat Cæsarem Augustum appellaret. Sufficere inquit debet ꝙ ego inuitus regnauerim cum non merear. Principatus enim non debetur sanguini sed meritis. & inutiliter regnat, qui rex nascitur & non meretur. Et proculdubio parētis affectum exuit qui paruulos importabili superiecta mole extinguit. Hoc siquidem est suffocare liberos, non promouere. Alendi prius sunt & virtutibus exercendi, & cum in eis profecerint adeo vt probentur illos virtutibus antecedere quos debent honoribus anteire inuitati ascendant, & se ciuium suorum votis non subtrahant. Hic Adrianus in Hierusalem euersa per Tytum statuam suam posuit in loco in quo archa fœderis steterat, vestigia enim ciuitatis quædam manebant, & Iudæi qui remanserant latētes vndecunq; ad locum sanctum redierant: vnde iterum multiplicati statuam amouerunt. Anno ab euersione facta per Tytum. lxiiij. qui fuit. xiiij. vel. xv. imperij sui, & ob hoc Adrianus iratus apposuit extremam manum, & funditus euertit vrbem, & edixit ne aliquis Iudæus remaneret in terra illa.

Adrianꝰ Gręcis & latinis literis eruditus.

Modestū adriani responsum

Notabile Adriani dictum.

Euersio Hierosolymorum per Adrianum.

Helia Hierl'm dicta.

De hac vltima euersione videt dicere Lucas quando dicit. Et captiui ducētur in omnes gentes. Deniq eandem Adrianus reędificauit, & illam Heliam de suo nomine nominauit. Quo factū est vt loca sacrata id est dñicę passionis & resurrectionis quōdam extra vrbem iacentia: nunc muro septentrionali circūdātur.

Secūd9 Phūs matrem de adulterio tētat.

¶ Huius Imperatoris tēpore floruit Secundus Philosophus, qui oī tempore silentiū seruauit. Hic quoq adhuc paruulus ad addiscēdū missus audiuit verbum hmōi, ꝙ omnis mulier fornicatrix esset & impudica. Tandē in philosophia profectus remeauit in patriam suā cōmunē gerens peregrinationis cōsuetudinem: scilicet peram & baculum ferens coma capitis & barba ꝓlixa. Hospitatus est autem in domo propria nemine domesticoꝝ cognoscente, neq etiam propria matre. Volens autem probare de mulieribus si verum erat qđ audiuerat, vocauit vnā de ancillis ꝓmittēs ei decē aureos si psuaderet matri ꝙ secum cōmisceretur. At illa consentiens ancillę, fecit eum vespere ad se introduci. Cunq illa extimaret se cum illo debere carnaliter cōmisceri, ille vero propriā matrem amplectens, inter vbera illius vsq mane obdormiuit. Mane vero cum vellet egredi & discedere: illa apprehendens eum ait. Vt me tentares hoc fecisti? Nequaq̄ inquit domina mater, neq eñ dignum est me illud vas maculare vnde exiui. Illa aūt sciscitans quis esset, respōdit. Ego sum Secūdus filius tuus. Illa autem recogitans in semetipsa & nō ferens cōfusionem exanimata est. Secundus quoq sciens ꝙ per loquelam suam mors matri contigisset: hanc a se in posterum exegit pœnam ne amplius loqueretur, & sic vsq ad mortem taciturnitatē seruauit.

De silētio secūdi Phī & eius causa.

¶ Circa illud quoq tempus Adrianus imperator veniēs Athenas audiuit de illo, eūq ad se venire faciēs prim9 eū salutauit, ille aūt tacuit: tūc aūt Adrianus ait: loq̄re Philosophe, vt a te aliquid addiscam9. Ille autem in proposito silentio perseuerāte, imperator quēdam spiculatorem vocauit, & ait ei. Hunc nolentem loqui imperatori, viuere nolumus, adduc eum & torque. Deniq spiculatorem latenter euocans ait. Loquere ei in via, & persuade ei vt loquatur, & si quidem persuasus respondeat, decolla eum. Si vero non respondeat: reduc eum ad me. Ducebatur autem Secūdus a Spiculatore ad locum tormentorum qui dixit, o Secunde quare tacens morieris, loquere & viues. Sed ille vitam suam paruipendens, mortem tacitus expectabat. Spiculator itaq ducens eum ad locum destinatum ait illi. Extende ceruicem & suscipe in ea gladium. Ille quoq ceruicem extendēs silentio vitam postposuit. Apprehendens igitur illum venit ad Adrianum dicens Secundum vsq ad mortem tacuisse. Tunc Adrianus admirans continentiam Philosophi dixit ei: quia lex ista silentij quam tibi ipse proposuisti solui aliquo modo non potest, sumens tabulam scribe, & saltem manu loquere. Accipiens ergo Secundus hanc tabulam scripsit in hunc modū. Ego quidem o Adriane nihil timeo, quia princeps huius temporis videris existere, me quidem occidere potes, sed vocis meę proferendę nulla tibi potestas est.

Secūdi Philosophi vsq ad mortē pertinacia.

Qōnes Adriani ad Secūdum Phūm.

Mūdus quid.

De9 qd

Adrianus itaq legens ait: bene excusatus es: sed tibi quędam problemata propono, vt circa ea mihi respondeas. Quorum primum est. Quid est mundus? rescripsit. Mundus est incessabilis circuitus, spectabilis, supplex, multiformis formatio, ęternus tenor, circuitus sine errore. ¶ Quid est ocean9? mūdi amplexus, terminus coronat9, hospitiū fluuioꝝ, fons imbriū. ¶ Quid est Deus? imortalis mens, incōceptibilis celsitudo, forma multiformis, incogi-

tabilis inquisitio,insopitus oculus,oĩa continens,lux & bonũ. Quid est sol, Sol qd.
cœli oculus,caloris circuitus,splẽdor sine occasu,diei ornatus,horarũ distri=
butor. Quid est luna;cœli purpura,solis ęmula,malefactoꝝ inimica,solamẽ Luna
iter agentium, directio nauigãtiũ,signũ solẽnitatũ,pręsagiũ tempestatum. quid.
¶ Quid est terra? vas cœli,meditulliũ mũdi,fructuũ custos & mater,opercu Terra
lum inferni,mater nascentiũ,& nutrix viuentiũ,deuoratrix oĩm,cellariũ vi= quid.
tę. ¶ Quid est homo? Mens incarnata,phantasma tempoꝝ,speculator vitę, Hõ qd.
mãcipium mortis,transiens viator,loci hospes,animal laboriosum,parui tẽ=
poris habitaculũ. ¶ Quid est pulchritudo? flos marcidus,carnalis fœlicitas, Pulchri
humana cõcupiscẽtia. ¶ Quid est mulier? hominis cõfusio,insaturabilis be= tudo qd
stia, continua sollicitudo,indesinens pugna viri,incõtinẽtis naufragiũ,hu= Mulier
manũ mãcipiũ. ¶ Quid est amicus? desiderabile nomen,homo vix apparẽs, quid.
in fœlicitatis refugiũ,indesinens fœlicitas. ¶ Quid sunt diuitię? auri põdus, Amic⁹
cu rarũ minister,delectatio iniocũda,insatiabilis inuidia, desideriũ inexple= quid.
bile,os excelsum,inuisa cõcupiscentia. ¶ Quid est paupertas? odibile bonũ, Diuitię
sanitatis mater,curarum remotio,sapientię repertrix,negocium sine damno, quid.
possessio absq; calũnia,sine sollicitudine fœlicitas. ¶ Quid est senect⁹? opta= Paupert
tum malũ,mors viuentiũ,incolumis langor,spirãs mors. ¶ Quid est som= tas qd.
nus? mortis imago,laborum quies,infirmantium votum,miserorum deside= Senect⁹
rium. ¶ Quid est vita? beatorũ lętitia,miserorum mœstitia,expectatio mor= quid.
tis. ¶ Quid est mors? æternus somnus,diuitum pauor,& pauperum deside= Somn⁹
rium,ineuitabilis euẽtus,latro hominis,fuga vitę,resolutio omniũ. ¶ Quid quid.
est verbum,proditor animi. ¶ Quid est corpus? domiciliũ animę. ¶ Quid Vita qd
est barba? sexus discretio. ¶ Quid est cerebrum,custos memorię. ¶ Quid est Mors
frõs,imago animę. ¶ Quid sunt oculi? duces corporis.vasa luminis,indices quid.
animi. ¶ Quid est iecur? custos caloris. ¶ Quid est fel? suscitatio iracundię. Verbũ
¶ Quid est splen? risus & lętitię capax. ¶ Quid est stomachus? ciborum co= quid.
quus. ¶ Quid sunt ossa? robur corporis. ¶ Quid sunt pedes? mobile funda= Barba
mentum. ¶ Quid est ventus? aeris perturbatio,mobilitas aquarum,siccitas, quid? &
terrę. ¶ Quid sunt flumina? cursus indeficiens,refectio solis,irrigatio terrę. vide mi
¶ Quid est amicitia? ęqualitas animoꝝ. ¶ Quid est fides? ignotę rei mirãda ra.
certitudo. ¶ Quid est ꝙ hominem lassum fieri non sinit? lucrum. ¶ Sub isto
Adriano passi sunt decem millia militũ, qui Adriani imperio omnes in mõ= Passio
te Ararath crucifixi sunt:horũ duces Acatius & Heliades nouẽ millia secũ millede
ad fidẽ adduxerũt,qui cũ de inimicis triũphassent monitu angeli montẽ con norum
scenderunt,ibiq; gratias deo agẽtes fidẽ cõfessi sunt. Imperatores vero vbi ita martyꝝ
esse cõpererũt ira succensi post varia tormẽta eos cruci affixerunt,verũ cum
flagellarẽtur & carnificũ arefactas manus cerneret, Theodorus cũ mille mi
litibus ad fidem cõuersus est:sicq; decem millium martyrum numerus com
pletus est.

¶ Capitulum. XXXI.

ALexãder primus natione Romanus anno dñi.cxxiij.anno tertio Alexã=
vel quarto imperij dicti Adriani in cathedra Petri sedit ãnis.viij. der.
mẽsibus.v.diebus.ij. ¶ De isto dicũt multi scriptores,ꝙ cum in
primitiua Ecclesia conficeretur de fermentato pro vitanda heresi
Hebionitarum,qui volebant obseruantias legales simul cum lege noua con
currere,ipse Alexander primo resumpsit de azymo confici. Hic constituit
aquam aspersionis cum sale benedici, & habitaculis hominum aspergi.

Institutio hui⁹ particulę Qui pridie. ¶ Hic ob memoriā passionis Christi addidit in Canone missę, Qui pridie q̄ pateret: vsq̄ ad, Hoc est corpus meū. Cōstituit etiā aquā poni in vino cōsecrādo in sanguinē. De quo habetur de cōse. di. ii. c. ad Christi & Ecclesię designādā vnionē. Hic sub dicto Adriano martyrio coronaẗ, Nonis Maij dicti Imperatoris tempore.

¶ Cap. XXXII. De inuentione missę & partium eiusdem.

Sixtus. Sixtus primus natione Romanus anno dn̄i. cxxxij. in cathedra Petri sedit. & ab vrbe condita. dccc. lxxxiiij. ab initio mūdi. iiij. M. xciii. & sedit annis. x. mensib⁹. iij. dieb⁹. xxiiij. Et cessauit Epatus diebus. ij. Hui⁹ quoq̄ tp̄ibus dū sęuiēte vbiq̄ Christianoꝝ persecutione paucissimi inuenirētur qui se auderēt asserere Christianos, poposcerūt ab eodē pōtifice Christiani in Gallijs cōstituti, vt ipsis aliquē virū dirigeret, q̄ pene iā extinctā in dictis partib⁹ lucernā fidei reaccēderet: q̄ misit ibidē Peregrinū Romanū p̄sbyterū multis sibi associatis: ad quoꝝ p̄dicationē fides Christiana magnū recepit incremētū. Hic beatus pōtifex cōstituit, vt vestes sacrę & quęcūq̄ ministeria sacramētoꝝ nō tractarētur nisi a ministris dei: vt habeẗ de conse. di. c. iustam. Hic quoq̄ cōstituit vt Sanctus, sanctus, sanctus cātetur in missa in sacra videlicet actione. Et quia de missa hic agiẗ ad aliquā breuē doctrinā qui singulas partes missę inuenerint breuiter describaẗ. Ad cui⁹ rei euidētiā breuiter est sciēdū q̄ primā missam celebrauit beatus Petr⁹ cū solo Pater noster, & forma cōsecrationis. Abinde beat⁹ Iacobus Epūs Hierosolymitan⁹ frater dn̄i multa tradidit, & Basilius qui fuit post ip̄m: vt patet de cōse. di. j. c. Iacobus. Etiā de hac materia habeẗ. xj. di. Ecclesiasticarū.

Peregri n⁹ Gallias adijt.

De institutione missę. ¶ Nunc aūt ponantur per ordinē qui sancti patres missam sanctā suis partibus sanctis ornauerunt. ¶ Introitū missę instituit Celestinus ante lectionē, inchoabatur sicut in vigilijs obseruatur. ¶ Gregori⁹ instituit Kyrie eleison nouies dici: q̄d t̄ñ aiunt Syluestrū ex imitatione Grecoꝝ nonagenario repetendū. Tellephorus instituit Gloria in excelsis deo. Et cū sp̄ū tuo, & alias salutationū respōsiones tā clero q̄ plebi respodēdū, cōciliū Aurelianēse. Collectas aūt Gregori⁹ prim⁹. Epistolā & Euāgeliū ordinauit Hieronymus: sicut ipse Hieronymus scribit ad Cōstantinū Episcopū. Gradualia & Tractus Celestin⁹ prim⁹. Allelu yia quoq̄ ab Ecclesia Hierosolymitana traxit originē. Credo institutū est a concilio Niceno. Offertoriū & incēsum instituit Leo tertius. In quo aūt loco sacrificiū fieri debeat ordinauit Syluester: quia in Synodo pręfationes ordinauit. Hodie aūt sunt. xj. de memoria aūt fienda in missa siue pro viuis siue pro defunctis ordinauit Pelagi⁹. Te igitur, & Cōmunicātes ordinauit Ciriacus papa. Hāc igitur & sanctū sacrificiū, & imaculatā hostiā addidit Leo prim⁹. Qui pridie q̄ pateretur, addidit Alexander primus. Sanctus, Sanctus. Sanctus: instituit Sixtus primus. vt dictum est. ¶ Agnus dei papa Sergius ordinauit. Hæc sunt quę de partibus missæ reperio a sanctis patribus instituta. ¶ Hic Sixtus ordinauit secundum Martinum & Cusentinum, vt corporale non fiat de serico: sed de lino purissimo, & non tincto: secundum Decretum. de conse. di. j. cōsultū, Cōtrariū dr̄ hoc statutū attribuens Syluestro. Hoc tp̄e passa est sācta Sophia cū trib⁹ filiab⁹, fide, spe, & charitate. Hic martyrio coronatur tertio nonas Aprilis vltimo Adriani anno. In cuius histo-

Introitus missę. Kyrie eleison. Gloria in excelsis. Allelu yia. Agnus dei.

ria legitur ꝙ Adrianus in infirmitate cōſtitutus viſum perdidit,carnes quoq̧
eius putrefactę ſunt defluētibus vermibꝰ ex ore eiꝰ.Ad vltimū in extremis
poſitus dixit.Dñe deus triū virginū & matris earū velocius educ aiam meā
de corpore.Scio em̄ ꝙ ꝓpter illas hęc patior.& cū magno eiulatu clamās cre= De morte Adriani.
puit:qui Adrianus apud Baias moritur in Cāpania:ſub hoc paſſa eſt ſancta
Sophia cum tribus filiabus fide/ſpe/& charitate:cui ſucceſſit in imperio An
tonius cognomine Pius.

Capitulum.XXXIII.

ANtonius Pius Romanū ſuſcepit imperiū:anno dñi.ciiij.Et Antoniꝰ Pius gener Adriani & filiꝰ adoptiuus.
ab vrbe condita.dccc.xc.ab initio mūdi.iiij.M.ciiij.& impe
rauit annis.xxij.Hic gener Adriani fuit,& filius adoptiuꝰ.
Fuit quoq̧ vir peritiſſimus,& natura benignus,adeoq̧ tran=
quillus,vt merito Pius fuerit appellatus. A quo poſt modū
oēs imperatores cognominati ſunt Pij,qui in omni imperio
ſuo cautionibus abolitis debita relaxauit,& inde pater patrię appellatus eſt.
Hic oibus charus & nullis acerbus fuit:bonos & dignos affectuoſiſſime pro=
mouebat.Ad hūc ꝓpter ſuā clęmentiā atq̧ iuſtitiā exterę gentes atq̧ barba=
rę legatos miſerunt,ſeq̧ eius imperio ſubdiderūt:ſcilicet Indi,Bactriani,atq̧
Hircani.Hic dixiſſe fertur.Malo(exēplo Scipionis)vnū ciuē ſeruare,q̄ mil Pōpeiꝰ Trogꝰ.
le hoſtiū perimere vel occidere. Eius tpe floruit Pōpeius Trogus natione
Hiſpanus,qui totius orbis hiſtorias a tpe Nini tegis Aſſyriorū vſq̧ ad Mo= Taurus Philoſophꝰ.
narchiā Cęſaris latino ſermone deduxit. Floruit etiā Taurus Biretius Plato
nicę ſectę Phūs,ad quē Taurū legūtur Athenis veniſſe,viſendi cognoſcēdi=
q̧ cauſa quidā pręſes cuiuſdā prouincię vnaq̧ cū patre. dictꝰ Taurꝰ inuitauit
patrē vt ſederet.At ille de filio ait.Sedeat primꝰ qui ppl̄i Romani magiſtra=
tū gerit.Abſq̧ p̄iudicio,iquit Taurꝰ,interim ſede. Cūq̧ ille ſediſſet apposita
eſt altera ſella filio. Tūc Taurꝰ his qui cōuenerāt verbū fecit de hac re dicēs.
In publicis(inquit)locis patrū iura cū iuribꝰ filioꝝ, qui in magiſtratibus aut Tauri ſapientiſſimū rñſum.
poteſtate ſunt collocati,iterquieſcere debēt.Sed cū extra rēpublicā in dome=
ſtica re atq̧ vita ſedetur, ambulatur,in conuiuioq̧ familiari diſcūbitur,tunc
inter filiū magiſtratū & patrem honores publici ceſſant,naturales autem &
genitiui ſeruētur. Eiuſdem imperatotis tpe floruit Galenus inſignis me= Galenus.
dicus:ſicut Euſebius ſctibit,qui viginti tres libros de medicina cōpoſuit.De
Galeno dicit Hieronymus cōtra Iouinianū libro ſecūdo. Galenus doctiſſi=
mus Hypocratis intetpres ait,Quoꝝ vita & ars ſagina eſt nō poſſe diu viue
re nec ſanos eſſe,animaſq̧ eoꝝ ita vino ſanguie & adipidibꝰ inuolutas eſſe di
cit,vt nihil tenue,nihil cœleſte:ſed ſemper de carnibus & venttis ingluuie
valeant cogitare.

Capitulum.XXXIIII.

HYgius Imperatoris anno primo Tellophorꝰ ptimꝰ natione
Gręcꝰ anno domini.cxliij.in cathedra Petri ſedit annis vn Tellophorꝰ.
decim.menſibus tribus,diebus.xxij.&vacauit ſedes diebus
ſeptem. Hic in Natiuitate domini tres miſſas inſtituit ce=
lebrari. Vnam in media nocte,quia tunc natus eſt domi= Inſtitutio miſſarum in natiuitate dñi.
nus. Aliam in aurora,quia tunc pannis eſt inuolutus,vel
quia tunc paſtores ipſum viderunt. Tertia celebratur die illuceſcente ,quia
iam veritas nobis illuxit , & plenitudo temporis aduenit,hoc eſt lucis &
veritatis.Theologi autem aſſignant aliam rationem:ſcilicet ꝙ iſtę tres miſ=

ię significant triplicem statum mundi scd̄m tria tempora distincta.s.temp⁹ ante legem,tempus sub lege,& tempus gratię.Illa missa quę cantatur in nocte reprępsentat statum qui fuit ante legem,quando omnes fuerūt in tenebris: & propter hoc legitur illa Prophetia.Populus gētium qui ambulabat in tenebris.Secunda missa quę cātatur in aurora,reprępsentat tempus sub lege,in quo iam incipiebāt ex parte scire Christum propter dicta legis & Prophetarū:sed nō plene.Et ideo cantatur inter diem & noctem.Et dicitur officium. Lux fulgebit hodie ꝛc.Tertia dicitur in die,per quam significatur tēpus gratię:scilicet pręsens.Et ideo dicitur officium.Puer natus est nobis:quę significatur his versibus.Tres in Natali missę debent celebrari.Quarū prima sacram Christi signat genitură.Altera venturi designat gaudia Christi.Tertia iam factum,quo lex fore sacra signatur.Constituit vt Hymnus ille gloriosissimus,Gloria in excelsis,caneretur:quem adauxit.hoc tempore Iustin⁹ Philosophus ex Nicopoli vrbe Palęstinę aduersum gentes librū scripsit,& dialogum contra Triphonem principem Iudęorum habuit:sed in Martionem qui Cerdonis dogma secut⁹,alterum bonum, alterum iustum dominū asseruit:impugnauit & Crescētem Cynicum vt gulosum mortis timidū,luxurięq; ac libidinis appetentissimum,Christiq; blasphemum:cuius insidijs ad extremum pro dignitate nominis Christiani sanguinem fudit.His etiam temporibus Iudęi Palęstinam vastauerunt:aduersus quos Adrianus exercitum mitrēs debellauit:eisq; etiā introeundi Hierosolymam licentiā abstulit.

Missę Natalis dn̄i.

Gloria in excelsis.

DIvius Antonij Pij anno duodecimo, ¶Cp.XXXV. Higinius primus natione Grec⁹ ex patre philosopho Atheniensi,successit Tellophoro,& i cathedrę Petri sedit.Cœpit aūt ā no dn̄i.cliiij.& ab vrbe cōdita.dcccc.vj.ab initio vero mūdi.MMMM.cxvij.sedit ānis.iiij.mēsib⁹.iij.dieb⁹.vj. & cessauit Ep̄atus dieb⁹.iij.Hic cōstituit vt vn⁹ esset patrinus & matrina in baptismi cōfirmatione & cathecismo.Itē scd̄m Martinū vnā scripsit Epistolā de trino deo & vno,& de filij incarnatione plene fidē catholicā cōtinentē.Itē statuit scd̄m eundē q̄ nullus Metropolitanus audiat causam Episcopi suę prouincię,nec eū cōdemnet nisi causa in cōspectu Epoꝝ prouincialiū fuerit vētilata.Hic clerū cōposuit & gradū distribuit.Cōstituit etiā vt Ecclesię sine missa nō debeāt cōsecrari.Itē de diminutiōe Ecclesię vel augmēto ei⁹ improuidētia dicit esse Ep̄i.de cōse.di.j. c.oēs.Hui⁹ tpe Policarpus Ioānis discipulus Smyrne⁹ Ep̄us claruit:qui Romā veniēs multos Martionis & Valētini falsi persuasione deceptos ad fidē cōuertit.Valētiniana hęresis hoc tpe pullulauit,quę vsq; ad Anicetū māsit. Hic pontifex anno.xv.Antonij Pij matyrio coronat̄.Dictusq; Antoni⁹ apd̄ Ortas villā suā.xij.milliario ab vrbe diē clausit extremū:cui successit imperio Marcus Antonius Verus cū Lucio Aurelio. ¶Cap.XXXVI.

Higinius.

Constituit i baptismo patrinū & matrinam.

Policarpus.

Valētiniana hęresis.

MArcus Antonius Verus Romanū suscepit imperiū anno dn̄i.clxij.& ab vrbe cōdita.dcccc.&.xv.ab initio mūdi.iiij. M.cxxvj.Hic Luciū Aureliū secū ad imperandū adsciscens imperium ęquo iure administrare cœperunt:quod ad modū pro eo notandū est,cū nulla fere potestas patiēs cōsortis sit. Hic Marcus Antonius tātę seueritatis fuit & cōstātię,vt ad

Marc⁹ Antonius.

nullum euectum elatus ab infantia vultum, nec ex lętitia nec ex mœrore mutauerit. Hi quarti persecutores fuerunt Ecclesię. qua sequiente passi sunt quasi infiniti. Lucius quidam Aurelius dum cum Marco Antonio propinquo suo in vehiculo portaretur morbo (quem Gręci Apoplexim vocant) subito suffocatus est. xj. imperij sui anno: quo defuncto Marcus Antonius solus reipublicę pręfuit. Hic mox post bellum quod habuit contra Germanos / Sclauos, & alias feroces gentes cum iam ęrario exhausto nihil haberet quod militib⁹ largiretur: nulli volens esse molestus, magis elegit vasa aurea & ornamentum vxoris & aliā supellectilē vendere q̄ senatū vel prouincias pręgrauare: sed victoria habita & illa recuperauit, & prouincijs tributa relaxauit. Huius imperatoris tempore persecutionem Christianorum lues magna secuta est, quę late Romanum exercitum multasq̧ prouicias deuastauit: maximeq̧ Italiam ita contriuit, vt villę sine habitatore, agri sine cultore manerēt. Ab armis vero nulla vsq̄ quies erat. Sed per omnem oriētem Illyricū / Italiam / & Galliā bella sequiebant: terręmotus quidam erant non sine casu & destructione ciuitatum atq̧ castrorum, inundationes fluminū & locustarum crebra agmina agros & arbores destruxerunt. Dicti imperatotis tempore videlicet Marci Antonij Eusebius ait in Chronicis Antonini temporibus, in quibus hęc gesta referūtur, Marcum Aurelium fratrem eius Cęsarem bella inferentē Germanis & Sarmatis: Cum siti eius periclitaretur exercitus, ęstuātem & quęrētem quid facto opus esset, repperisse in legione quadam milites Christianos quibus vt nostris mos est, flexis genibus obsecrantibus exaudisse deum supplicationes eorum & subito contra omniū spem largissimis imbribus perfusis exercitus quidē periclitātis pro quo orauerāt Christiani, sitim sedatam: hostes vero qui iam exitiabiliter imminebāt, fulminibus crebris & cœlitus prolapsis ignibus effugatos. Quod factum refertur quidē ab historijs Gētilium sed q̧ nostrorum orationibus id factum sit non refertur. Quippe apud eos & cętera miracula quę a nostris gesta sunt fidem non habent. Nostrorum vero & Tertulianus hoc cōmemorat, & apud Gręcos Apollinaris, qui & ipsam legionē pro insignis facti miraculo mutato noīe vocitatā dixit ab imperatote Fulmineam. hęc Eusebius. Plurimi in Gallia gloriose ob Christi mortē interfecti, quorum vsq̧ ad pręsentem diem cōdita libris certamina perseuerāt. Dionysius etiā Ep̄us Corinthiorum clarus habet: & Pinetus Cretēsis vir eloquētissim⁹, Pseudo ꝓphetia quę Cataphrygas noīatur accepit exordiū authore Mōtano Priscilla & Maximilla insanis vatib⁹.

Quarta persecutio Ecclesię.

Orone Christianorum sedata est sitis Romanorum.

Dionysi⁹ Ep̄s Corinthiorū.

¶Cap. XXXVII.

Pius.

Pius natione Italicus de ciuitate Aquileia in cathedra Petri sedit āno dn̄i. clx. Et sedit ānis. xj. mēsib⁹. iiij. dieb⁹. xxj. Et vacauit sedes dieb⁹. xiiij. Hic statuit certā pœnā cōtra cōmittentes negligētiā circa sanguinē Christi: vt habet de cōse. di. ii. c. si ꝑ negligētiā. ibi quoq̧ tradit mod⁹ pœnitēdi, quia si stillauerit in terrā debet pœnitere. xl. dieb⁹. si sup altare tribus, si sup linteū quatuor, si sup ligneū. ix. dieb⁹. Tn̄ vbicūq̧ stillet si lambi pōt lābat, si nō potest lauetur, aut radatur, aut cōburat, aut in sacrario reponat. Hic statuit q̧ semp die dn̄ico sanctū Pascha celebretur. Cœpit em̄ pōtificiū suū sub Antonio Pio, &. vij. ānis sub ei⁹ imperio gessit pontificiū. Quarto vero āno imperio Marci Antonij fuit Christi martyr effect⁹.

¶Cap. XXXVIII.

Anicetus.

ANicetus natione Syrus tempore dicti imperatoris in cathedra Petri sedit anno domini.c.lxij.Et sedit annis nouem,mē sib⁹ tribus, diebus tribus. Hic constituit vt nulli Archiepiscopi nisi speciali titulo Primates nominentur: & hi possunt Patriarchę vocari.Cęteri vero Archiepiscopi nominantur. vt habetur.xcviij.di.c.nulli.Constituit etiam vt clericus comam non nutriat neq̧ barbam:sed scd̄m pręceptum Apostolorum coronam ad modum sphęrulę portet. vt habetur.xxiij.di.c.prohibitę. Constituit etiā vt Episcopus consecrari non debeat nisi a tribus Episcopis præsentibus.Si autem Metropolitanus esset consecrandus, cōprouinciales Episcopi interesse debent: vt habetur di.lxvj.c.Archiepiscopus.Hic sub dicto Marco Antonio:scilicet.xiiij.anno eius imperij martyrio coronatur.Dictusq̧ Marcus xix.anno imperij sui morbo obijt:cui successit Cōmodus eius filius.

De cōsecratiōe Epī & qūo fiat

¶Capitulum.XXXIX.

Cōmodus.

COmmodus suscepit Romani imperij dignitatē anno domini.c.lxxxj.ab vrbe condita.dcccc.xxxiij.ab initio mundi MMMM.c.xlv.& imperauit annis.xiij.Hic dictus Commodus omnibus incōmodus fuit.Nihil paternum gessit in opere nisi ꝙ contra Germanos fœliciter pugnauit.Mensem Septembris ad nomen suum reducere conatus est,vt Commodus diceretur.Hic luxurię & austeritati deditus fuit,plurimos Senatores interfecit,illos pręcipue quos sciebat virtute/industria/& nobilitate pręcellere.Hic Cōmodus tantę fuit superbię atq̧ iactantię, vt sæpe leonis pelle se indueret:designari in vestimento volens,vt sicut leo dn̄s,sic & ipse rex esset & dn̄s populorum.Hic fuit pene oīm virtutū hostis,& a pueritia toto corpore omni turpitudine fœdatus:trecentas meretrices & totidem decoros iuuenes pueros in palatio habens:infamator omniū,ab omnibus infamatus:tandē strangulatus fuit cū magno cōmodo oīm.Huius tempore passa sunt sancta Eugenia / Prothus/& Iacinthus/Vincentius/Peregrinus:& multi alij. Prothus dixit Cōmodum Imperatorem dedisse operam,ꝙ mensis September suo nomine scilicet cōmodosus intitularetur:ob quod gratum est indagare vnde hic terminus mensis tractus est,& vnde nomina mensiū traxere originem.Pro quo est sciendum ꝙ mensis nomen gręcum est,de Lunę nomine tractum.Luna eīn mene gręco sermone vocatur:vnde & apud Hebręos menses lunares,non ex Solis circulo,sed ex Lunę cursu enumerantur:quod est de luna noua ad nouam.¶Ianuarius mensis a Iano dictus,qui fuit agentib⁹ cōsecratus,vel ꝙ limes & ianua sit anni:vnde & bifrons idem Ianus pingitur, vt introitus anni & exitus demostretur.¶Februarius nuncupatur a Februo id est a Plutone,cui eo mense sacrificabatur.Nam Ianuarium dijs superis,Februarium dijs manibus Romani consecrauerunt:ergo Februarius a Februo id est a Plutone,non a febre,id est ęgritudine nominatur.¶Martius appellatur propter Martem habentem Romanę gentis auctoritatem,vel ꝙ eodē tempore cuncta animantia aguntur ad mares,& ad concupiscendi voluptatem,appellatur & mensis nouorum:quia anni initium est Martius. Idem & Nouember ab indicijs scilicet germinū,quia in eo viridātibus fructib⁹ nouis transactoꝝ ꝓbatur occasus.¶Aprilis pro Venere dicitur,quasi Aphrodites

Mores Cōmodi.

Mala mors Cōmodi.

Vñ mēses noīa sortiuntur.

Ianuarius.

Februarius.

Marti⁹

Aprilis

Gręce em̃ Aphrodites Venus dicit: vel quia in eo mense omnia aperiũtur in florem quasi Aperilis. ¶ Maius dictus a Maia matre Mercurij, vel a maioribus natu, qui erant principes reipublicę. Nam hunc mensem maioribus, sequentem vero minoribus, Romani consecrarunt. Vnde & Iunius dicitur. Antea em̃ populus in Centurias seniorum & iuniorum diuisus erat. Iulius vero & Augustus de honorib⁹ nominum Iulij & Augusti Cęsaris nũcupati sunt. Nam prius Quintilis & Sextilis vocabãtur. Quintilis, quia quintus erat a Martio, quẽ principẽ anni testãtur esse Romani. Sextilis similiter quia sext⁹. September nomen habet a numero & imbre, quia septim⁹ est a Martio, & imbres habet. Sic & October / Nouember / & December: ex numero & imbrib⁹ acceperunt vocabula, quem numerum decurrentem December finit: pro eo ꝙ denarius numerus pręcedentem numerum claudit. Aurelius igitur Commodus (vt ait Hugo Floriaceñ) dum in vehiculo cum fratre veheretur anno imperij sui vndecimo causa morbi, quẽ Gręci apoplexim vocant, suffocatus est. Quo defuncto Marcus Antonius solus paucis diebus reipublicę pręfuit. Huius tempore simulacrum marmoreum moueri visum est, & æneam statuam Herculis sudasse per multos dies.

Maius / Iunius. / Iulius. / Augustus. / September. / October. / Nouember. / December.

¶ Capitulum. XL.

SOther natione Campanus in cathedra Petri sedit tempore dicti imperatoris. Cœpit anno domini. c. lxxxij. & sedit annis. ix. mensibus. iij. diebus. xxj. Hic constituit vt legitima non habeatur vxor, nisi per sacerdotem fuerit benedicta, & a parentibus solenniter tradita, & a paranymphis diligẽter custodita: vt habetur. xxx. q. v. c. j. Gratianus, tamen videtur ascribi Euaristo papę: sed potest esse ꝙ titulus est corruptus, sicut multi alij vitio scriptorum. Constituit etiam vt nulla monacha pallas sacratas tangeret, nec incensum in Ecclesia poneret: quę ordinatio habetur. xxxiij. di. c. sacratas Paragrapho vasa. Hui⁹ tpe floruit Dionysius Corinthioꝝ Episcop⁹: quia multa notabilia scripsit expresse contra hęreses ad instructionem fidelium. Multas etiam Epistolas ad diuersas nationes. Hic pontifex anno quinto imperij dicti Cõmodi. x. Kal. Martij martyrio coronat⁹ est. Cõmodus vero in domo Vestali strangulatus interijt cum tanta omnium execratione, vt hostis publicus patrię condemnaretur: cui successit in imperio Helius Pertinax. Tempore dicti pontificis hęresis Cataphrygarũ a Phrygia prouincia dictorum oritur: qui dixerunt spiritum sanctum nec Apostolis nec alicui datum nisi ipsis.

Sother.

¶ Capitulum. XLI.

HElius Pertinax dum pręfecturam vrbis gereret. lxx. maior ex senatusconsulto imperare iussus suscepit Romanum imperium. Cœpit quoq; anno domini. cxciij. ab vrbe condita dcccc. xlvij. ab initio mundi. MMMM. clviij. Hic quia pertinaciter in ꝓmotione sua ad imperium resistebat, Pertinax dictus est. Vnde cum rogaret Senatus cum instantia vt vxorem suam Augustam & filium suum faceret, cõtradicit sufficere, dicens ꝙ ipse regnaret inuitus. Hic vir ętate grandęuus ęquissimus fuit, & omnibus communis, nunꝗ accepit munera, nunꝗ ad vlciscendum se perductus fuit. Hic

Helius Pertinax. / Cur Pertinax dictus.

sexto mense postq̄ regnare cœpit Iuliani iuris periti scelere in palatio interemptus est: qui Iulianus a Seuero apud pontem Miluium septimo mense post vsurpatum imperium exigente iustitia interfectus est:& sic inter Helium Cęsarem & Iulianum Tyrannū & imperij inuasorem,quasi vnus annus consumptus est.Hic Iulianus a nullo scriptore in Catalogo Imperatorum ponitur,nec aliqua tempora sibi annotantur. Helio Pertinaci successit in imperio Seuerus.

Heli9 a Iuliano punitur

¶Capitulum.XLII.

Seuer9 & eius mores.

SEuerus genere Apher Romani imperij suscepit Monarchiam anno domini.cxciiij.ab vrbe condita.dcccc.xlviij.ab initio mundi MMMM.lix.imperauitq̧ annis.xviij.Hic fuit natura seuerus, multisq̧ bellis lacessitus,in quibus semper victoriosus fuit,rem publicam fortissime,sed laboriosissime gubernauit.Hic primum aduocatus fuit bellicosissimus,Latinis,Gręcisq̧ literis eruditissimus,per diuersa officia ascendendo,ad Romanum peruenit imperium.Primus quidem & vltim9 ex Aphrica imperator fuit,ad querendum quoq̧ fuit diligens,& ad dandum liberalis,bella multa fœliciter gessit.Nouissimum quoq̧ bellum in Britannia (quę nunc Anglia dicitur)gessit,ibi magnis grauibusq̧ pręlijs sępe gestis insulam recepit,quam vallo & crebris turribus per centum.xxxij.M.passuum a mari vsq̧ ad mare cum maximo studio cōmuniuit,vt prouincias acquisitas cum plena securitate teneret.Quintam quoq̧ persecutionem in Christianos exercuit,in qua multi sancti per diuersas prouicias passi sunt:inter quos Leonides pater Origenis fuit martyrio coronatus.¶Eo tempore Origenes Alexandrię liberalibus studijs eruditur.Secūdus Narcisus Hierosolymorū Episcopus,Clemens Alexandrinus claruerūt,& etiam Musianus nostrę Philosophię scriptor,& Pantherius Stoicus,& etiam Tertulianus.

Seuer9 Angliā deuicit.

Quinta in Christianos persecutio.

Origenes.

¶Capitulum.XLIII.

Eleutherius.

ELeutherius primus natione Gręcus tempore dicti Seueri in cathedra Petri sedit anno dn̄i.cxcij.ab vrbe condita.dcccc.xliij.ab initio mundi.MMMM.liiij.sedit annis.xv.mensibus.vj.diebus.v.& vacauit annis sex. Hic scd̄m ordinationem Apostolorum constituit,vt nulla esca vsualis tepudiaretur Christianis quem Deus creauit, Statuit etiam vt nullus a suo gradu deijceretur nisi primo accusatus conuinceretur, Christi exemplo: qui Iudam conuictum sustinuit, & quicquid interim inter Apostolos egit pro dignitate ministerij ratum mansit. Statuit etiam vt absente eo cuius causa ventilatur,sententia nullatenus proferatur:quam ordinationē iura canonica postmodum confirmarunt: vt habetur.xj.q.iij.c.eorum.Huius tempore rex Britannię(quę nunc Anglia dicitur)vna cū populo suo baptismum recepit.Erant quoq̧ tunc in Britānia.xxviij.pontifices Idolorum, quos Flamines appellabant:inter quos Archiflamines erant,& de mandato papę vbi erant Flamines instituti sunt Archiepiscopi.Et pręmissa facta extitere per duos religiosos viros: videlicet Fugatiū & Damianū ibidē per Papā missos.Hic pōtifex Eleutherius anno.vij.vel.viij.Kal.Iunij martyrio coronat.Dictus quoq̧ Seuer9 princeps in Anglia apud Eboracū diē clausit extremū:cui successit in imperio Antonius Caracalas. ¶Cap.XLIIII.

Eleutherij statuta.

Rex anglię baptizat.

Flamines.

Archiflamies

Antonius Caracalas Romanū suscepit imperiū anno dñi .cc. xiij.& ab vrbe condita.dcccc.lxiiij.ab initio mundi.iiij.M. clxxv.imperauit annis.vij.Fuit quoq; lasciuus & intēperatus,Iuliam quoq; nouercam suam duxit vxorem. Caracalas dictus est a genere vestis,qua singulariter vtebatur.Hic pessimus imperator cum ad bellū cōtra Parthos se pararet iter Edissem & Charas ab hostib9 circūuēt9 occisus est:cui successit in īperio Macer Macrinus pręfectus palatij nulla volūtate senatus. ❡Cap.XLV.

Antoni9 Caracalas.

Antonius nouercā duxit vxorem.

Victor primus natione Apher tempore dicti imperatoris in cathedra Petri sedit:& cœpit anno dñi.cc.vij.sedit annis.x. vacauit sedes diebus.xij.Hic instituit vt a.xiiij.luna vsq; ad xxj.possit assumi Pascha in die dñica tm̄:quia tantus vel circa est saltus lunę:& postea reditus.Huius pontificis tempore fuit concilium congregatum in Palęstina,& diffinitum q̄ sequenti dominica post.xiiii.lunam Pascha domini celebretur,ne iudaizare videremur.Et hoc ideo factum est,quia aliqui faciebant Pascha cum Iudæis hoc est sub eadem lunatione:vt Cusentinus scribit.Anno primo dicti imperatoris dictus pontifex.v.Kl'.Augusti martyrio coronat'. ❡Cap.XLVI.

Victor.

Cōcilium i Palęstina.

Macer Macrinus Romanum arripuit imperium anno domini.cc.xx.& ab vrbe condita.dcccc.lxxj.ab initio mundi.iiij.M.clxxxij.& imperauit anno vno.Huius Imperatoris tempore vir sanctus Abagarus regnauit Edissę.Hic tumultu militari elapso anno post inuasum imperium occisus est:cui successit in imperio Marcus Aurelius Antonius.

Macer.

Abagarus.

❡Capitulum.XLVII.

Marcus Aurelius Antonius Antonij Caracalę vt putatat filius,assumpsit Romani imperij fastigium,anno domini.cc. xxj.& ab vrbe condita.dcccc.lxxii.ab initio mundi.iiij.M. c.lxxxiij.& imperauit annis.x.Hic Heliogabali Trupli sacerdos fuit,impudissimeq; viuēs nullam sui nisi stuprorum flagitiorum & totius obscęnitatis infamem memoriam dereliquit.Tandem tumultu militari cum matre occisus est.Hic genitus fuit ex Semyramide vulgatissima meretrice:ad cuius voluntatem fecit omnia turpia impuriora omni bestia,qui non homo sed vpupa fœdissima est nominādus.Aliqui non vocant eum Marcum sed Heliogabalum:cui successit in imperio Alexander Mammeę filius. ❡Capitulum.XLVIII.

Marc9 Aureli9

Marc9 cū matre occiditur.

Alexander Mammeę filius assumpsit Romani imperij Monarchiam:& imperauit annis.xiii.Hic Alexander natus ex Mammea mulierum Christianissima,q iuuenis virtuosissim9 purgatis sordibus Heliogabali rempublicam salubritet gubernauit,consilio Vlpiani,qui fuit legalis scientię princeps vsus est.Habuit dictus imperator omnes dotes naturę & fortunę,& vitas bonorum ptincipum metrice descripsit.Hic Xerxen regem Persarum vicit.Cumq; a victoria eius rediret Syrii supplicauerunt sibi vt mitteret ad Regulos Indorum vt redderent beatum Thomam Apostolum ciuib9 suis,quod factum est,& trāslatum corpus Apostoli de India in ciuitatē Edissę,in qua ciuitate nullus hęreticus pōt

Alexāder.

Vlpianus.

Miraculum.

viuere,nullus Iudęus,nullusq́ Idolorum cultor.Sed nec Barbari eam inuadere aliquando potuerunt,ex quo Abagarus rex eiusdem ciuitatis meruit Epistolam scriptā de manu Saluatoris accipere.Hāc Epistolā legit infans baptizatus stans super portam ciuitatis,si quādo gens aliqua cōtra ciuitatem venerit:eademq́ die qua lecta fuerit;aut parcantur hostes aut fugiāt. Multi sub

Valerianus. Cecilia Origenes.

fide Christi sub isto imperatore coronantur:vtpote Tiburtius,Valerianus, Cecilia,Cyriacus,& Iulita mater eius,& plures alij.Eius temporibus floruerunt Hippolytus,qui multa notabilia scripsit:etiam Origenes ille famosissimus doctor,quem Māmea Christiana mater imperatoris ab Antiochia euocatum studiose audire curauit.Hic post martyrium Leonidis patris sui rebꝰ patrimonialibus ob confessionem Christiani nominis priuatus cum matre vidua & sex fratribus pauper derelictus.xvij.annos habens studio literarum

Origenes sustētabat matrē/ frēs/& sorores ex lucro librario.

intentus se matrem & fratres de eo quod docēs lucrari poterat,sustentabat. Hic in tantam euasit sapientię perfectionem vt omnes orientales dici possit merito superasse.De eo sic scribit Aymo.Origenes Leonidis martyris filiꝰ & ipse fere a pueritia voluntate minor eo q̄ a matre subripiente noctu vestes eius pia fraude a Martyrio impeditus est. Hic maxime in lectione & doctrina diuinorum voluminum potentissimus fuit,qui vt omnem occasionē turpis maledicti infidelibus tolleret;quod minus perfecti sensus,sed seruantis fidei & nimię castitatis opus exercuit.Nam illud Euangelium attendens

Origenes voluit cū prē martyrizari

Sunt Eunuchi,qui se castrauerūt propter regnum dei,mox illud in seipso cōpleuit.Tunc quoq́ nulla ab aduersarijs obtrectandi occasione relicta vigilāter doctrinę & prædicationi opportune,& importune per diē & noctē publice & priuatim institit,in abstinētia plurima,in ieiunijs indesinentibus,in vigilijs pene iugibus docere & prędicare non desinens:& si quādo aliquid parū somni necessitas naturalis exigeret,hunc ille non supra stratum,quo nullo vnq̄ vsus est, sed supra nudi soli superficiem capiebat. ¶Fertur quoq́ q̄ ex

Dicta Origenis.

eius auditorio plurimi ex vtroq́ sexu martyres sunt effecti eius feruentis doctrinę deuotione in amorem diuinę legis perfectius inflāmati.Hic inter alia volumina quę edidit codicem de singularitate clericorum composuit,in quo de cohabitatione mulierum vitanda,pudicitiaq́ seruanda pulcherrime loquitur in hunc modum. Quia fœminarum commoratione quidam inter nos ad ignominiā deuoluti sunt dominus me miserum pro nostra negligentia cum seueritate per reuelationem corripiens mandare pręcepit,ne clerici cum fœminis cōmorentur.Nimis certe pręceps est,qui transire contendit vbi alium cecidisse conspexerit,& vehemēter infirmus est cui non incutitur timor alio pereunte.Ille autem est prouidus qui sollicitus fit casu cæterorum. Aduersatia confidentia est quę periculis pro certo viam suam cōmendat,Et lubrica spes quę inter alia fomenta peccati saluari se sperat.Impossibilis quoq́ liberatio est flammis circundari & non ardere.Difficile est vt venenum quis bibat vel in ripa dormiat & non cadat. In hac parte magis expedit bene timere q̄ male cōfidere.Et vtilius est vt infirmū se homo cognoscat vt fortis existat q̄ vt fortis videri velit,& infirmus emergat.Minus auaritię molestias patitur qui diuitias nō videt. Vnde dicit Apostolus.Qui volunt diuites fieri ꝛc. Sic tentationibus subiacet qui fœminę iunctus est,in qua nihil est aliud nisi vt feriat proximātem.Aculeus enī peccati facta est forma fœminina.Quāti

& quales Episcopi & clerici & laici post victoriarum certamina, post magnalia & signa & mirabilia quęquę monstrata noscuntur, cum suis omnibus naufragasse, cum voluerunt in naui fragili nauigare. Quātos leones domuit muliebris delicata infirmitas, quę licet sit vilis & misera, de magnis tamen & fortibus efficit prędā suā. O q̄ horribiliter fœminę propinquitas iaculatur, cui⁹ vicinium est latrocinīū delictorum, de carbonibus scintillę dissiliūt, aspides morbos sibilant, de vestimentis procedit tinea, soloq; visu interimit basilisc⁹. Frustra etiam pudicitię bonum intrinsecus laborioso agone custodit, qui illā permittit forinsecus infamarī: imo peius est q̄ mœchia cōtinētiam ducere criminosam, & infamem facere sanctimoniā. Blasphemiam enī ingerit religioni quā colit qui quod cōfitetur nō coram hominibus implet, ne christianitas credatur esse fallacia, & mœchatio videaẗ sanctitatis velamēto vestita. Aspectus fœmineus subito & in transitu occurrens velut sagitas alienis oculis iactat. Tolerabiliusq; est audire aspidem sibilantem q̄ mulierem cantantem. Oīs incōueniens sodalitas mulierum glutinum est delictorum & viscum toxicatum quo diabolus aucupatur, vbiq; gustanda est mulierum non cōtinuāda pręsentia, & quasi transeundo fœminis est adhibenda acceptio, quodāmodo fugitiua. Tunc enī calamitatibus locum tollimus cum prouidentiam gerimus temporum futurorum. Sed hęc est semper humanę naturę incredulitas vt non solum audiendo sed etiam videndo non credat alios interijsse, nisi & semetipsum videat interire. Quid miramur si Adam per Euam seductus est, quem nulla morientium exempla pręcesserant. Sed vna iussio sola constrinxeta cum nos nec innumerabiles mortes nec infinita iussa compescāt. Et sic multa pulchra prosequitur ad doctrinam euitationis consortij mulieris, quę causa breuitatis omitto. Verum quia castitatem seu virginitatem pulcherrime in dicto exhortatorio diffiniuit, dictam diffinitionem pręsentib⁹ annotaui. Dicit siquidem Origenes in libello prędicto. Castitas seu virginitas est nomen sanctimonię, expurgatio infamię, infirmitas lasciuię, animę victoria, corporis pręda, vbertas gloriarum, captiuitas criminum, abolitio scandalorum, pax virtutum, debellatio inquietantium, æmulorum culmen puritatis, carcer libidinis, portus honestatis, vita spiritus, carnis interitus, status quasi litatis angelicę, firmus status humanę substantię. Quidam quoq; magni doctores Origenem in multis, quę ad fidem pertinent errasse & hæretica scripsisse, videtur asserere. Scripsit enī dictus Origenes (vt dicunt) reprobos post mille annos absolui debere. Scripsit de pœnitentia diaboli: scripsit enī panem illum quem dedit dominus discipulis suis non fuisse verum corpus eius, exponens illud de pane verbi dei, quę omnia orthodoxę fidei aduersantur. ¶ In cōmentarijs quoq; librorum Moysi nimis videtur allegoricum sensum sequi, & quasi improbare historię veritatem. Præterea multum conatur multisq; argumentis probare nititur, vt tunicas illas pelliceas, quas dn̄s fecit primis parentibus, humana corpora crederemus dicens. Nunquid coriarius erat deus aut corticularius, vt pelles animalium conficeret & consueret pelliceas tunicas Adę & Euę. Manifestum est ergo (inquit) q; de corporibus loquitur. Preterea Hieronym⁹ ad Palmatiū de origine sic loquiẗ. Si mihi creditis Origenista nū q̄ fui, & si nō creditis nūc esse cessaui. Male sentit de filio Origenes, pei⁹ de spiritu sancto, animarū de cœlo ruinā impie ꝓtulit, verā carnis resurrectionem

Notanda Origenis p̄clara dicta.

Descriptio castitatis.

De errātis Origenis.

Errata Origenis.

negauit. Post autem secula vnam de omnibus resurrectionem asseruit. Idem de ipso ad Desideriū, Origenes melior in omnib⁹ bonis, peior in malis fuit: cuius hęreses in libris Peri archon quos cōposuit maxime inueniri dicūtur.

Adhuc in operibus Origenis p seuerat.

Sed plurimum admirandum est ꝙ vir tam illustris tam abstinentissimę vitę tam pręclarę doctrinę, tam lucidi pręclariq́ sermonis, quiq́ ad hęreticos confutandos tam viua voce q̃ librorum disertis disputationibus potentissime laborauit, in tam turpes hęreses fuerit prouolutus: vnde salua semper sententia & opinione maiorum non est credendum ꝙ ipse Origenes prędicta scripserit. Sed ab hęreticis ad p̄clarū nomen ei⁹ obfuscādū maligne cōficta sunt & conscripta, & noīe suo intitulata. vel si scripsit nō scripsit ex snīa, sed dissentit ex opinione.

Apologia Origenis in librorū suorū de prauatores.

Stat em̄ Apologia eiusdē, in qua sic loquit. Quidā eorū qui libenter criminantur ascribunt nobis & doctrinę crimen blasphemię, quod a nobis nunq̃ audierunt dicentes me patrem malitię ac perditionis eorū qui de regno eijciuntur: id est diabolum esse saluandum: quod nec aliquis etiā manifeste insaniens diceret: sed nihil mihi videtur mirum si adulteratur doctrina mea ab inimicis: nam & tali adulterio Pauli Apostoli Epistola est corrupta. Quidam enim sub eius nomine scripserunt Epistolam falsam, vt Thessalonicensem Ecclesiam conturbarēt. Tale quiddā & in nobis videmus accidere. Nam cum sub pręsentia multorum inter nos & quosdam maledictos habita fuisset disputatio & descripta: quidem auctor hęreseos accipiēs ab his qui descripserunt codicem quę voluit addidit, & quę voluit abstulit, & quod voluit permutauit, & circūfert, quasi ex nomine nostro insultans & ostēdēs ea quę ipse rescripsit. Si quis ergo vult credere mihi in conspectu dei loquentis credat. Si autem qui non credit sed vult de me male loqui, mihi quidem nihil damni infert. Erit autem ipse falsus testis apud deum & apud proximum falsum testimonium dicens, vel dicentibus credens: timeat autem quod dictum est, Maledici regnum dei non possidebunt. Stat etiam libellus qui planctus Origenis dicitur: & a beato Hieronymo trāslatus asseritur: in quo sic ex persona legitur Origenis.

Apologia Origenis & ei⁹ sententia.

Hei mihi mater mea quę peperisti virum legis peritum in iniquitatem proiectum, virum religiosum & in impietatē delapsum peperisti quasi turrem excellsam vel latam, sed subito vsq́ ad pauimentum prostratam, sicut arborem fructiferam subito marcidam, sicut lampadem luciferam, & subito extinctam. Quis dabit capiti meo aquā & oculis meis fontem lachrymarum, vt plangam meipsum in contritione mea: cerno sacerdotium flens super me, & thronum meum super arenam tepentem me video: require me dn̄e quia de superiori Hierusalē cecidi. Hei mihi doctori, quia nec locum teneo discipuli. Tu nosti domine, quia inuitus cecidi. Volens em̄ alios illuminare: meipsum obscuraui. Volens pietatem inuenire, contra pietatem inuentus sum. Vulnerauit me diabolus in Angelum lucis transfigurat⁹. Flebam aliquando super Sansonem, sed peiora perpessus sum super Salomonem & deterius cecidi super omnes qui peccauerunt, & omnibus deterior apparui: Sanson coma capitis defuit, mea vero de capite cecidit corona, illum mulier seduxit: me lingua mea ad peccati ruinam perduxit. Cōcultate me pusilli ac magni, concultate sal insipidum, quia indignus deo sum, diuinum sal in stercore iacet. Video super me nubem obumbrantem, & solis radios abscondentem. Dirige me domine & mitte spiritum tuum vt igneo respectu repellat

a me diabolum ſpinoſum, & deleatur quę contra me eſt cautio peccati. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. Vtiq; errantis & de errore pœnitentis ſunt verba prędicta, cuius error quo ad catholicę fidei regulas pertinet ex eo forſitan prouenit: quia nimio lectionis ſtudio Philoſophos eſt amplexus. Attigerat enim & omnino aſſecutus fuerat ſecreta Platonis, & Pythagorę, Theremonis quoq; Stoyci & Corinthi volumia, cęterorũq; Philoſophorum: & quia forte in eis nimium eſt moratus, & diutius bibit de aurato calice Babylonis quodãmodo coactus eſt de eius fęce in ſacram ſcripturam refundere. Ex quo colligit & notat ꝙ cauẽdũ eſt Eccliaſticis viris, ne nimis dẽt operã Philoſophicis inſtitutis, ne forte cum eorum inanibus poculis inebriati fuerint, & tumidis ſenſibus inflati, difficilius retracto pede ad humilitatem Chriſti & ſacrę fidei regulas reuocentur, & tardius fidei acquieſcant. Edocti contrario nec lectores artium nec ipſas artes diſcendas damnamus, quas ad profundas theologię euocandas & perſcrutandas rationes multũ vtiles, imo neceſſarias eſſe conſpicimus. Theologia em̃ eſt artiũ domina: & ei artes tanq̃ pediſſequę famulãtur. Hęc de Origene dicta ſufficiant. Beatus Hieronymus ſe legiſſe fatetur. vj. M. volumina librorum quę compoſuit Origenes, exceptis Homilijs & Epiſtolis. Nunc ad ſeriem hiſtorię ꝛedeamus.

De voluminibus Origenis.

ℂCapitulum. XLIX.

HVius Alexandri tempore Zepherinus primus natione Romanus ex patre Abundio in cathedra Petri ſedit. Cœpit autem anno dñi. cc. xvij. & ab vrbe condita. dcccc. lxix. ſedit autem annis nouem, menſibus ſeptem, diebus decem: & ceſſauit Epiſcopatus diebus ſex. Hic inſtituit vt in publico in die Paſchę omnes Chriſtiani a duodecimo anno ſupra, cõmunicarent: quod poſtea Innocentius tertius non ſolum ad cõmunionem, ſed etiã ad pœnitentiam ſeu confeſſionem peccatorum extendit. vt extra de pœni. & re. c. omnis. Hic etiam inſtituit vt Epiſcopus celebrans ſemper habeat præſentes aſtantes ſacerdotes. vt. xciij. di. diaconi. Hoc idem inſtituit Euariſtus, licet magis in generali: vt ſupra patet. Inſtituit etiam vt in pręſentia clericorum & laicorum fidelium clericus leuita vel ſacerdos ordinetur. hoc habetur lxx. di. c. neminem. quod quidem confirmatum fuit per concilium Calcedonenſe: vt in dicto. c. patet. Item ſtatuit vt in vaſe vitreo fieret conſecratio ſanguinis dñi, & non in ligneo: ſicut antiquitus de hoc habet̃ de cõſe. di. c. vaſa. ſed ꝓceſſu tp̃is poſtea eſt ꝓhibitũ, vt nec in ligno ꝓpter ſui poroſitatẽ, nec in vitro ꝓpter ſui fragilitatẽ, nec in cupro aut aurichalco, quia fœtorẽ cauſat & rubiginẽ generat, ſed aut in auro, aut in argẽto, aut in metallo ſtãneo cõſecratio fiat: vt patet ex cõcilio Trabrieñ. & Remeñ. vt habet̃ de cõſe. di. c. vaſa. & c. calix. Toleratũ tñ fuit antiquitꝰ de ligno vel vitro, ſiue ꝓpter impotentiã ſiue ꝓpter exẽplũ. Amodo vero multiplicato Chriſtiano cultu ad maiorem dei reuerentiã, de magis precioſis metallis eſt inſtitutũ. Dictus põtifex anno primo dicti Alexandri martyrio coronatur.

Zepherinus. De iſtitutionibus Zepherini

ℂCapitulum. L.

CAlixtus primus natione Romanus dicti Imperatoris tempore in cathedra Petri ſedit anno dñi. cc. xxvij. & ſedit annis quinq;, menſibus duobus, diebus ſex. Hic conſtituit vt in accuſatione preſbyterorum infames & inimici nullo titulo recipiantur. Item ſuſpecti

Calixtꝰ De iſtitutione Calixti

in accusatione & testificatione non debent recipi: vt habetur.iij.q.v.c.accusatores. ¶Item consanguinei accusatores vel conspiratores testificare non possunt vt eadem causa & quęstione.c.accusatoribus.Item eos hęreticos esse diffiniuit,qui asserunt sacerdotem post lapsum pœnitentem ad pristinos honores redire non posse.l.di.c.ponderet. ¶Hic pontifex anno sexto imperij Alexandri martyrio coronatus est.Hic Alexander dominū se appellari prohibuit,seruato tamen nomine imperatoris:nullam legem sanciuit nisi prius viginti viri doctissimi suas sententias pręmeditatas inscriberēt.Christo tēplum facere disposuit,& inter deos recipere. Quod etiam dicitur Adrianus cogitasse,qui templa in omnibus ciuitatibus iussit fieri absq; simulacris.Sed prohibitus est ab his qui sacra seruabant asserentibus per hoc oēs fieri Christianos.Hic asserebat tutius esse reipublicę habere malum imperatorem q̄ cōsiliarios eius malos,quia vnus malus a multis bonis sępe corrigitur,& non econuerso. Alexander autem imperator apud Mangonciacum ab exercitu interfectus est:cui successit in imperio Maximinus.

De morte Alexandri.

¶Capitulum.LI.

Maximinus.

MAximinus assumpsit Romanum imperium. Cœpit autem anno domini.cc.xxxviij. & ab vrbe condita.dcccc.xcj. Ab initio vero mundi.iiij.M.cc.iiij.& imperauit annis tribus. Hic primus de corpore militari sine auctoritate senatus ab exercitu imperator est electus.Sextam aduersus sanctā Ecclesiam mouit persecutionem,sub qua multi martyrū passi sunt.Fuit autem ingentis staturę octo pedum mensuram excedens,pedē tantę magnitudinis habuit,vt in eos qui loquuntur inepte id prouerbium caderet,Maximini caligam requirit.tam vini appetens,vt vini amphoram vna cœna biberet.Verum enimuero cum sextam aduersus Christianos persecutionem exerceret iusto dei iudicio a Pupieno Aquileię quam obsidebat vna cū filio Maximino interfectus persecutioni simul & vitę finem imposuit,Mameę mulieris Christianę & Origenis mortem maxime cupiens.

¶Capitulum.LII.

Vrbanus.

VRbanus primus natione Romanus dicti imperatoris tempore in cathedra Petri sedit anno domini.cc.xxxij.sedit autem annis octo,mensibus.xj.diebus.xij.& cessauit Episcopatus diebus.xxx.Hic præcepit Ecclesiam recipere prędia & redditus,& viuere in communi.Eius enim tempore cœpit primo Ecclesia prędia possidere:de quorum redditibus Vrbanus ministrabat clericis sumptus & notarijs qui martyrum gesta conscribebant.Alij enim viuebant in Ecclesia instar Apostolorum pecuniā tm̄ recipientiū pro egenis:de hoc habetur.xij.q.j.c.videntes.Hic distinxit tempora ieiuniorum quatuor tempor.,quę prius per conciliū Maugrātinum cōfuse fuerant tradita:vt patet di.lxxvj.c.statuimus.&.c.constituimus.Statuit etiam vasa altaris fieri aurea vel argentea,vel saltem stannea:de hoc habetur de cōsecra.di.c.vasa.Hic sanctus pontifex primo vel secundo anno dicti imperatoris martyrio coronatur. ¶Maximinus quoq; imperator desert⁹ a militibus Pupeij apud Aquileiam occisus est .Pupeius autem & Bralbinus frater eius vsurpauerunt imperium,sed mox in palatio sunt occisi.Maximino

De institutione Vrbani

itaq̧ successit in imperio Gordianus. ¶Capitulum.LIII.

Gordianus assumpsit Romanũ imperium:cœpit autem anno dñi.ccxl.& ab vrbe condita.dcccc.xciiij.ab initio mundi iiij.M.cc.&.vij.& imperauit annis sex.Hic admodum adolescẽs Parthis deuictis dum victor ad vrbem reuertitur fraude Philippi prefecti pretorio nõ longe a Romano solo peremptus,cui milites solennem sepulturam ędificauerũt ossibus eius Romam reuectis.Hic Gordianus ad sexagintaduo millia librorum habuit in bibliotheca. — Gordianus.

¶Capitulum.LIIII.

Vius imperatoris tempore,Pontianus primus natione Romanus patre Calphurnio in cathedra Petri sedit annis sex, mensibus duobus:& cessauit Episcopatus diebus decem.Statuit etiam vt in celebratione missarum sacerdos confessionẽ faciat,anteq̃ ad altare accedat.Hic in exilium deportatus in insulam Sardinię,ibi in vltimis dieb9 dicti imperatoris martyrio coronatus est. — Pontianus.

¶Capitulum.LV.

Philippus assumpsit Romanum imperium anno dñi.ccxlvj.& ab vrbe cõdita anno millesimo,ab initio vero mũdi.iiij.M.cc.&.xiij.& imperauit annis septem.Hic Philippũ filiũ suum consortem imperij fecit,qui scilicet Philippus adeo seueri animi fuit,ne vllius vnq̃ cõmento induci potuerit ad ridendum. Hic primus Philippus ex Romanis imperatorib9 Christian9 fuit per beatum Pontium martyrem ad Christi fidem cõuersus,sicut in gestis eiusdẽ martyris continetur.Huius Philippi principis anno primo fuit millesimus annus vrbis conditę completus,propter quod Romani magnam solennitatem fecerunt,quam tribus diebus & tribus noctibus continuis protraxerunt,innumerabiles quoq̧ bestię ob dictam festiuitatem in circo magno interfectę sunt,ludiq̧ in campo Martio Theatrales dictis tribus diebus celebrati sunt,solenniter populo vigilante Philippo imperatori Paschę vigilijs interesse volenti cõmunicare sacris mysterijs restitit Fabianus papa,nec permisit donec peccata sua confiteretur,immo ipsum inter pœnitentes stare fecit. — Philippus primus imperator christianus. Ponti9 martyr.

¶Hi duo imperatores per beatum Pontiũ ad fidem Christi cõuersi(vt supra narratũ est)thesauros suos beato Sixto & Ecclesię dimiserunt,quos Decius minor,qui non imperator sed Cęsar fuit a beato Laurentio requirebat:sicut in legenda sua & gestis eius plenius declaratur.Fuit igitur iste Pontius(vt ait Vincentius)filius cuiusdam Senatoris vrbis qui vocabatur Marcus:mater vero Iulia.Hęc pręgnans cum olim Idolorum templa cum viro suo munera portans circuiret venit ad templum Iouis,quod cum ingrederetur forte sacerdos velato capite infulatus ad aram stabat,qui arreptus a dæmone,appræhendensq̧ simul velamen & infulam cœpit eam minutatim scindere:voceq̧ mirabili eiulans omne templum clamoribus complere:Hæc(inquiens)mulier eum in vtero gestat:qui magnum hoc templum funditus subuertet.Cumq̧ iterum atq̧ iterum has voces repeteret,Marcus & Iulia hęc audientes exangues effugiunt in domum prope positam.Arripiensq̧ Iulia saxum aluum suaq̧ latera tundens,aiebat. Vtinam eum non concepissem per quem magnum illud templum & numina eius sunt euer= — Pontij vita.

tenda. Melius est vt egoipsa cũ hoc deficiã. Cũq; dies pariẽdi aduenisset, edidit puerũ honestũ sine vlla macula, quem credebant tantis supplicijs maceratum exanimem generari. Mater aũt pueri Iulia intersicere puerum nitebatur. Cui Marcus pater dixit. Sine, non intersicias eum: si Iuppiter voluerit vindicet se de inimico suo: nos autem nõ inijciamus man⁹ nostras in eũ. Sicq; cõseruatus est paruul⁹, quẽ ex genere suo Pontiũ vocauerũt, inde accidit vt in tẽpla Idolo͏ꝝ nũq̃ induceretur. Sed cũ ad puerilẽ venisset ętatẽ magnis doctorib⁹ imbutus, oĩm Philosopho͏ꝝ fere vel diuersarũ artiũ literis pollebat: oĩaq; memoriter retinebat. Cũq; quadã die diluculo surgẽs ad pręceptorẽ suũ pergeret, audiuit Christianos quib⁹ sanctus Pontianus pręerat psallẽtes & dicẽtes. Deus noster in cœlo & in terra, Simulacra gentiũ argentum &c. Hęc audiens puer & suspirans spiritu sancto cõpunctus flere cœpit, & eleuans palmas ad cœlum dixit. Deus cuius laudẽ isti decãtant, ostẽde mihi notitiã tuã: cœpitq; pulsare ad ianuã vbi psallentes erant. Tunc sanctus papa reuelante ei spiritu sancto dixit. Aperite & sinite intrare puerum: talium est eñ regnũ cœlorum. Puer ergo Pontius relictis Pędagogis suis in vico ingressus est cũ vno adolescentulo qui cũ eo studebat noĩe Valerio, & inquisita veritate de carmine quod audiuerat eos cantare, a sancto Pontiano cũ collega suo in fide salubriter instructus est. Qui abeuntes lęti quotidie redibant ad hominẽ dei, & audiebant verbũ salutis. Cũq; rediret Pontius ad patrẽ suũ requisitus an aliquid percepisset a pręceptorib⁹ suis, aiebat. Nunq̃ meli⁹ a magistris meis audiui q̃ hodie vel heri: tandem patri suo nihil esse ostendit: & introducto ad eũ sancto Pontiano ad fidẽ eũ conuertit: ita q̃ ipse Marcus simul cũ sancto Põtiano & filio suo oĩa Idola sua cõfringens manibus suis baptisma cũ filio suo & omni domo sua suscepit. Demum post multa tormẽta (vt in eius legẽda cõtinetur) sub Valeriano & Galieno decollatus est. Deniq; hi duo Philippi pater & filius occisi sunt: pater Veronę, filius Romę fraude Decij circũuẽti. Cui successit Decius.

¶ Capitulum. LVI.

Decius — Decius assumpsit dignitatem Romani imperij anno domini. cc. liij. & ab vrbe condita. M. viij. ab initio vero mundi iiij. M. ccxx. & imperauit anno vno scd͞m Vincentium: sed secundũ Martinum annis duobus, mensibus quatuor. Orosius vero dicit q̃ imperauit annis tribus, cui fidem adhibeo. Qui e Pannonia inferiore natus ciuilis belli incensor post Neronem feralia dispersit edicta, plurimosq; sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit: verũtamen vltio violati nominis Christiani, & quatenus ad profligendas Ecclesias edicta Decij cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur: nam nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quę non illa generali pestilentia correpta atq; vastata sit. Hic cũ Philippũ patrẽ, & Philippũ filiũ occidisset in odium ipso͏ꝝ quia

Septia persecutio i christianos horribilis. — Christiani fuerunt, Septimã cõtra christianos persecutionem mouit, sub qua persecutione infiniti martyrio consecrantur. Tũc passus est martyr Christi Dionysi⁹ Alexãdrin⁹, qui sermonẽ fecit de lapsis. Nouat⁹ eñ Ecclię Romanę p̃sbyter elatus & tumidus lapsis post baptismũ spem salutis adimẽs, ipsos asserebat reparari non posse, etiã si digne pœnituissent: imo baptizatos rebaptizabat: propter qđ ab isto Nouato Heresiarcha Nouaciano͏ꝝ hęresis ori=

tur, qui ab Ecclesia separati se catharos id est mundos appellauerũt. Ob quam causam cõsiliũ sacerdotale celeberrimũ cõgregatũ extitit, ibiq̃ statutũ a papa Cornelio nouatũ cũ suis sequacib⁹ ab Ecclesia dei penit⁹ alienũ. Cyprianus quoq̃ de ipsis librũ edidit, in quo ipsi⁹ lapsus rerũ tpalium amore esse designat sic dicẽs. Multos decipit sui patrimonij cęcus amor quos facultates suę velut cõpedes ligauerũt. His vinculis his catenis virtus retardatur, fides premitur, aĩa pręcluditur, & serpẽti terrã comedẽti qui terrenis adhęrent cibus efficiuntur: possidere se credũt, qui potius possidẽtur, census sui serui, nec ad pecuniam suã dñi, sed magis pecunię mãcipati. Passa est sub isto beata Agatha & septem dormiẽtes. De asperitate quoq̃ dictę persecutionis sic loquitur Eusebius libro vj. Nullis nostrũ erat iter peruiũ. Nullus plateę transitus indulgebatur, neq̃ die neq̃ nocte ꝓcedendi vsq̃ libera erat facultas. cũ quis nostrũ apparuisset in publicũ statim clamor vulgi & seditio nascebatur, vt vel pedibus traheret̃ qui iussus esset vel igni succenderetur. Sub hoc Decio Laurẽti⁹ diaconus martyriũ duxit. & Hugo Floriaceñ dicit: deniq̃ nõ possem⁹ euoluere quãtę magnitudinis, hoc persecutionis igne succensę in desertis, & in montibus latitantes fame siue frigore, languore, latronibus, bestijsq̃ consumptę sunt. Deniq̃ Decius nõ perfectis duob⁹ ãnis principatu Romano a Picis administrato cũ filio suo quẽ Cęsarẽ legerat, in medio Barbaroꝝ fuit interfect⁹, regnũ cũ vita ꝑdidit: cui successit i iperio Gall⁹ Hostilian⁹ cũ filio suo Volusiano. ¶ Cap. LVII.

Agatha martyr

Gallus Hostilianus.

Gallus Hostilianus cũ filio suo Volusiano assumpsit Romanũ imperium: cœpit autẽ anno dñi. cclvij. & ab vrbe cõdita M. x. ab initio vero mũdi. iiij. M. ccxxij. & imperauit annis duobus, mẽsib⁹. iiij. Huius regnũ cũ floreret in initio & cuncta ei ex sententia cederẽt sanctos viros qui pro pace & ꝓsperitate regni eiusq̃ dñio supplicabãt persequi cœpit cũ quibus pariter prosperitatẽ suã fugauit & pacẽ. Exorta quoq̃ persecutione, exorta est vltio violationis nõis Christi, & vsq̃ ad profligẽdas Ecclesias edicta decurrerunt, eatenus incredibilium morboꝝ pestis extenditur. Nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quę nõ illa generali pestilẽtia corrupta atq̃ euacuata sit. Per idem tempus ortitur quęstio in partibus Aphricę de rebaptizando an nõ. Cypriano Carthagineñ Episcopo placebat eos rebaptizari. Sed Romano põtifici & cęteris occidentalibus Episcopis non placebat, immo illa manebat sententia post abiectionem praui dogmatis sola eos manus impositione esse purgandos. ¶ Capitulum. LVIII.

Anthe[r]us.

His quoq̃ temporibus Antherus seu Ancheros natione Græcus in cathedra Petri sedit anno domini. ccxlvij. sedit annis duodecim, mense vno, diebus septem. Aliquę historiæ tradunt hoc tempore fuisse Cyriacum papam, qui per deuotionem quam habuit ad vndecim millia virginum cessit papatui, & secutus est eas vsq̃ Coloniam, ibiq̃ passus est cum eis martyrium. quem secuti sunt aliqui Cardinales & Episcopi, inter quos fuit Follanus/Lucanus Episcopus, vt scribit Iacobus de Voragine, Ianueñ Archiepiscopus, & omnes cum dictis virginibus martyrium susceperunt a rege Hunorũ. Et quia dictus Papa tantam dignitatem dimisit vt sequeretur puellas, imposuerunt eidem q̃ non ex deuotione hoc fecit: sed virginum ob-

lectatione: vnde noluerunt Cardinales ipsum in Catalogo summoꝝ pontificum ponere, & vt dicunt successit huic Antherus. Sed hęc historia nō videtur hic cadere propter multa quę traduntur in legenda. xj. milliū virginū: vt dictus Iacobus dicit. Et hoc idem sentit Vincētius Beluaceñ. quia adhuc Cardinales nō erant, nec Constantinopolis: vnde oportet dicere ꝙ hoc fuit post tempora beati Syluestri. Hic gloriosus pontifex fecit ordinationem vnam, Episcopū vnū. Censuit vt Episcopus omisso primo Episcopatu ad aliū necessitatis causa & vtilitatis, nō suiipsius, sed creditarū ouium transferri possit interposita summi pontificis authoritate. Huius temporibus Iulius Aphricanus fuit inter scriptores nobilis, cōstituta etiā Cęsareę noīe suo insigni bibliotheca. Tandem martyrio coronatus est. Gallus aūt Hostilianus & Volosianus prędicti imperatores, quia Christianos persecuti sunt, infeliciter occisi sunt, quibus successit Valerianus cum Galieno filio suo &c.

¶ Capitulum. LIX.

Valeria nus. Valerianus cum Galieno filio suo suscepit Romani imperij dignitatem anno domini. cc. lix. & ab vrbe condita. M. xij. ab initio vero mūdi. iiij. M. ccxxiiij. & imperauit annis. xv. De Valeriano dicitur lib. vij. Ecclesiasticę historię. Valerianus super cæteros qui ante se fuerant humanus & benignus extitit erga famulos Dei, ita vt in initio multo etiam illis benignior videretur, qui nomine saltem Christiani dicebātur. Intm̄ quoqꝫ venerabatur seruos Dei, vt domus eius Dei Ecclesia videretur. Deprauatus est autē & a veritate deiectus per quendam doctorem pessimum magistrum & principem Aegyptioꝝ Magorum. Tantūqꝫ a pietate christianę religionis alienatus est, vt iustos & sanctos viros persequi iuberet. Hi eñ imperatores octauā contra Christianos mouerunt persecutionem, in qua multi passi sunt sancti.

Octaua persecutio contra christianos. Fuso igitur per omnem Romam imperij latitudinem sanctorum sanguine, Valerianus nepharij author edicti a Sapore rege Persarum captus in ipsius & Romani populi ignominiam, apud Persas miserrima incarceratione consenuit. Hanc eñ infamis officij continuo donec vixit damnationem accepit, vt ipse inclinatus humi esset, pedeqꝫ ceruicibus eius imposito rex Persarū Sapor equū semꝑ ascēderet, & in ista miserabili seruitute decessit.

Valeria nus captus a Sapore rege Persaꝝ. Galienus aūt tā claro dei iudicio territ⁹, tāqꝫ misero collegę permot⁹ exēplo, pacē Ecclesijs trepida satisfactiōe restituit. Sed quia nō cōpēsauit illatā iniuriā, iustoꝝ sanguis ad deū clamās in eadē terra vbi fusus est, vindicari rogat, nec de solo cōstitutore ꝑcepti vindictā exigi iustum erat: sed executores/delatores, ac accusatores/spectatores/& iudices q iniustissimę crudelitati acqeuerāt, eadē vltiōis

Vltio in persecutores ecclesię. plaga corripi phas erat, ob qđ nec fuit sola ꝓuincia Romanoꝝ qm̄ bello fuerit dilacerata, & ne qđ forte Romani corpꝯ ab hac dilaceratione esset imune conspirāt intrisec⁹ in ipsa vrbe Tyrāni, cōsurgūt bella ciuilia, vbi fusus fuit plurimus sāguis Romanoꝝ ſęuiētib⁹ Barbaris. i. Gothis. Et licet ī dicta ꝑsecutiōe

Cypria n⁹ martyr. plurimi passi fuerint: Cyprian⁹ iter alios Carthagineñ Epūs fuit decollat⁹. Hui⁹ ingenij vires laudare superfluū est: sole eñ clariora sunt ei⁹ opa, iter q̄ de

Duodecim abusiones. xij. abusionib⁹ seculi codicē vnū edidit. & sunt hę. Sapiēs sine opib⁹, senex sine religione, adolescēs sine obediētia, diues sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dñs sine virtute, Christian⁹ cōtētiosus, paup superbus, rex iiquus, Epūs

negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege. Idem. Doctrinæ dicta despiciunt, vt prædicatoris opera a prædicationum verbis discrepare conspiciunt, vt nunq̃ sit efficax auctoritas prædicantis nisi eam effectus operis cordi affixerit. Nam & si doctor in amorem vitiorum lapsus fuerit, alterius doctorum medicamentum suis vulneribus paruipendit, dicente domino. Si sal euanuerit in quo salietur? Quid porro stolidius fieri potest: q̃ si mens ad perfectionem festinare non contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum festinat. Vnde oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli defluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, tussis cachinnat, talos & pedes tumor inflat, genua trepidant. Et hæc omnia ruituram domum corporis cito pronunciant. Cauendę quoq; sunt homini veteranę duę particulę quę in corpore illius nunq̃ veterascunt, & totum hominem ad peccatum trahunt: cor videlicet & lingua. Cor enim nouas semper cogitationes machinari non desinit: & lingua impigre loquitur, quę quod cor fuerit machinatum demonstrat. Sicut autem in senibus sobrietas & morum perfectio requiruntur: ita ab adolescentibus obsequium & subiectio rite debetur. Quomodo honoratus in senectute apparebit, qui disciplinę laborem in adolescentia non portauit. Idem contra auaros. Nõ dormiat in thesauris quod pauperi prodesse potest. Quod enim aliquando de necessitate admittendum est, vtiq; pro æterna retributione sponte distribuendum est. Auari in iudicio a rectissimo iudice ideo dicentur maledicti, quia qui præteribant habitacula eorum non dicebant, Benedictio domini super vos. Idem contra malas mulieres. Sicut omnes bonos mores procurat & custodit in viris prudentia: sic & in fœminis cunctos honestos actus nutrit, fouet, atq; custodit pudicitia. Idem. Mundi amor & Dei, in vno corde habitare non possunt, quemadmodum oculi cœlum & terram pariter nequaq̃ respiciunt. Idem contra malos prælatos. Qualiter alios corrigere poterit, qui nõ corrigit mores suos. Sciat quoq; rex iniquus, quia sicut in throno hominum primus est constitutus: sic in pœnis primatum est habiturus, cũ omnes quoq; peccatores quoscunq; in præsenti sub se habuit, supra se modo plagali in illa futura pœna habebit. Idem. Decimus abusiõis gradus est Episcopus negligens, scilicet cum gradus sui honorem super homines requirit: sed mysterij sui dignitatem coram Deo pro quo legatione fungitur, non custodit. Idem. Disciplina est morum ordinata correctio, & maiorum præcedentium regularum obseruatio. Idem contra diuites. Certe quos diuites opinaris, hos inter diuitias suas trepidos cogitatiõis incertę sollicitudo discruciat, ne prędo vastet, ne percussor, ne inimica cuiusq; locupletioris inuidia, calumniosis litibus inquietet, non cibus securus somnusue cõtigit, & licet optima vina bibat, suspirat tamen in cõuiuio: & cum ab epulis corpus marcidũ thorus mollior alto sinu cõdiderit, ipse in pluma vigilat, nec intelligit miser speciosa sibi eẽ supplicia, auro se alligatũ teneri & possideri magis q̃ diuitias possidere. O detestabilis cęcitas mẽtiũ, & cupiditatis insanę ꝓfunda caligo. Cũ eñ exonerare se possit & releuare põderib⁹: pergit magis fortunis augendis incubare, & pœnalib⁹ cumulis pertinaciter adhęrere: nulla in cliẽtes inde largitio est, inde nulla idigẽtib⁹ ꝑticipatio, & pecuniã suã dicũt quã velut alienã domi clausã sollicito labore custodiũt, ex qua nõ amicis, nõ liberis quicq̃,

Contra malas mulieres.

De amore mũdi

Quid sit disciplina.

non sibi deniq impertiunt, sed ad hoc tm̄ possident ne alijs liceat possidere. Idem contra illos qui non faciunt eleemosynam. Nihil de diuina pietate impetrabit in precibus qui ad preces pauperis nō fuerit humanus. Vnde scriptū est. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Quid ergo diuitijs tuis solus incubas, quid in pœnā tuā patrimonij tui pondus exaggeras, vt quo seculo locupletior fueris: deo pauperior fias. erras & falleris quisquis te in hoc seculo diuitem credis. Redditus tuos diuide cum domino, fructus tuos partire cū Christo. Sed forte multi sunt in domo liberi, & retardat te numerositas filiorum, quo minus largiter operibus bonis insistas, verum hoc ipso amplius operari debes quo multorum pignorum pater es, multorum em̄ delicta redimenda sunt, multarum purgandę conscientię. Et sicut in vita corporali sustētāda quo maior est & sumpt⁹: sic & in vita spūali maior esse debet operū impensa, quo maior est pignorum copia. Sic em̄ & Iob sacrificia numerosa pro filijs offerebat, quantusq erat in domo pignorum numerus, dabatur tātus deo numerus hostiarum. Illi ergo assigna facultates tuas quas hęredibus seruas. Ille sit liberis tuis tutor atq curator, & contra omnes seculares iniurias diuina maiestate protector. Patrimonium cum est deo creditum nec res publica excipit, nec fiscus inuadit, nec calūnia aliqua forensis euertit: sed in tuto hęreditas ponitur, quę deo custode seruatur. Hoc est ergo charis pignorib⁹ in posterum prouidere: & futuris heredibus paterna pietate cōsulere. Pręuaricator, igitur & proditor pater es, nisi filijs tuis fideliter consulas, nisi eis conseruandis religiosa pietate prospicias. Qui em̄ studes terreno magis q̄ cœlesti patrimonio filios tuos, & diabolo magis cōmendare q̄ Christo, contra Christum bis delinquis, & geminum crimen cōmittis, & q non pręparas filiis tuis dei patris auxilium, & q doces eos patrimonium plus amare q̄ Christum. Esto potius eis talis pater, qualis Tobias fuit. ¶ Idem contra illos qui in dignitatibus sunt & magnis officijs cōstituti. An tu illos putas stabili firmitate securos, quos regalis aulę splendore fulgentis armorum incumbentium cumulus circunstat, maior illis q̄ cæteris metus est. Tam etiam timere coguntur q̄ timentur. Exigit pœnas pariter de potentiore sublimitas, vna igitur placida & fida tranquillitas, vna sola & firma securitas. Si quis ab his inquietatus seculi turbinibus extractus salutaris portus statiōe fungatur, ad cœlum oculos tolat a terris, & ad dei munus admissus, ac deo suo mente iam proximus: quicquid apud cæteros humanis in rebus sublime ac magnum videtur intra suam conscientiam iacere glorietur. Nihil em̄ de seculo iam appetere potest, quia seculo maior est. Idem in libro de disciplina & habitu virginum. Nunc nobis ad virgines sermo est, quarū quo est sublimior gl'ia, maior debet eē cura. Flos

De virginitate

est ille & Ecclesiastici germinis decus atq ornamentū, gratię spiritualis lęta indoles, laudis & honoris integrum opus atq incorruptum, imago dei respōdens, ad sanctimoniam domini illustrior, portio gregis Christi. Porro si tu te sumptuosius comas, per publicum notabiliter incedas, oculos te intuentis illicias, suspiria adolescentium post te trahas, peccandi fomenta succendas, vt si & ipsa non pereas: tamen alios perdas. Et velut gladium & venenum te videntibus præbeas excusari non potes, quasi in te casta sis & pudica: redarguit te cultus superbus & impudicus ornatus, nec computari iam potes inter puellas virgines Christi, quę sic viuis vt possis adamari: seris

cum & purpuram indutę Christum induere nō possunt, auro, margaritis, & mollibus ornatę ornamenta cordis & pectoris perdiderūt. Quis id non exe cretur & fugiat, quod alijs exitio fuerit. Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit. Non solum autem virgines & viduas, sed & nuptas & omnes fœminas admonēdas puto, vt opus dei & plasma nullo mo do adulterare debeāt adhibito flauo colore nigro pulueris vel phuco, aut quo libet medicamine liniamenta natiua corrumpant, dicit dn̄s. Faciamus homi nem ad imaginem & similitudinē nostram. Quomodo ergo audet quisq̄ mu tare quod deus fecit: manus deo inferunt, quia id quod ille formauit reforma re & transfigurare contendunt: nescientes ꝙ opus dei est omne quod nasci tur, diaboli quodcūq; mutatur. Quis ergo artifex pingendi vultum alicui⁹ & speciem ac corporis qualitatem ęmulo colore signasset, & signato iam & con sumato simulacro manus alius afferet. Ideoq; formata iā picta quasi peritior formaret, grauioris artificis iniuria & iusta indignatio videtur, & tu te æstimes impune laturā tā improbę temeritatis audaciam, dei artificis offensam, vt sis impudica erga homines & incesta fucis lenocinantibus non sis. Corru ptis eīn violatisq; et rerū adulterio deus offenditur. Quod ornari te putas ꝙ comi ipugnatio ē ista diuini operis & pręuaricatio veritatis. Nō inquit in fer mēto malitię & nequitię, sed in azymis synceritatis & veritatis. Nūquid syn ceritas perseuerat, & veritas quandoq; & quę syncera sunt polluntur colo rum adulterijs & medicaminum fucis. Dominus dicit. Non potes face re capillum tuum album aut nigrum: & tu ad vincendum domini tui vocem audaci & sacrilego contemptu crines tuos i- ficis, & malo pręsagio futurorū capillos iam tibi flauos auspicaris. Non metuis oro te qui talis es, ne cū re surrectionis dies venerit artifex tuus te non recognoscat, sed ad sua præ mia venientem excludat vigore censoris & iudicis increpans & dicens. Hoc opus meum non est, vultus alienus est: deum videre non poteris cum oculi ti bi non sunt, quos deus fecit sed quos diabolus infecit. Illum tu secuta es, ruti los atq; depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta cum illo pariter & arsura: virgines certe quę se huiusmodi artibus consperserint inter virgines non puto debere numerari, sed tanq̄ contractas oues & morbidas a grege sancto & puro virginitatis arceri: ne suo contagio cæteras polluant. Non est autem ad magna facilis ascensus: sed si præmiū pollicitationis attē das minus est quod laboras. Igitur o sacrę virgines ornamentis vos mutuis excitate, æmulis de virtute documentis prouocate, durate fortiter, pergite spiritualiter, peruenite feliciter: tm̄ mementote vestri cum in vobis cœpit vir ginitas honorari. Idem in libro de Oratione dominica, de modo orandi ita di cit. Sit orantibus sermo cum disciplina quietem continens & pudorem, pla cendum est diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis. Nam sicut impudentis est clamoribus strepere: ita eoōtra congruit verecundo modestis precibus orare. Deniq; dominus secreto in abditis & remotis locis orare pręcepit: id est in cubiculis: ipsi disciplinę quoq; & verecundię memores nō de bemus passim inconditis vocibus preces nostras ventilare, nec petitionem Deo modeste commendendam tumultuosa alloquacitate iactare, quia Deus non vocis sed cordis auditor est, nec clamoribus admonēdus est, qui etiam secretas nostras cogitationes agnoscit. Vnde & Publicanus euangelicus

Contra illos q crines depingunt.

orabat,non eleuatis impudenter ad cœlum oculis & manibus insolenter erectis:sed pectus suum pulsans & peccata intus inclusa contestans diuinę misericordię implorabat auxiliū.Dominus etiā orationem quā nos docuit salutari compendio breuiauit.Sicut etiam pręceptorum salutis grande compendium fecit,vt in disciplina cœlesti discentiū memoria non laboret:sed quod esset simplici fidei necessarium celeriter disceretur:sic etiā vitę æternę sacramentis magna & diuina breuitate complexus est,dicens.Hęc est aūt vita ęterna,incumbere igitur ad preces toto corde debemus cum ad orandum stamus cogitatio omnis carnalis abscedat & secularis,nec quicq̄ aliud tunc animus cogitet,q̄ id solum quod precatur.Ideo eñ & sacerdotes ante orationem Pręfatione pręmissa petunt fratrum corda dicenda,Sursum corda,& illi respondent,habemus ad dñm,vt claudatur aduersario pectus & soli domino pateat: & nec aliud in corde aliqualiter habeam⁹.Quomō eñ audiri a deo postulas: cum teipse non audias,dñm tui memorem esse vis,cum tui memor ipse non sis,hoc est maiestatem dei negligentia offendere,hoc est vigilare oculis & corde dormire,cum debeat Christianus etiam cū dormit oculis corde vigilare: sicut scriptum est.Ego dormio & cor meum vigilat.¶Sermo quoq̄ domini promoueri non potest:qui nulla operatione fœcundus est:& ideo scriptū est. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna.Nam qui in die iudicij pręmium pro bono opere redditurus est,hodie quoq̄ ad orationem cum operatione venienti benignus auditor est.Vnde Cornelio dictum est.Orationes tuę & eleemosynę tuę ascenderunt ꝛc.Qui eñ pauperi eleemosynam dat,deo suauitatis odorem sacrificat.Nulla autem hora excipitur qua deus a christiano non debeat adorari,nec vllum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum potest:quia filijs lucis etiam in noctibus dies est.Qui ergo in Christo hoc est lumine semper sum⁹,nec noctibus ab oratione cessemus.Imitemur ergo qđ futuri sumus habituri in regno sine noctis interuentu solum diem. Idem in libro de bono patientię,patientiam sic cōmendat.Patientia virtus est cum deo cōmorans,quę autem gloria est similē deo fieri,quāta felicitas habetur in virtutibus ꝙ diuinis laudibus possit ęquari.Ille innocens & iustus,imo innocētia & iustitia inter facinorosos deputatur,& testimonijs falsis veritas premitur,iudicaturus iudicatur,& dei sermo ad victimam tacens ducitur,& cum ad crucem eius confundantur sydera,cōtremiscat terra, turbentur elementa,ille non loquitur,nec mouetur,nec maiestatem suam profitetur:sed omnia perseueranter tollerātur,vt in eo plena & perfecta patiētia consumet.Porro vnus quisq̄ cum nascitur & hospitio huius mūdi excipitur,initium sumit a lachrymis,& cum adhuc omnium rerum ignarus sit nihil aliud q̄ flere nouit.Prouidentia naturali lamentatur mortalis vitę procellas quas ingreditur,plorat⁹ & gemitus in ipso exordio suo rudis anima protestatur,sudatur eñ q̄diu viuitur & laboratur, nec sudantibus & laborantibus possunt magis alia q̄ patientię subuenire solatia,nec aliud magis iustos & iniustos discernit q̄ ꝙ in aduersis per impatientiam blasphemat iniustus & cōqueritur,& patientia iust⁹ ꝓbatur.Deniq̄ patientia est quę nos seruat deo & cōmendat,quę irām temperat,linguam refręnat,mentem gubernat,pacem custodit,disciplinam regit, potentiam diuitū coheercet,inopiam pauperum refouet,facit humiles in prosperis fortes,in aduersis docet delinquentibus cito ignoscere,& delinquētem

Pręclara Cypriani dicta.

Patientia.

Quid opatur patiētia

diu & multum regnare, fidei fundamenta munit, incrementa spe prouehit, actus dirigit. Ipse de charitate. Charitas est vinculum fraternitatis, fundamẽtum pacis, tenacitas & firmitas vnitatis, quę & spe/& fide maior est: quæ & opera & martyria pręcedit, & nobiscum semper æternũ permanebit. Idem in libro de liuore, contra hoc malum solerter vigilare nos admonet, dicens. Excubandum est nobis & omnibus virtutibus laborandum vt sęuientis iaculis ex omni parte q̃ feriri possumus, repugnemus. Nam circuit ille nos singulos & tanq̃ hostis clausos obsidẽs muros explorat & tentat, an sit pars aliqua minus stabilis & minus fida, cui⁹ aditu ad interiora penetretur, offert oculis formas, vt visu castitatem destruat: aures per canora musica tentat, vt soni dulcioris auditu christianũ vigorem soluat & molliat, linguam cõuitio prouocat, manũ iniurijs lacescentibus ad petulantiam cędis instigat, falsa ostẽtat, vt vera surripiat, ad debellandos dei seruos semper inquietus, semper infest⁹, in pace subdolus, in persecutione violentus. O qualis animę tinea in malum proprium bona conuertere, aliena illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam pœnam suam facere, & velut quosdam pectori suo carnifices admouere, qui se intestinis cruciatibus lacerent, & secreta cordis magni uolẽtia vngulis pulsent. Mala cętera terminum habent, & quicquid delinquitur delicti consummatione finitur: in adulterio cessat facin⁹ perpetrato stupro: in latrone quiescit scelus homicidio admisso, & adimpleta fallacia modum imponit falsario, zelus vero non habet terminum: sed est permanens iugiter malum & sine fine peccatum. Quãtoq; ille cui inuidetur meliori successu profecerit, tanto inuidus in manu, liuoris ignibus exardescit: huic vultu minax, toruus aspectus, in facie pallor, in labijs tremor, in dentibus stridor, verba rabida, effręnata conuicia, manus ad cędis violentiam prompta, etiam si gladio interim vacua odio tñ furiosę mentis armata. facilis cura est, vbi est plaga perspicua, zeli aũt vulnera obscura & occulta sunt, nec remedium curę medentis admittunt, quę se intra conscientię tenebras cęco dolore clauserunt. Quicunq; inuides eis quos odisti infestus es, nullius magis q̃ tuę salutis ĩimicus es. Quicunq; eñi ille est, quem zelo persequeris subfugere & vitare te poterit, tu vero non potes fugere. Vbicunq; enim fugeris, aduersarius tuus tecum est. Hostis semper in pectore tuo est, pernicies intus inclusa est, ineuitabili catenarum nexu ligatus es perseuerans. Malum est hominem persequi ad dei gratiã pertinentem. Calamitas sine remedio est odisse felicem. Bonos igitur poti⁹ ĩmitare si sectari potes, si sectari nõ potes cõlętare certe & cõgratulare meliorib⁹ fac te illis adunata dilectiõe participẽ, & fraternitatis vinculo cohęredem: sit in manibus diuina lectio, in sensibus dominica cogitatio, oratio iugis omnino non cesset, salutaris perseueret operatio, vt quotienscũq; inimicus accesserit quotiẽs adire tentauerit: clausum aduersus se pect⁹ inueniat & armatum. Idem in libro de contemptu mortis, ad martyrij desiderium nos inuitat, dicens. Eius est mortem timere qui ad Christũ non vult ire: & eius est ad Christum nolle ire, qui non credit se cum Christo debere regnare. Contemnenda est omnis iniuria pręsentium malorum, fiducia futurorum bonorum. Mori timeat, qui ad secundam mortem de hac morte transibit. Mori timeat cui hęc mora longiore confertur, vt cruciatus & gemitus interim differatur. Mortalitas ista Christi hostibus pestis est, eius autem seruis est salutaris excessus.

Charitas.

Qñ diabol⁹ nos tentat.

De inuidia.

De contemptu mortis.

Martyrium incipimus libenter appetere dum mortem discimus non timere. Idem contra histriones. Ablactãtes te & aduersus deum ore sacrilego & verbis impijs obstrepentem frequenter Demetriane contẽpseram, verecundius & melius extimans errantis imperitiam silentio spernere, q̃ loquendo dementis insaniam prouocare. Nam labor est irritus & nullius effect⁹ offerre lumen cęco, sermonem surdo, sapientiam bruto. Hęc considerãs sępe conticui & impatientiam patientia vici. Tacere vero vltra non oportet, ne dum criminationis falsas refutare cõtemnimus crimen videamur agnoscere. Idem contra histriones ad Eucratium. Cõsulendum me existimasti frater charissime de histrione quodam qui apud nos constitutus in eiusdem adhuc artis suę dedecore perseuerat. & id quod male didicit cęteris male insinuat, an talis debeat cõmunicare nobiscũ. Quod ego puto nec maiestatis diuinę nec Euangelicę cõgruere disciplinę pudorem & honorem Ecclesię tam turpi & enormi cõtagione fœdari. Nam cum viri induere vestem muliebrem in lege prohibeantur & maledicti huiusmodi iudicentur, quãto maioris est criminis non tãtũ muliebria indumenta accipere, sed gestus quoq; turpes & molles, & muliebres magisterio impudicę artis exprimere, contra dei institutionem docere, queadmodum masculus frangatur in fœminam, & sexus arte mutetur, & diabolo diuinum plasma maculanti corrũpẽti atq; eneruãti corporum delicta parentur. Idem in libro de aleatoribus contra aleatores sic inuehit. Si oues delinquant & pastores delinquentibus ignoscant nõne ipsi se pondere delinquentium onerant. Quid quęso est nos fideles q̃ manus quę ab humanis iniurijs expiata est, & ad sacrificium dominicũ admissa, quę ad laudem domini in oraculo consurgit, quę signum Christi per quod tuemur fronti imprimit. Quid est (inquit) vt alee ludum exercens laqueis diaboli, vnde exuta est rursus implicetur. Alea em̃ diaboli venabulum est, & delicti vulnus insanabile. Ibi diabolus pręsto est ad capiendum submissus, ibi perfidia, falsa testimonia, mentis furia, vęnale periurium, serpentinum colloquiũ, illic rabiosa amicitia, fraternitas discordãs, illic conuicia & sęua audacia, fera impatientia, possessionũ amissio. O aleatorum pigra nequitia, o manus crudelis & ad periculũ sui armata, quę bona paterna & opes auorum sudoribus quęsitas ignominioso studio dilapidat. Alea est alueus mali, supplantatio amici: quę nec lucrum confert, sed totum consumit. Hinc demum pauperes fiunt: hinc iam consumptis omnibus suis rebus mutuis pecunijs se obruunt: hinc patrimonium sine vlla fori calũnia amittunt. O q̃ fideles sunt, vt quos nemo persequitur ipsi seipsos inuidia persequantur, vt paterna sua hęreditate priuentur. Ille quidẽ qui hũc ludum primus inuenit, instinctu diaboli qui eum artibus suis adimpleuit ab imitatoribus suis se colendum & sibi sacrificandũ instituit, ita qui vellet eius studio adhęrere: non ante manum in tabulam porrigat, nisi auctori eius pri⁹ sacrificet. Christianus & quicunq; es & aleę & tabulę ludis: licet non sacrifices, tamen legis huius facinoris particeps es, & vtiq; Christianus non es, sed ethnicum tibi nomen est, & inuacuum sumis illud q̃d ad sacrificiũ dominicũ pertinet. Non amicitiam cum Christo habere potes, qui eius inimico amic⁹ es. O qualis aleatorum dementia qui mutuo periurant, maledicunt, & diaboli caligine deorbati: sibi inuicem manus inferunt, inuite se deuouent, & parẽtum originem turbis pręsentibus dehonorant, & iam sępius vincitur, rursus

De histrionibus.

De alea toribus & aleę ludo.

ad nocentius studium suadente diabolo animatur. ¶O ars infesta studentibus & studium libidinosum, quod nō diuitias, sed nuditatem & inopiam pręstas, manus carnifex, manus noxia, quę nec post lucra desinit, sed adhuc post damna ludit. Esto ergo non aleator sed Christianus, pecuniam tuam assidente Christo spectantibus angelis & martyribus diuide Christi membris, & artem domini imitare quę non perdit, sed potius acquirit. sit tibi cū pauperibus quotidianus lusus, sit cū viduis frequēs operatio. Alea vero ne luseris vbi ludus nociuus est & crimen mortale, vbi demētia sine cōsideratione, vbi veritas nulla, sed mēdacij malitia: extrahe caliginē inimici ab oculis tuis & purifica manū tuā a diaboli sacrificijs. Hęc quoq; de florib⁹ Cypriani dicta sufficiāt.

Exhortatio.

Nunc ad seriē historię redeam⁹. Galienus qui & Decius Valeriani fili⁹ postq̄ Romanū dominiū solus obtinuit, lenius & moderatius erga Christianos agere cœpit: datisq; decretis inhiberi supplicia persecutionesq; cessare iussit. Sed postea deprauatus vt pater rursus ad sęuitiā cōtra Christianos armatur & infiniti sub eo martyrio coronātur. ¶Iste autē Decius scd'm Hieronymū martyrum persecutor, testante Cypriano, qui sub eo passus est: volētes mori non permittebat occidi. Perseuerante igitur in fide quodam martyre & inter aculeum laminasq; victorem iussit melle perungi: & sub ardentissimo sole ligatis post tergum manibus supinari vt cibus muscarum aculeis cederet qui ignitas sartagines ante superasset. Alium iuuenili ętate florentē in amœnissimos ortulos pręcipit adduci ibiq; inter candentia lilia & rubentes rosas cū leni iuxta murmure serperet riuus, & molli sibilo arborū folia ventus subringeret, superextructū plumis lectulū resupinari iussit, & inde ne se posset excutere blandis sertorū nexib⁹ irretitum relinqui. Quo cum recedētibus cunctis meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis colla stringere amplexib⁹. Et qd' dictu quoq; scelus est, manib⁹ attrectari virilia, vt corpore in libidinē cōmoto se meretrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi, quo se verteret nesciebat, quē tormēta nō vicerant superabat voluptas. Tandē cœlit⁹ inspiratus pręcisa mordacitus lingua in osculātis faciē expuit. Et sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo calcauit.

Crudele Decij factum.

Mira virī pstantia qui dētibus pręcisā linguā in meretricē inspuit.

¶Sub isto Decio passa est beata Apollonia, cui quia sacrificare dijs nolebat, primo excusserunt omnes dentes: deinde congestis lignis extruxerūt rogū circa eā cōminātes eam viuam incēsuros nisi assentiret cū eis deum blasphamare. At illa rogū videns sponte prosilijt, ita vt perterrerētur ipsius crudelitatis actores, quia promptior est inuenta fœmina ad mortem, q̄ persecutor ad pœnam.

¶Capitulum. LX.

Victorum Imperatorum tempore Fabianus primus natione Romanus in cathedra Petri sedit anno domini. cc. lix. sedit annis. xiij. mense vno, diebus. xj. & vacauit sedes diebus sex. Hic statuit chrisma omni anno renouari in cœna domini, & consecrari, vetusq; comburi. habetur de conse. di. iij. c. literas.

Fabianus.

Circa tempora huius pontificis Origines aduersus Celsum Epicureum Philosphū disputauit ipsumq; conuicit de fide & quibusdā hęreticis se apposuit asserentibus animam simul cum corpore perire, In die tamē iudicij simul cum corpore resurgere: vnde magnum congregatum fuit Episcoporū conciliū, in quo tam magnifica & pręclara fuit Origenis disputatio,

Origenes contra Celsum disputat.

vt omnes quos noui dogmatis error inuoluerat ad fidem rectam reuocauerit, & catholicum intellectum etiam opposuit. Sustulit & heresim Helchesataꝛrum qui Paulum Apostolū omnino respuunt: quiq; asserunt negantem in torꝛmentis Christum nullius criminis reum modo recti sint cordis. Alexander vero Cappadocię Episcopus cum desiderio sacrorum locorū Hierusalē perꝛrexisset a Marcisso eiusdem vrbis Episcopo iam sene administrationē Episꝛscopatus secum suscipere compulsus: verum ardēte persecutione Cęsaream ductus ob confessionē Christi necatur. Eo tēpore quędam hereses alię de noꝛuo exortę, propter quę vt libro. vj. historię Ecclesiasticę habetꝛ noua ei pœnaꝛrum genera sunt inflicta, quia in doctrina fidei & veritatis firmissimus habeꝛtur. Sub isto imperatore dictus pontifex decimo Kal. Februarii fuit martyrio coronatus.

¶ Capitulum. LXI.

Cornelius.

CОrnelius dictorum imperatorum tempore in sede Petri seꝛdit anno domini. cc. lxxij. ab vrbe cōdita. M. xxvij. ab initio mundi. iiij. M. ccxxv. & sedit annis tribus, mēsibus duobus, diebus. x. quieuit sedes diebus. xxxv. Hic nihil magni egit, nisi ꝙ rogatu cuiusdam matronę corpora Apostolorum de cathachūbis leuauit. & quemlibet eorum in locum martyrij sepeliuit. Hoc tempore heresis Nouacianorū cuius author fuit Nouacianus presbyter Ecclesię Romanę oritur: quę heresis tandem in concilio fuit damꝛnata. Cornelius vero capite fuit truncatus. quo in tempore Antonius fuit naꝛtus. Extant Epistolę Cornelij ad Cyprianum septem plenę religionis ac fiꝛdei, nec non & Cypriani ad Cornelium. huius corpus beata Lucina vna cum qbusdā clericis noctu sepeliuit i arenario prędij sui via appia nō lōge a cœmiꝛterio. Ordinauit aūt p̄sbyteros quatuor. diaconos quatuor, Episcopos septē.

¶ Capitulum. LXII.

Lucius.

LVcius natione Romanus patre Porphyrio in cathedra Petri sedit anno domini. cc. lxxv. & ab vrbe cōdita. M. xix. ab iniꝛtio vero mūdi. iiij. M. ccxxviij. sedit ānis tribus. mensib⁹ triꝛbus, dieb⁹ quiq;: & vacauit sedes dieb⁹. xxxv. ¶ Hic cōstituit vt in omni loco Episcopū non deserāt duo presbyteri & tres diaconi: & in omni loco ipsum sequātur. in testimoniū ipsi⁹, habetur de cōsecra. di. j. c. iubem⁹. quę multis clara est & laudabilis omni proꝛbo viro. Hic fuit capite truncatus quarto nonas Martij: pergensq; ad passionē Stephano archidiacono suo omniū bonorum Ecclesiæ dedit potestatē, sepulꝛtusq; est in cœmiterio Calixti via Appia.

¶ Capitulum. LXIII.

Stephanus.

Nemo vestib⁹ sacris vti deꝛbet nisi ad culꝛtū dei.

TEmpore quoq; dicti Galieni Stephanus natione Romanus patre Iulio in cathedra Petri sedit annis quatuor, mensib⁹ triꝛbus, diebus. xv. & cessauit Episcopatus diebus. xxij. Cœpit autem anno dn̄i. cc. lxxviij. Hic statuit ꝙ nemo vtatur vestiꝛbus sacris ad alium vsum q̄ ad cultum diuinū. habetur de cōꝛsecra. di. j. c. vestimenta. Hic scd̄m Consentinū passus est inꝛtra missarum solennia, cum duodecim presbyteris, septem diaconib⁹, & . xvj. clericis. Alię historię dicunt ꝙ celebrata missa in cathedra sua decollatus est. Hoc tempore Malchion presbyter eloquentissimus iuuit Ecclesiam dei, scriꝛpsitq; aduersus Paulum Samosatenum, qui dogma Arthemonis instaurare

conabatur affirmantis Christum cõmunis naturę hominem tm̃modo fuisse nec semper fuisse, sed a Maria sumpsisse principium.

¶ Capitulum.LXIIII.

Sixtus papa.

Eiusdem imperatoris tempore, Sixtus secundus natione Grecus, patria Atheniensis, ex Philosopho Christi discipulus effectus, in summum pontificem est assumptus ãno dñi.cc.lxxxij.& ab vrbe condita.M.xxxviij.ab initio vero mundi.iiij.M.cc.xxxv.Sedit annis duobus, mensibus.xj.diebus sex.& vacauit sedes diebus vigintiduobus. Hiccum septem diaconibus octauo Idus Augusti capite truncatur. Scribit quoq; Martinus q̃ hic pontifex constituit vt cõsecratio corporis Christi semper fieret super altare quod antea non fiebat. Sunt qui dicunt beatum Laurentium huius pontificis tempore passum fuisse. Huius tempore orta est heresis Sabellij, vt tradit Ecclesiastica historia Eusebij libro.vij.negãs Iesum Christũ esse verum filium dei, simulq; & spiritum sanctum in persona distinctos a patre.habeť.xxiij.q.vltima. Hic imperator scd̃m Vinceñ. Binominis fuit: nã aliqui vocant eum Galienum, alij Decium. Hic apud Mediolanũ fraude Aurelij ducis sui occisus est: cui successit Claudius &c. ¶ Cap.LXV.

Claudius Imperator

Claudius assumpsit Romani imperij Monarchiam anno domini.cclxxiiij.& ab vrbe cõdita.M.xxvij.ab initio vero mũdi.iiij.M.cc.xxxix.& imperauit annis duobus. Hic vir parcus moderatus & iustitię tenax fuit, a militibus electus fuit, a senatu Augustus fuit appellatus. Gothos Illyricũ/Nacedoniamq; vastantes ingenti pręlio superauit, & ob hoc in curia clypeus aureus, in Capitolio vero statua aurea ei posita sunt. Sed sub hoc passi sunt pro Christo sancti Cęsarius diaconus & Iulianus presbyter, Marius, & Martha cum duobus filijs & Valentinus presbyter, & alij plures. Defuncto Claudio Quintillus frater eius ab exercitu est electus, & in soliũ imperij sublimatus: vt refert Hugo Floriaceñ.xvij.die imperij sui occisus est, quia seuerus, cui successit Aurelianus. Hoc tempore Pelagia insignis meretrix ad fidem Christi conuersa est, quę apud montem Oliueti pœnitentiam agens miris virtutibus claruit: passi sunt autẽ Samnanus presbyter Samnea soror eius, & sancta Columba, cũ pluribus alijs. ¶ Capitulum.LXVI.

Pelagia meretrix ad christũ cõuertiť

Dionysius papa

Dionysius ex monacho pontifex factus in cathedra Petri sedit anno domini.cclxxxiiij.sedit annis sex, mensibus tribus, diebus.viij.& vacauit sedes diebus.v. Hic Ecclesias diuisit & cœmiteria in vrbe Romana ꝑpter pœnitẽtias, & baptismata, parochias etiã & diœceses constituit vt vnusquisq; suis terminis cõtentaretur.habetur.xiij.q.j.c.ecclesias. Huius tpe orta est heresis Pauli Antiocheñ Epi, qui Christũ purũ hoiem dogmatizabat quẽ Paulũ i cõcilio Antiochię celebrato eiusq; positionẽ impiã & blasphemã esse dictũ cociliũ diffiniuit. Hic põtifex.viij.Kl.Ianuarij martyriũ sumpsit.

Paulus Antiocheñ hereticus.

¶ Cap.LXVII. Aurelianus cõsilijs maloꝝ ꝑpositũ bonũ mutauit.

Aurelianus Romani imperij sumpsit insignia anno dñi.cc.lxxvij.& imperauit annis quinq;. Hic militaris industrię expertissimus fuit, Gothorũ gentem durissimis pręlijs strenue superauit. Primus diadema capitis sui gemmis ornauit, muris quoq; validioribus

vrbem cinxit,templum Solis ędificauit in quo infinitam quātitatem auri gēmarumq; posuit,porcinę carnis vsum populo instituit sui imperij in principio:Ecclesię status prosperioribus incrementis augeri cœpit:sed processu tēporis malis deprauatus consilijs bonum propositum mutauit,& in Gallias transiens durissimā cōtra Christianos persecutionem excitauit,sub quo multi martyrio sunt coronati.Hic ciuitatem Gallię,quę Genebū vocabatur nomine suo Aurelianum vocauit.

¶Capitulum.LXVIII.

Felix. In loco nō dicato missa celebrari nō debet.

Dicti imperatoris tēpore.Felix natione Romanus patre Cōstātino in cathedra Petri sedit anno domini.ccxc.& sedit annis duobus,mensibus.x.vacauit sedes diebus sex.Hic statuit alijs q̄ sacerdotibus missas celebrare nō licere:ita in loco nō dicato etiam Episcopos missam celebrare non posse.de conse.di.j.c.sicut non.Hic etiam constituit solennitates dedicationum Ecclesiarum singulis annis celebrari.Item si nesciatur vtrum Ecclesia consecrata sit per scripturam vel per testes,mandat Felix ipsam consecrari:quia non mōstrat esse iteratum quod nescitur esse factum:vt habetur de cōse.di.j.c.solennitates.Huius tempore orta est heresis Manichęorum a quodā Manes Perso,quem vita & moribus pręfata historia Ecclesiastica Barbarum fuisse asserit.Hic asserebat duo esse principia,vnum boni,& alterū mali,vnū lucis & alterum tenebrarum.hic maledictus Barbarus quędam præsumpsit,vt prędicta historia refert. Elegit enim sibi duodecim,quos ad similitudinem Christi prędicādū mittebat:multaq; rudia & plena impietatib⁹ faciebat:quędam etiam indicibilia refert beatus Augustinus de ipsis per quę ipsorum secta est merito reprobanda quę multum orbem corrumpit hactenus & adhuc hodie perseuerat:de qua habetur.xxiiij.q.vltima. Hic pontifex tertio Kal. Iunij martyrio coronat⁹ est.Aliqui dicunt sub Aureliano,alij vero sub Claudiano. Porro Aurelianus imperator prędictus dum in persecutione Christianorum fureret fulmen iuxta eum comitesq; cum magno pauore circūstātium cecidit,ac nō multo post inter Constantinopolim & Heracleam in cauo floreo vię veteris fraude serui sui occisus est.Marcus confessor de tot numero pontificum martyrium euasit:prout scribitur in Chronica Sicardi Episcopi Cremonen̄.& in Chronica Episcopi Cusentini dicitur,q; sedit ānis octo,requiescit in Ecclesia qua prius fuit presbyter ordinatus,quę sancti Marci dr̄ in media Roma quę dicitur Pinus.Hic Marcus in Chro.Da.papę non ponitur:nec in Chro.viij.nec Mar.Dicto Aureliano successit in imperio Tacitus.

Heresis Manichęorum orit. Execrabile facinus Manichęi.

Aurelianus occiditur.

¶Capitulum. LXIX.

Tacit⁹.

Tacitus assumpsit imperium anno domini.cclxxxij.& imperauit mensibus sex.Hic fuit vir egregius,armis strenu⁹,prudens & largus.virtutem tamen suam ostendere in imperij gubernatione non potuit subita morte pręuentus. Nam apud Pontum ęmulorum insidijs circūuentus occisus est:cui successit in imperio Florianus.¶Florianus igit̄ assumpsit imperium anno domini.cclxxxij.imperauit autem mensibus tribus.In chronica vero Sicardi dicitur mensibus duobus,diebus.xxiiij. quo apud Tharsum interfecto ei Probus successit in imperio. ¶Probus imperauit anno domini

Florianus.

Probus

cclxxxiij.& ab vrbe condita.M.xxxv.ab initio mundi.iiij.M.ccxlvij.& imperauit annis sex,mensibus quatuor.Hic Probus Gallias a Barbaris occupatas ingenti virtute restituit,Gallisq; ac Pannonijs vineas habere permisit:almeāq; & aureum montem militari manu consitos prouincialibus colendos dedit.

&re & noīe.

¶Capitulum.LXX.

EVtichianus primus natione Tuscus patre Maximino in cathedra Petri sedit.Cœpit anno domini. M. ccxciiij.sedit annis octo,mensibus decē,diebus quinq;:& cessauit Episcopatus diebus.xv.secundū alios nouem.Hic sanctus pontifex, vt scribit Damasus.iij.c.xlij.martyres manu propria sepeliuit.Hic constituit fruges de prędijs & vineis super altare trū benedici per sacerdotem.De hoc habetur de consecra.di. ij .c.dicimus.Constituit item ne qui martyres sepelire vellent sine dalmatica collobioue id facere auderent.Hic pontifex martyrio coronatus est.viij.Kal. Augusti.Probus autem imperator apud Smyrnam militari tumultu necat⁹ est:cui successit in imperio Carus.

Eutichianus. iij c. xlij. Martyres manu propria sepeliuit.

¶Capitulum.LXXI.

CArus assumpsit apicem Romani imperij:cœpit autem anno domini.cclxxxix.& ab vrbe condita.M.xlj.ab initio vero mundi.iiij.M.ccliij.& imperauit annis duobus cū filijs suis Carino & Mimeriano. Hic filios suos prędictos consortes fecit imperij,& cum ipsis ad bellum Parthicum ꝓfectus est: cum Parthis ergo bellum gerens victoriam habuit,sed in castris fulmine percussus interijt. Alij dicunt ꝙ in flumine Tygris submersus fuit,Carinus quoq; in bello occisus est:remansit Mimerianus pessimus imperator,sub quo multi pro Christi nomine martyriū subierunt.inter quos passus est sanctus Maurus monachus cum socijs suis,sanctus Babillus Episcopus Antiochenus cum tribus pueris,sancti Grisantus & Daria,& alij multi. Deniq; Mimerianus cum propter oculorum dolorem in lectica veheretur,insidijs soceri sui circūuentus occiditur.Cui successit in imperio Diocletian⁹.

Carus. Carin⁹ Mimerianus.

¶Capitulum.LXXII.

DIocletianus assumpsit Romani imperij dignitatem anno domini.ccxcij.ab initio vero mundi.iiij.M.cclij. & imperauit cum Maximiano annis.xx.hic de Dalmatia oriundus fuit cuiusdam Scribę filius obscure natus,imperator electus statim aprū Mimeriani principis interfectorē securi pcussit,in cōcione militū iurans Mimerianum sine suo scelere interfectum.Hic vt deum se adorari mandauit,primus vestibus & calciamentis gēmas inseri iussit,cum autem omnes imperatores in modum iudicum incederent,& solam chlamydem purpuream vltra cōmunem habitum haberēt.Circa principium sui imperij Amandus & Helemandus collecta multitudine rusticorum magnos incœperūt & difficiles in Gallia excitare tumultus:ꝑpter quod Diocletianus Maximianum cōmilitonem suum Cęsarem,ipsumq; ad tumultus prędictos sedandos in Gallias destinauit.In ipso quoq; legio itinere Thebeorum,cui pręerat beatus Mauritius,tota per dictum Maximianum pro Christo martyrio coronatur.Refert Vincentius ꝙ dictus Mauritius cū sacra legione Thebeorum numero sex millia sexcenti sexaginta sex palmā

Diocletian⁹ob scuro loco ortꝰ.

Maximian⁹ a Diocletiano ad Cęsareā apicē vocatur.

martyrij suscepit,vt dicetur.Hi ergo milites Christianissimū a sācto Zabda Hierosolymorum Episcopo susceperunt in oriente,& ad vrbem venientes apud Marcellinum papam fidem confirmarunt,vt ante gladijs interirent,q̄ fidem susceptam violarent.Hi iuncti exercitui Maximiani cum contra Burgundos pergeret in Galliam rebellantes,transitis alpibus cum in quadam planitie residerent,iussit Maximianus vt omnes Idolis immolarent,& contra Burgundos & Christianos persequendos fidem confirmarent.Quod audiens sacra legio huic sceleri nolēs assentire,octo millibus ab Octodoro,vbi Maximianus cum suis erat successerunt:hoc audiens Cæsar mandauit eos reuocari.Sed hoc recusante sacra legione,inquit.Iungitur despectui meo cœlestis iniuria.Sentiat ergo contumax miles me dijs meis posse dare vindictam. Vnde ira succensus missis militibus plurimis nolentes reuerti ad sacrificandum decimum quemq̧ decollari præcepit:sed sancti cum gaudio capita porrigentes,quodammodo concertabant,vt alter alterum præiret ad mortem: quorum decima parte truncata sanctus Mauritius eorum dux & præcipuus remanentes confortans alloquitur:& vt constanter quod cœperant consummarent,exemplo sociorum & fidei deuotione exhortatur.Cum autem Maximiano firma eorum in fide sententia intimata fuisset:iterum decimum quemq̧ trucidari mādauit.Quo facto Exuperius signifer cum duce Mauritio exhortationem replicant,& validissime roboratos remissi milites proiectis armis nuda corpora offerentes circunquaq̧ trucidātur.Hoc quoq̧ tempore dum prosperis incrementis vbiq̧ dilataretur Ecclesia,subito turbo vniuersalis persecutionis increbuit.Nam a crudelissimo Diocletiano edictum crudele proponitur,vt cunctę quę per orbem erant,vsq̧ ad solum destruerētur Ecclesię,sanctę scripturę vbiq̧ cōburerentur,omnesq̧ qui Ecclesijs pręerant in arctissimis vinculis ponerentur,ac demum exquisitis supplicijs immolare cogerentur.¶ Hęc decima persecutio oībus alijs maior fuit,sub qua infiniti sunt martyrio coronati,qui primo in militibꝰ incepit,ex quibꝰ fuit beatꝰ Mauritiꝰ cū tota legione Thebęoꝝ,beatus Sebastianꝰ cū socijs suis,& fuit vbiq̧ per orbē diffusa.¶ Sub dicto Diocletiano(vt ait Vincētius)passus est beatꝰ Erasmus Episcopꝰ,qui Idolis nolens sacrificare,primo iussus est plūbo latera eiꝰ cędi. Deinde fustibꝰ grauiter verberari:postea resina,pice,sulphure,simul cū cæra perfusus illęsus apparuit.Tādē a deo vocatꝰ,videns coronā rutilantē sibi desup illabi inclinato capite ait.Dn̄e suscipe sp̄m meū.Dicit̄ corpus eiꝰ Gaietę quiescere,& caput eiꝰ oñditur.His tp̄ibus sub dictis imperatoribꝰ passi sunt Cosmas & Damianus in ciuitate Aegęa.Item beatus Blasius Ep̄us ciuitatis Cappadocię in ciuitate Bononiensi,Vitalis & Agricola.Item beata Anastasia.Itē in ciuitate Nicomedia beata Barbara.Apud Emeritā ciuitatem beata Eulalia virgo.Itē beata Christiana.In ciuitate Syracusana,beata Lucia in fine imperij dictorū imperatorū.Et plures alij sunt martyres effecti,vt in legenda continetur.

Margin: Mauritiꝰ cōmilitones confirmat. Exuperiꝰ signifer legionis Thebanę. Decia persecutio terribilis & crudelissima.

¶ Capitulum.LXXIII.

Margin: Gaius papa.

GAius ptimus natione Dalmaticus in cathedra Petri sedit annis xj.mensibus.iiij.diebus nouem.Hic pontifex constituit vt nemo Episcopos vel alios clericos apud seculares iudices audeat accusare,& q̄ paganus vel hęreticus christianum accusare non possit, vel vocem ei infamationis inferre:vt habetur.ii.q.vij.c.pagani.

Gradum etiam ordinũ tradidit, ad quos clerici scd̃m dignitatem ascenderent vt primo quoqꝫ sit ostiarius, postea lector, deinde exorcista, postea accolitus, abinde subdiaconus, vlterius diaconus, & postea presbyter. Et sic vltimo ad Episcopatum ascendat. lxxvij. di. c. illud nos.

Gradꝰ ordinũ eccl'iasticorum.

❡Capitulum. LXXIIII.

SVb eisdem imperatoribꝰ interfecto dicto pontifice, Marcellinus primus natione Romanus in cathedra Petri sedit annis vij. mensibus duobꝰ, diebus. xxv. Scribit Damasus ꝙ tempore istorũ imperatorũ persecutionis rabies sic aduersus Christianos inualuit ꝙ intra. xxx. dies. xvij. M. hoim ꝓmiscui sexus martyrij coronã acceperunt. Vnde & ipse Marcellinꝰ ad sacrificandum ducitur, & Idolis immolauit. Post paucos vero dies pœnitẽtia ductus vniuersoꝝ Episcopoꝝ congregauit conciliũ: vt habetur di. xxj. c. nũc aũt, & corã ipsis delictũ suũ recognouit, & ipsoꝝ se iudicio exposuit, sed concilij recusauit, eiqꝫ dixit. Ore inquit tuo iudica causam tuã, nõ autem iudicio nostro: & interim noli audiri in iudicio nostro: sed collige in sinu tuo causam tuã & rursum ex te (inquiũt) iustificaberis, aut ex ore tuo cõdẽnaberis. Absit (inquiunt) vt summus põtifex ab alio iudicetur: negasti tu, negauit & Petrꝰ: nullus Aploꝝ ausus fuit ipsum iudicare, dixit. O scelus idololatrię iudico me deponẽdũ, anathematizo quicũqꝫ corpus meũ tradet sepulturę: sicqꝫ pergens ad Diocletianũ, & profitens se Christianũ, capitalẽ accepit sentẽtiã, & cũ corpꝰ eiꝰ pet. xxx, dies iam inhumatũ iacuisset, nocte beatus Petrꝰ Marcello, qui in põtificatu successit, in visione apparuit dicẽs. Marcelle dormis: cui cũ dixisset quis es tu dñe, rñdit. Ego sum princeps Aploꝝ: quare inquit corpꝰ meũ inhumatũ relinquis: dãs ei itelligere hoc se de corpe Marcellini dixisse, & addidit. Nõne legisti, quia omnis qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Multũ quoqꝫ se humiliauit qui se indignũ sepultura iudicauit. Vade ergo & ipsum sepeli iuxta me, vt quos iustificauit gratia non diuidat sepultura. Supradicti tres põtifices: scilicet Gaius, Marcellinus, & Marcellus, martyriũ passi sunt sub principibus memoratis: & sederũt vt põtifices. xxiiij. annis.

Marcellinus.

Marcelinꝰ idolis imolauit, de hic pœnituit.

Seueritas marcelli in seipsum

Marcelinꝰ iussu Petri apli sepelitur.

❡Hugo aũt dicit ꝙ Diocletianꝰ ab inuito exegit Maximiano vt simul purpurã imperiũqꝫ deponeret, ac iunioribꝰ in republica cõstitutis, ipsi in priuato habitu cõsenescerẽt. Igitur sub vna die Diocletianus apud Nicomediã, Maximianus vero apud Mediolanũ deposuerũt imperiũ.

❡Cap. LXXV.

GAlerius itaqꝫ Constãtius Augusti Romanũ imperiũ in duas portiones oriẽtis scilicet & occidẽtis primitꝰ diuiserũt. Galerius em̃ Illyricũ, Asiam, & Italiã tenuit. Cõstantius autẽ vir mãsuetus, Gallia & Hispania cõtẽtus fuit. Iste Galeriꝰ persecutionẽ a Diocletiano & Maximiano excitatã atrocioribꝰ regrauauit edictis. Cõstãtiꝰ vero multa clemẽtia apd̃ hoies erga deum vero religione maxima vtebat̃. Isti quoqꝫ diuisim imperiũ tenuerũt duobus annis. Anno tertio Cõstantius apud Eboracũ in Britannia obijt. Hic probare volens qui boni viri & solidi circa ipsum erãt, pręcepit vt ij qui ad sacrificandum venirent, & deos suos colerent in suo singuli permanerent, qui non refugerent egrederentur de palatio gratias agentes ꝙ non punirentur. Cum igitur in vtroqꝫ apparerent aliqui Christiani christianę religionis

Galeriꝰ & Constãtius.

Cõstantiꝰ desertores religionis ꝓprię it fidos suspicatꝰ est.

desertores. Alij vero diuina & æterna tēpotalib⁹ præponētes deliberauit pius & prudēs princeps illorum amicitia, & cōsilio vti qui fideles in fide cōstātiores permāserāt. Alios vero velut infideles a cōsilio & colloquio suo expulit, credēs eos nūq̄ erga principē fore deuotos, qui sic erant dei sui promptissimi desertores. Galerius vero qui in partib⁹ oriētis & alijs excepta Gallia & Hispania imperabat, duos Cæsares fecit: scilicet Maximinū quē in oriente posuit, & Seuerū quē præfecit Italiæ. Ipse vero cōtentus Illyrico per oīa crudelitatem vesaniā & tyrānidem exercebat: delicijs eñ & luxu atq̄ oim dissolutionū genere fluitans turpissima suis militib⁹ præbebat exēpla, ita vt nullū etiā paruū oppidum absq̄ adulterio nobiliū matronarū, quę per loca repertę fuissent vel corruptione virginū præteriret. Hic in rā sublimi constitutus honore pudicitię, honestatis, iustitię, & totius æquitatis hostis public⁹ erat: qui vt etiā Christianorum hostis & persecutor existeret: aduersus eos tāta rabie crudelitatis efferbuit, vt prędecessores suos in scelere vincere festinaret, ignes eñ & lanam, cruces, bestias, maris profundū, obtrūcationē membrorū, effossiones oculorum, & singulis membris specialia inferte supplicia gestiebat. Cum autem dicti Galerij alias Maximini per longum tempus contra Christianos fuisset grassata crudelitas ipsum actorē scelerū vltio diuina corripuit, & ille qui letis & saginatis carnibus incedebat superbus, inflatis subito viscerib⁹ suppuratisq̄ distenditur per totū corpus. Post etiā fistulis quibusdam in superficie putridis meatib⁹, ac aptis interiorib⁹ vulneris venis ebullire cœpit vndatim inumera vermiū multitudo, fœtor quoq̄ tam intolerabilis erat, vt nullus oino nec medicorū quidē propius posset accedere. Deniq̄ plerosq̄ medicorum q̄ nec morbū mederi, nec vim fœtorū tolerare possent, interfici iubet: in quib⁹ cū quidā iugulandus potius q̄ medicatur⁹ assisteret, inspiratus a deo ait. Cur inquit imperator erras, & quod deus infert ab hoibus putas posse reuocari, nec human⁹ est iste morbus nec curādus a medicis, sed recordare quāta in seruos dei scelera egeris, q̄q̄ in religionē diuinā impius & prophanus extiteris, & intellige vnde tibi sunt poscenda remedia. Tunc se primū maximus Galerius hominē esse intellexit, & scelerū suorum imanitatē recordar⁹ prio errasse se, & impie egisse profitetur, & quasi deo satisfacete cœpit. Vocatis eñ qui in officio publico sibi parebāt legē scribit, & continuo publicari iubet, qua non solū a Christianis deficiat persecutio, & arceatur oīs iniuria, verum & rędificari eorum permittantur Ecclesię, vt solitis cultibus & obsecrationibus vacātes etiā ꝓ ipsi⁹ salute Cęsaris excelso supplicent deo. Sicq̄ per sex menses non amplius passus est nostros in pace persistere, illis lapsis quicquid ad turbandū Christianorum pacē, quicquid mali potest excogitat, & inter cętera reppersse se ad occasionem nostrę calamitatis asseruit apud Antiochiam quoddā simulacrū Iouis artibus cuiusdam magicis, & impuris cōsecrationibus ita cōpositū vt falleret oculos intuentiū, & portenta quędā ostendere videretur, & respōsa ꝓferre, & deus ille inter alia responsa dixisse, q̄ dū Christiani ab vrbib⁹ pellerētur aeris lęta esset temperies, & fœcunditas abundantior. Cūq̄ dictus imperator propellendo Christianos misisset impia edicta, & qui obediuerāt lętas & vberes segetes, pro Christianorum fuga expectarēt campos, imbres restringit in nubibus dei prouidētia, & effectas aridas sterilitate segetes derelinquit. Arescit etiā hęrba camporum, & nō solū hoibus fructum, verū etiā pecudibus pabu-

Galerij crudelitas. (margin)

Punitio Galerij (margin)

Edictū quo psecutio in christianos ꝓhibetur. (margin)

Reuocatur edictum. (margin)

lum negat, famet quoq; terra, & obsęna vbiq; crassatur. Aeris quoq; temperies quā suis impijs edictis simulari proclamauerat in tantam versa est corruptionē vt abundantia corpa vlcerib9 pessimis, quę ignis sacer appellatur: necnon & his qui dicūtur carbūculi replerentur, ita vt ora atq; oculos hominum occuparent, & si ex his effugiebat mortem, luminibus orbabatur. Sed & alijs nihilominus pestilentibus morbis virorum ac mulierum immensę multitudines, & pręcipue infantium caderent catermatim: nostri vero minime quibus reuera per dei gratiam, quod maxime hominib9 mirabile fuit: neq; fames in aliquo, neq; lues fuerunt dñata. Tunc ergo videtur impletum illud qđ scriptum est in Exodo, ꝙ Aegyptijs erant tenebrę palpabiles & crassę. Filijs autem Israel lux in omnibus habitationibus suis: nec propter hoc impius ille, ac mente ferox Galeri9 imutauit affect9, donec digna in eum verbera vltio diuina protulit. Nam carnibus inedia & ariditate consumptis, amissisq; luminibus vitę finem dedit. Tenor literę dicti imperatoris in fauorē religionis christianę destinatę hmōi esse dicitur. Imperator Cęsar Galerius Maximian9 inuictus Augustus pontifex Maxim9, Germanicus, Aegyptiacus, Thebaicus Sarmatic9, qninquies Persicus, bis Carpicus, sexies Armenicus, Medorū ac Gebenorum victor. Tribunicię potestatis vicies imperator, decēnouies consul, octies pater patrię: proconsul & imperator Cęsar inter cętera quę pro vtilitate reipublicę disponimus. Nos quidem primo voluera m9 scd̄m antiquas leges, & publicam ratione obseruantię disciplinā cuncta moderari. Inter quę etiam hoc addere vt Christiani qui paternam religionem reliquerant ad eam rursum reuerterentur. Verū qm̄ iudicio quodam animi sui obstinatio tāta eos rei hui9 habuit vt nullo modo redire vellent ad ritum religionis antiquę, quę a maioribus fuerat instituta, sed eos magis pro voluntate sua vnusquisq; legē sibijpsi constituit, & in locis diuersis plebs diuersa cucurrit. Cunq; pro his a nobis propositum fuisset edictum, vt ad primas leges redirent, & antiquitus constitutas plurimi eorum periculis se potius subijcere, necesq; innumerabiles tolerare: ꝙ obedire pręceptis talibus maluerunt. Et quoniam multos ad hęc in eodem animi iudicio durare pręuidimus, ita vt nec dijs cœlestibus honorem debitum redderent, nec suę religioni satisfacere viderentur, respicientes ad solitam mansuetudinem clęmentię nostrę qua consueuimus omnibus hominibus dare veniam, libenter etiam erga hos indulgentiam nostram credidimus porrigendam vt rursum sint Christiani, & conuenticula in quibus orare consueuerunt extruanr, & reędificent: ita tamen vt nihil contra disciplinam publicam gerant. Vnde concessa hęc nostra indulgentia orare debent Deum suum pro salute nostra & reipublicę statu, vt omni modo incolumi degente republica etiam ipsi securi agere in proprijs laribus possint. Huius imperatoris exemplo puto moti sunt omnes principes terreni eorum in auctenticis literis omnia quę possident dominia inserere, solo rege Francorum excepto, qui licet inter alios orbis principes multa & varia, ac latissima possideat, dominia omnia tamen silet in literis suis, solūq; se nominat regem Francorum, quod (vt arbitror) facit propter magnam humilitatem, aut propter regni sui Francorum summam celsitudinem. Et quoniam illo in tempore septem erant tunc principes qui de monarchia Romani imperij cōtendebāt, vt sciātur nomina illorū sedet animo pręsenti opere inserere. Quorū prim9 fuit

Edicti Galerij tenor.

Cur rex Frācorum singula dñia nō noiat.

vij. de imperio cō tēdētes.

Cōstantius. Maximianus. Hercu=lius. Maxē=tius. Seuer⁹. Maxi=minus. Mors Seueri. Mors Maxi=miani. Maxentij crude=litas. Catari=na virgo passa ē hoc tpe. Signū crucis Cōstantino ostensum. Franci, Angli, & Britāni ob hoc miraculū signum crucis deferūt. Marcellus.

Constantius iuuenis filius Cōstantij principis ex Helena filia regis Britaniæ. Secūdus Maximianus Herculius, qui cum Diocletiano regnauerat, & ambo. s. Diocletianus apud Nicomediā, Maximianus vero apud Mediolanū potestatē impērij, cultuūq; ornamēta disposuerāt, vt i priuato ocio cōsenescerent. Tertius Maxētius filius Maximiani prędicti. Alius Maximianus Galerius, cui⁹ historiā proxime descripsi. Alius Seuerus, qui a Galerio Cæsar creatus fuerat. Alius Maximinus, qui ab eodē Galerio fact⁹ Cęsar extiterat, & Licinius Maximianus Herculius Maxentiū filiū suū ab imperio deposuit, licet viuere priuate elegisset. Seuerus autē fraude militum suorū Rauenā fugiēs interfectus est. Occiso Seuero Galeri⁹ Liciniū Cęsarē imperatorem creauit. Cūq; persecutionem a Diocletiano & Maximiano excitatā atrociorib⁹ accumulasset edictis vermes eructās miserabiliter perijt. Maximian⁹ dum aduersus Licinium bellum disponeret: morbo pręuentus interijt. Maxētius Maximiani filius, a pretorianis militibus imperator creatus Romę Tyrannidem exercebat, & inter alia die quadam militibus suis imperauit exire per plateas totius vrbis, & omnes qui occurrissent cuiuscūq; ætatis & sex⁹ gladijs cederent: vnde innumera multitudo Romani populi nō hostium sed ciuium telis deiecta est. Ad vltimū etiam in Christianos crudeli persecutione deseuit: sub quo beata Catarina extitit martyrizata. Aduersus hunc cum iam vnū annū imperij ageret Constātinus bellum parauit, & dum Romam cōtra ipsum pergeret: vidit per soporem in cœlo signum sanctę crucis flāmeo nitore rutilare, & Angelos sibi assistentes & dicentes. Constantine in hoc signo vince. Constantinus ergo signū crucis quod viderat, in vexillis militarib⁹ depinxit. Constituitq; vt cuncti humeris suis milites eum veherent, & cum eo omnes acies perlustrarent, & sic instructus & armatus aduersus Maxētiū dimicaturum iter accelerauit, eumq; vixit. Mirabiliter eīn diuina tegente virtute sagittę hostium afferentibus signum crucis ipsis illęsis protinus euolabāt, & inde habuit ortum ꝙ Britones / Gallici / & Anglici in bellis deferunt signū crucis. Deniq; Constantinus supplicium crucis, quod apud Romanos primitus erat in vsu lege prohibuit. In figurationibus autem & in pręscriptionibus monetarū hoc signum vbiq; iussit scribi. Licinius apud Ciballas fuit oppressus: & sic omnibus prędictis Tyrannis extinctis, qui de imperio cōtendebāt, soli Constantino cessit Romani imperij monarchia.

¶Capitulum. LXXVI.

EOrundem imperatorū scilicet Diocletiani & Maximiani temporibus (licet aliqui dicant eum fuisse tempore Maxentij) Marcellus primus natione Romanus in cathedra Petri sedit anno domini. ccc. xxj. & sedit annis quinq;, mensibus septem diebus. xxj. & vacauit sedes dies. xx. Dicit tamen Vincenti⁹ ꝙ secundum Chronicas Romanorum pontificum Marcellino per martyrium sublato vacauit papatus annis septem, propter immanitatē persecutionis Diocletiani, cui successit Marcellus. Hic xxv. titulos cōstituit in vrbe Romana quasi diœceses, tum ꝑpter baptismata tum ꝑpter cœmiteria ad martyres sepeliēdos, tū ꝑpter pœnitentes, tum etiā propter conuersos ex Paganis. Martinus Paulonus hos titulos cardinalatus vocat. Hic magnam habuit altercationem cum Maxentio. vnde. xcvj.

di.dicitur ꝙ eidem dixit,boni principis est Ecclesias dirutas reparare & reedificare,ac sacerdotes dei honorare. Hic ordinauit vt concilium generale nō possit celebrari sine auctoritate papę:vt habetur di.xvij.c.synodum.

¶Capitulum.LXXVII.

EIsdem tēporibus Eusebius primus natione Grecus ex medico in Romanū pontificem est assumptus:& sedit annis duobus,mensibus sex,diebus.xxj.Et nota hic ꝙ sępe inuenitur assumptus papa ex laico sicuti vt supra patet de Sixto secundo,qui de statu Philosophi de Athenis assumptus est in Archiepiscopū Mediolaneñ,cum tamen cathecuminus esset. Hic instituit vt nullus laicus suum Episcopū accusare posset nisi a fide exorbitaret:vt habetur.iij.q.vij.c.laicos.&.c.oues. ¶Huius tempore vt omnes historię quę agunt de gestis summorum pontificum dicunt, Sancta crux inuenta est nonas Maij:& baptizatus est Iudas qui ipsam inuenit,& Syriacus est vocatus. Historia tñ inuentionis tradit ipsam inuentā tēpore Helenę matris Constantini. Dici tñ posset ꝙ inuenta fuit hoc tempore, tempore tamen Helenę solennizata:quę responsio non multum valere potest:cum historia inuētionis sanctę crucis expresse dicat inuentam fuisse per Helenam,cui est assentiendum. ¶Hic pontifex martyr effectus est sub dicto Maxentio sexto nonas Octobris Romę. Hoc tempore floruit Eusebius Cęsarieñ Episcop⁹,qui licet libros plurimos ediderit historiā Ecclesiasticam inter alias edidit.

Eusebi⁹

Inuentio sanctę crucis.

Eusebi⁹ Cęsarieñ.

¶Capitulum.LXXVIII.

EIsdem temporibus Melciades primus natione Romanus in cathedra Petri sedit annis quatuor,mensibus septem,diebus octo:& cœpit anno dñi.cccxxviij.& vacauit sedes diebus.xvij. Hic ordinauit die dominica & feria quinta propter domini reuerentiam nō esse ieiunādum. Damasus tñ & alij Historiographi aliā causam assignāt: videlicet quia hos dies pagani vt sacrū ieiuniū celebrabāt:habeē de cōsecra.di.iij.c.ieiuniū faciebār:vt.xxx.di.c.si quis presbyter. Et quia eius tpe vt Damasus affirmat dicta hęresis pullulauit in vrbe Romana:inde est ꝙ dictus pontifex dictā cōtra Manichęos cōstituit ordinationē. Hic quoq; est notandū ꝙ vsq; ad istū pontificē martyres fuerūt oēs Romani pontifices numero.xxxiij. Marcus solus excluditur,quē Cusentinus solus catalogo pōtificū aggregauit,& post Felicē primū affirmat sedisse in cathedra Petri. Alij Historiographi nullā de dicto Marco faciūt mentionē. Dicti pōtificis tpe Paulus primus eremita floruit,qui postea sub Cōstātino iā christiano cētesimū vicesimū ānū agēs viā vniuersę carnis ingressus est. Dictus Diocletianus imperator nō procul a Salone veneno obijt,& post ipsum & Maximianū,aliosq; supradictos,qui de Romano contendebant imperio.

Melciades.

Numer⁹ romanoꝝ pōtificū qui martyrio coronati fūt

¶Capitulum.LXXIX.

COnstātinus Cōstātij Cęsaris ex Helena cōcubina filia regis Britānię assumpsit insignia Romani imperij anno dñi.ccc.x.& ab vrbe cōdita.M.lxj.ab initio mūdi.iiij.M.cc.lxxij.& imperauit annis.xxxij. Hic licet scđm ea quę supra narrata sunt Christum agnoscere ipsumq; honorare videtur,& tamē nōdū perfectę christianę religionis veritatē cognoscebat adhuc sui imperij tpe presides Antichristi persequebantur Ecclesiā,quo in tpe

Constātinus.

Syluester ab omni plebe & clero in summum pontificem est electus, & quia dictus Constantinus christianos persequi nõ differebat in pœnã persecutionis tyrãnicę in incurabilẽ incidit plagam leprę, pro cui⁹ medicamine. iij. M. & amplius infantes adducti sunt consilio pontificum Capitolij volentiũ facere piscinam infantiũ occisorum sanguine in quo nudus Augustus descenderet: & mox leprę illius vulnera curarentur: quod percipiens dictus Cõstantinus exhorruit facinus se tantorum criminum reum fieri apud deum, quantorum fieret noxius puerorũ: vnde iussit stare currum, seq; erigens imperator dixit. Dignitas Romani imperij de fonte nascitur pietatis, quę hanc lędit vt capitali sententia punietur, qui aliquẽ occidisset infantem. Eratq; hoc statutũ in bello, vt facies quem pubertas non nouerat gladium bellatorum euaderet. Absit igitur exercere in filijs nostrorũ ciuium quod in hostiũ filijs custoditum est. Melius est ergo me mori salua vita innocentium, q̃ per eorũ interitũ vitam recuperare crudelem, quam tñ recuperare incertum est, cum certum sit q; sic recuperata crudelis est. Pręcepit igitur vt matribus suis pueri redderẽtur, dona simul amplissima & vehicula infinita & annonã mandauit expẽdi, vt gaudentes reuerterentur ad propria: quę flentes ad patriam venerant alienã. Ipse vero imperator ad suum palatium remeauit: ac igitur transacta die nocturno regi facto silentio somni tempus aduenit. Et ecce assunt sancti Apostoli Petrus & Paulus dicentes. Qm̃ flagitijs imposuisti terminum, & horruisti effusionem sanguinis innocentis, missi sumus a Christo dño dare tibi sanitatis recuperandę consilium: quam & recuperauit, vt liquet intuenti legendam beati Syluestri. Fueruntq; vltra Constantinũ imperatorem illo anno quo baptizatus est Constantinus baptizati. xxx. M. virorum, exceptis paruulis & mulieribus, quorum multitudo extitit infinita. Dictusq; Constantinus notabilem direxit ad omnes Episcopos Epistolã modũ suę conuersionis exponẽdo: qui quidem Cõstantinus volens sacratissimã sedem exaltare, ac extollere, tribuit sibi honorificentiam & potestatem imperialem decernendo vt principatum teneat, tam super quatuor pręcipuas sedes: scilicet Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam, quam super omnes in toto orbe terrarum dei Ecclesias, & qui pro tempore pontifex eiusdem Romanę Ecclesię fuerit excelsior, & princeps cunctis totius hui⁹ mũdi sacerdotib⁹ existat: & quęcũq; ad cultũ dei vel christianę fidei stabilitatem ordinãda sunt eius iudicio disponẽtur. Iustũ quippe est vt ibi lex sancta cœpit teneat & principetur, vbi sacrariũ legũ institutor Christus Iesus beatũ Petrũ apostolatus cathedrã obtinere pręcepit, vbi & crucis patibulũ subijciens beatę mortis sustinuit passionẽ, ibiq; gentes pro Christi noie colla flectãt, vbi doctor eorum paulus Aplus pro Christo extẽso collo martyrio coronatus est, ibiq; proni & humiles cœlestis regis famulẽtur obsequio, vbi superbi terrenię regis imperio seruiebãt. Statuit etiã q; summ⁹ põtifex diademate Phrygio suphumerali chlamyde purpurea tunicaq; coccinea, & omni imperiali indumoto vtatur. Et quẽadmodũ imperialis potẽtia diuersis officijs cubiculorum & aliorũ ornatur, ita & sanctã Romanã Ecclesiã decorari voluit. & vt amplius pontificale decus pręfulgeret decreuit, vt eiusdem Romanę Ecclesię clerici, quos hodie vocamus cardinales, equos linteaminibus candidissimi coloris liceat equitare, quibus reuerendissimis clericis illud culmen singularis potentiæ, &

Ista historia ẽ apocrypha.

Constãtin⁹ christian⁹ efficitur.

Ecclia auget.

pręeminctię cõcessit: quod amplissimus olim ordo senatus habebat. Cõstruxit etiam in palatio Lateraneñ, ꝙ beato Syluestro, oibusꝗ in sede beati Petri successoribus cõtulit Ecclesiã solẽnem, in qua sunt scripti isti versus. Dogmate papali datur, ac simul imperiali, Vt sim cũctarũ mater, caput Ecclesiarũ. quã beatus Syluester papa cõsecrauit, & ꝙ oĩm Ecclesiarũ esset caput, priuilegiauit. Insuper vrbẽ Romanã & oẽm Italiã beato Syluestro, eiusꝗ successoribus cõcessit, adijciẽs ꝙ si quis in hoc cõtemptor aut temerator extiterit, ęternis condẽnationibus subiaceat: & sanctos Dei Apostoloꝝ principes Petrum & Paulũ in pręsenti vita & futura sentiat cõtrarios, atꝗ in inferiori cõcrematus cũ diabolo & oibus impijs deficiat. Sicꝗ data vrbe Romana dictus imperator Bizantiũ maritimã ciuitatẽ restaurauit, suoꝗ nomine Cõstãtinopolim appellauit. Transtulit etiam tũ eo pene oẽs nobiles Romanorũ & ordinem Senatorũ cum vxoribus & liberis eorum. Vnde liquet ꝙ pauci aut nulli sunt nobiles in vrbe Romana, saltem de stipite veteri.

Cardialis de cusa cõtrariũ scribit, probaꝗ inter Cõstãtinũ & Syluestrũ lõga tẽpora intercessisse.

Tempore Syluestri quatuor principales fuerunt ędificatę Ecclesię. Capitulum. LXXX.

HVius imperatoris tpe, Syluester primꝰ natione Romanus in cathedra Petri sedit anno dñi. cccxxxiiij. & sedit annis. xxiij. mẽsibꝰ. x. & vacauit sedes diebꝰ. xv. Eiꝰ tpe Romę quatuor principales ędificatẽ Ecclesię. q̃ Patriarchales etiã noiantur. Prima fuit Lateraneñ, quę & Cõstãtinia noiatur, quia ibi sedes fuerat Cõstantini, quã voluit esse primã in toto orbe terrarũ: vt habetur. xcvj. di. c. cõstantinus. Secũda fuit Ecclesia beati Petri. Tertia fuit beati Pauli. Quarta fuit beati Laurẽtij: quã ornauit vestibus sacris & vasis: quorũ nomina hodie pro maiori parte nõ sunt in vsu, licet maximi fuerint precij seu valoris: dotauit etiam eas prędijs & campis, villis & regionibus, tam de Italia q̃ de Gręcia, q̃ etiam de Aegypto & Palęstina: vt in. c. pręal legato (constantinus) patet. Hic etiam imperator ad instantiam dicti pontificis pro reuerentia sedis apostolicę quibusdã reuerendissimis clericis Romanę Ecclesię seruientibus illud culmen singularis potẽtię & pręeminctię concessit qđ amplissimi olim ordo senatus habebat: hos quoꝗ clericos cardinales nominamus prius per titulos distinctos, primo per Cletũ ex mãdato Petri Apostoli. Postea per Anacletũ, Dionysium, & Marcellũ, sed tunc facta est distinctio titulis quãtum ad officiũ: videlicet prędicãdi: martyres sepeliendi, baptizandi, & pœnitentias indicendi. Nunc autẽ cõstituuntur eorum tituli ad decorem Ecclesię, vt illa dignitate, illoꝗ honore splendeant, quem seu quam amplissimi olim ordo senatus habebat. Et est attendendũ ꝙ Martinꝰ in Chronica sua ponit numerũ cardinalium: & dicit ꝙ sunt quinquaginta: videlicet. vij. episcopi. xxviij. presbyteri, &. xvj. diaconi: sed scd̃m assignatiões tituloꝝ factas per supradictos tres summos põtifices plures inueniũtur: sed nõ est vis faciẽda, q̃a hoc est & semp fuit in volũtate & dispositiõe summi põtificis. Qz aũt Syluester primo istituerit cardinales scriptores cõiter ꝑ historiã ꝓbari dicũt per. c. ꝑsul. ii. q. iij. antea eñ vocabãtur p̃sbyteri vrbis Romę: vt patet ex historia Ecclesiastica Eusebij. Tempore dicti põtificis facta fuit prima Synodus in Bithynia ciuitate Nicena: vbi interfuerũt. cccxviij. Epĩ: vbi cũ haberetur cõsiliũ siue colloquiũ de voto castitatis emittẽdo a diaconibꝰ p̃sbyteris

Syluester.

Pria Lateraneñ

Scd̃a ecclia bti Petri.

Tertia Pauli.

Quarta Laurentij.

Cardinales a Syluestro istituũtur.

De titulis cardinalium

Synodꝰ Nicena

Panucius.

De voto caſtitatis a ſacerdotibus prȩſtando.

Accuſatiōis cardinaliū forma.

Vt nullus laicꝰ crimen clerico ĩferret.

De cȩteris eiꝰ iſtitutionibus.

& alijs ſuperioris ȩminētiȩ prȩlatis ſurgens in medio famoſiſſimus vir abbas Panucius q̄uis nuptiarū ignarus, dicit periculū clero ex hoc voto prouenire poſſe: vnde cōſulit virū quēq ad hoc volūtate ſua nō neceſſitate dimitti: quod tota Sinodus approbauit, & q̄q̄ tūc ſic fuerit ordinatū, in ſexta tñ Sinodo apđ Conſtantinopolim celebrata diffinitum fuit ꝙ oriētalis Eccleſia nō obligatur ad emittendū votum caſtitatis. Occidētalis vero ad hoc ſe ſpecialiter obligauit. vt habetur. xxxj. di. c. qm̄. & c. ſequenti. in quo cōcilio interfuit beatus Nicolaus. Factiq patres damnauerūt in dicto cōcilio Arrium Fantinū aſſerentem Chriſtū puram creaturā & minorem patre. & Sabelliū & eoꝝ ſequaces. ❡ In dicta Sinodo per Syluestrū tradita fuit forma accuſationis cardinalis, quia cardinalis epiſcopus dānari nō poteſt niſi cū. lxxij. teſtibꝰ, preſbyter cardinalis cū. lxiij. diaconus cardinalis cū. xxvij. habetur hoc. c. prȩſul. ij. q. iiij. Hic ſanctus pontifex conſtituit, vt nullus laicus crimen clerico auderet inferre: quȩ cōſtitutio habetur. ij. q. ſeptima nullus. Amplius cōſtituit vt nullus clericus ante diē accuſatus cauſam diceret niſi in Eccleſia. vt habetur. xj. q. j. c. teſtimoniū. Rurſus ſtatuit vt diaconus dalmatica vteretur. Vlterius ſtatuit, vt ſacrificiū altaris nō ĩ cerico ſed ĩ ſindone fieret, quia in ſindone ſepultꝰ eſt dñs: habetur de cōſe. di. j. c. cōſulto. Dictus imperator Cōſtantinus monachus effectꝰ obijt anno ȩtatis ſuȩ. lxvj. imperij vero ſui anno. xxiij. quē Grȩci Cathalogo ſanctoꝝ annumerāt, & feſtum agunt. xxj. menſis Martij. Hic tres filios quos Cȩſares fecerat derelinquit: ſcilicet Conſtantinum/ Conſtantium/ & Conſtantem, qui in imperio eidem ſucceſſerunt.

❡ Capitulum.. LXXXI.

Marcꝰ papa.

Iuſdem Conſtantini tēporibus, Marcus ſecundus natione Romanus in cathedra Petri ſedit, ſucceſſitq beato Syluestro: & cœpit anno dñi. ccc. lviij. Sedit aūt annis duobus, menſibus octo. diebus. x. & vacauit ſedes diebus. xx. Hic ſtatuit ꝙ Symbolū Nicenū cantaretur in Eccleſia in miſſa dñicis diebus & prȩcipuis feſtis: quod Symbolū apud veteres patres, & eſt etiā apud nos magnȩ auctoritatis, quod prȩſtat euidēs argumentum, quia ſculptum eſt ſolenniter in altari beati Petri. Hic cōſtituit vt Epiſcopus Oſtieñ pallio vteretur: & ſummū pontificem conſecraret. Huius tempore cœperunt florere Eccleſiȩ doctores duo: videlicet Athanaſius & Hylarius de prouincia Aquitaniȩ.

Athanaſiꝰ & hylarius.

❡ Cap̄. LXXXII.

COnſtantinꝰ/ Cōſtantius/ & Cōſtans fratres & filij Cōſtantini magni imperauerunt ab initio mundi. iiij. M. ccc. iiij. Et ſi non ȩqualiter omnes anni. xxiiij. Cōſtantinus Romȩ, Cōſtantius vero Conſtantinopolim, Conſtans vero Antiochiȩ principantur. Conſtantinus quoq qui quaſi totum tenebat imperium dum Cōſtantem fratrem bello perſequitur, incaute ſe periculis offerens, a ducibus Conſtantis occiſus eſt. Conſtans vero dolis Mauecij in oppido cui Helena nomen eſt, prope Hiſpaniam interfectus eſt: & ſic Conſtantio totum ceſſit imperium. Huius Conſtantij impietas Arriano fulta prȩſidio vndecimam contra catholicos perſecutionem mouit: in qua multi martyrium paſſi ſunt.

Hȩreſis Arriana ſuū virꝰ effūdit.

❡ Capitulum. LXXXIII.

Iulius. — De concilio cogendo. — Hillarion. — Athenasius. — Hęresis Donatistarum.

HVius imperatoris tempore, Iulius primus natione Roman9 in cathedra Petri sedit annis.xj.mensib9.ij.diebus.viij.& vacauit sedes diebus.xv. Hic statuit vt nullum consilium vigorem & auctoritatem habeat, nisi auctoritas papę interueniat habetur.xvij.di.c.regula. Constituit etiam ꝙ nullus cleric9 vocetur ad iudicium anteq̄ omnia sibi ablata restituantur.ij.q.ij.nullus. Insuper constituit ꝙ appellanti audientia non negetur.ij.q.vj.c.placuit. Huius tempore floruerunt sanctus Hillarion & Seraphion: floruit etiam Athenasius, qui per Cōstantiū proscriptus & relegatus ī quadā cripta septennio latuit, vbi Symbolum, Quicūq̧ vult, composuit, multosq̧ alios libros. Dicti etiam pontificis tempore cœpit pullulare hęresis Donatistarum per quendam Donatum in Aphrica. Floruerunt etiam (vt aliquę historię tradunt) Ioannes Chrysostomus, Epiphanius, & Pastor abbas, multiq̧ alij sancti æremitę.

¶ Capitulum.LXXXIIII.

Liberi9 papa.

DIcti etiam imperatoris tempore, Liberius prim9 natione Romanus in cathedra Petri sedit: & tenuit pōtificatum annis.x. mensibus.vij. Hunc Constantius hęresi consentire volentē exilio relegauit, vbi tribus annis exular, Felice presbytero de concilio dicti Liberij substituto, qui Felix Nicenam sinodū inconcusse seruauit, & duos presbyteros Vrsacium & Valentem Arrianos a cōsilio & Ecclesiastica cōmunione pręscidit. ¶ Quapropter Constantius indignatus Felicem deposuit, & Liberium ad sedem suam restituit. Aliquę historię dicunt ꝙ quia dictus Felix dictum Constantium declarauit hęreticum ab eodem fuit depositus. Tandemq̧ pro fide capitis abscisione occisus Felix, Dictus Liberius in sede Petri vixit in errore Arrianorū annis septem (vt Damasus refert:) quo in tempore magna fuit persecutio in Ecclesia per Arrianos, dissimulante dicto Liberio, qui Aarriani fauente imperatore Constantio Romę concilium celebrauerunt, vbi Arrius superuenit. Sed anteq̄ intraret concilium secessit ad secreta naturę, ibiq̧ effudit omnia intestina, sicq̧ turpiter, vt decuit, mortuus est.

Arrij mors. — Hilari9 ad cōcilium venit, & cū Leone papa cōtendit.

Hoc igitur beatus Hilarius Pictauieñ audiens zelo fidei accensus illuc perrexit. Cunq̧ peruenisset ad locum Leo papa hęreticus mandauit vt nullus de concilio ei assurgeret. Intrans igitur Hilarius locum concilij, nulloq̧ assurgente, super nudam terram sedit, dicens, Dñi est terra & plenitudo eius. Tunc diuino miraculo terra intumuit, ita vt Hilarius omnibus pręemineret. Inuehitur dictus Leo papa & aggreditur Hilariū. Tu es inquit Gallus, sed non de gallina natus. cui respondit Hilarius. Non sum Gallus, sed sum de Gallia nat9: tu vero es Leo, sed nō de tribu Iuda. Surgens igitur Leo, & ad secreta naturę vadens dixit Hilario. Expecta modicū, quia ego te paccabo. Cui Hilarius respondit. Tu inquit ibis, sed non redibis: quod & factum est, quia vadens ad secessum ibi effudit turpiter intestina, sequens magistrum suum Arrium, sicq̧ dissipatum est concilium impiorum.

Violenta Leonis seu Liberij mors.

Sed attendendum est ꝙ nulla gesta summorum pōtificum de isto Leone, quē dicunt fuisse tempore Constantij faciunt mentionem. Sed potuit esse Liberius, qui.vij. annis fauit Arrianis, a quibus se fecit vocari Leonem. Tempore vero quo fuit verus catholicus fuit vocatus Liberius, vel forte iste Leo non fuit verus papa, sed antipapa, creatus a vilissimis Arrianis. Hoc tempore flo-

Hęresis fuit Donatus grāmaticus. Orta est in Syria etiam hęresis fatua Antropomor
Antro= phitarum auctore Syro quodā nomine Andero, qui pessime intelligens quod
pomor= scribitur in Genesi. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no=
phitarū strā, asserebat Deum habere humanam formam ex partibus corporis compo=
sitam. Cū tñ scriptura loquēs de manibus dei vel oculis &c. non sic intelligen=
da est ꝙ sit in deo corporalis distinctio: sed sunt quędam potentię spirituales.
Didim⁹ Dicto tempore floruerunt Basilius / Theodorus / Eusebius / & Didimus: qui
Basili⁹. licet a parua ętate oculis orbatus: tamen Dialecticā & Grāmaticam, quę ma=
xime visu indigent vsq; ad perfectum didicit. Plurimaq; opera notabilia non
sine administratione diuinę illustrationis in ipso composuit. Ferunt Liberiū
apud cœmiteriū sanctę Agnetis aliquādiu habitasse cum Constātia Cōstan
tij sorore, quo eius rogatu & auxilio vrbem tutius ingrederetur: sed mulier ca
tholica dolum inesse sentiens id facere recusauit. Tandem Constantius insti=
gantibus Vrsatio & Valente Arrianis pulso Felice Liberiū introduxit: vnde
persecutio ita vehemēs exorta est, vt in ecclesijs ipsis presbyteri & clerici pas=
Eusebi⁹ sim necarentur. Claruit his temporibus Eusebius Enosenus Episcopus, qui
multa contra Iudęos gentes & Nouatiores docte admodum & eleganter scri=
Asteri⁹ psit. Pretetea his temporibus Asterius Arrianę factionis Philosophus mul=
Serapi= ta in catholicos composuit. Edidit quoq; Serapion vir ingenio ac eloquentia
on. clarus aduersus Manichęum librum egregium, nec vnq̄ Constantij minis a
Liberi⁹ confessione veritatis destitit. Liberius vero post q̄ annis. xvj. mēses. vij. & die
morit. bus duobus in cathedra sedisset, vitę suę finem dedit, cuius corpus tum sepul=
Anto= tum est in cœmiterio Priscillę. Sub hisdē temporibus Antonius eremita ma=
ni⁹ ere= gnum sui nominis odorem effudit: cuius hęc pręclara extant dicta. Quocunq;
mita. vadis deum semper habe prę manibus. In quocunq; loco sederis non cito mo=
Anto= uearis: videns autem quēdam iuuenē miracula facientem ait, videtur iste mi=
nij di= hi similis esse naui oneratę omnibus bonis: de qua incertum est vtrum perue=
cta. nire possit ad portum. Et statim cœpit flere, dicens. Magna columna Eccle=
się modo cecidit: peccauerat em̄ frater ille, & post quinq; dies mortu⁹ est. Idem
quoq; aiebat. Labor / humilitas / & oratio, conseruant monachum. Econtrario
vero quies / volūtas propria / & fiducia perdunt. Sicut pisces si tardauerint in
sicco moriuntur, ita monachi extra cellam tardantes, a quieto proposito resol
uuntur. Quiescens in solitudine a tribus bellis eripitur: scilicet auditus / locu=
tionis / & visus: & vnam tm̄modo habet pugnam: scilicet cordis. Obijt autem
anno Constantij. xix. ętatis vero suę. c. v. ¶Capitulum. LXXXV.

Felix. FElix secundus natione Romanus patre Anastasio Constan=
tij temporibus fuit, qui Liberio pulso ꝙ hereticis faueret ele=
ctus fuit: seditq; anno vno, mēsib⁹ quatuor, diebus duodecim,
qui pontificatu inito Constantium magni Constantij filium
hęreticum & secundo baptizatum promulgauit. Hoc etiā tem
pore heresis Arriana bipharia diuisa est. Nam Eunomius vir
corpore & animo leprosus, ac morbo regio correptus affirmabat filium patri
dissimilem rebus in omnibus, spiritum vero sanctum nihil cum patre aut fi/
lio habere cōmune. Macedonius vero filium patri similē fatebatur, licet spiri
tum sanctum non secus ac ille blasphemaret. Habuit autem hic pontifex cō=
cilium octo &. xl. Episcoporum: in quo decretum est vt Episcopi omnes, aut

ad concilium generale veniant, aut literis rationem reddãt: quare id facere nequeant: quod quidē institutum Carthaginensi concilio renouatum est. Huius temporibus fuit Achatius Cęsariensis Ecclesię in Palęstina Episcopus, qui tantę auctoritatis ob eloquentiam apud Constantium fuit, vt Romę in Liberij locum Felicem Arrianum cõstitueret: quem tamen catholicum supra scripsimus. Felix autem cum pro fide decertaret, ipse cum multis alijs bene sentientibus captus occiditur: sepeliturq; in Basilica, quam ipse ędificauit Aurelię. Constantius vero postq̃ imperio solus potitus esset, Parthicisq; reb⁹ esset occupatus, ad bellum ciuile conuersus, apoplexia moritur inter Ciciliam & Cappadociam in Mopsocrēn oppido, anno imperij quarto & vigesimo, ętatis quinto & quinquagesimo. Achatius. Felix p̄ fide occiditur. Cõstanti⁹ moritur.

¶ Capitulum. LXXXVI.

SVb idem tempus Iulianus, qui & Apostata cognominat⁹ est Romanum assumpsit imperium anno dñi. ccc. lxiiij. mundi vero. iiij. M. ccc. xxvj. Imperauit autem anno vno, mensib⁹ octo. In nõnullis tñ Chronicis eius imperio anni tres, menses octo ascribuntur. Hic aliquãdo apud Constantinopolim literis vacans, Mardonio Pædagogo vsus est in Grãmatica, & in Rhetorica Libanio, in Logica Eubolio. In his artibus proficiens, imperij aliquãdo adipiscendi opinionem apud homines faciebat: quod timens Cõstantinus illum Nicomediam misit, vbi Magicam artem ediscens, Iulianus ab Imperatore iussus est occidi. Sed maximo cõmento vsus monachũ se esse finxit, quo mundo abrenunciasse iudicaretur: vt sic Imperatoris mentem eluderet. Deniq; Nicomedię lector constitutus, Imperatoris furorem mitigauit: sed cum amicis felicia fore tempora declararet, quo ad imperiũ assumeretur, suspectus imperatori factus diffugit: inuentus tñ Eusebię Constantini vxoris beneficio vitam obtinuit: veniens igitur Athenas Vates vbiq; quęrit, tandem vero Magum inuenit, qui dęmones aduocans visibili specie ad se adduxit: quibus conspectis Iulianus crucis signaculum fecit, quo territi dæmones effugiunt. Vnde signum crucis admirans atq; laudans Iulianus virtutē Christi prędicabat. Magus vero illum culpans sic alloquitur. Ne putes o bone vir quia timuerant signum hoc, sed potius abominati recesserunt: sicq; capiēs miserum, repleuit eum odio Christiani signaculi. In hac igitur arte magica Iulianus proficiens, ab Athenis reuocatus Cęsar constituitur: acceptaq; Cõstãtia sorore Constantij in Gallias aduersum Barbaros missus est: de quib⁹ triũphans militum consensu Augustus appellatus est. Quo audito Constantius bellis Parthicis occupatus ad bellũ ciuile cõuersus, apoplexia in itinere obijt. Ob id Iulianus rerum potitus vt omnibus placeret primum catholicos a Cõstantio pulsos reuocat: Paganis quoq; Idolis immolandi licentiam tribuit. Deinde orationes in senatu recitans cunctos qui ante se fuerant Cęsares lacerauit. Scripsit etiam contra christianos blasphemum librum. Sub hoc in christianos persecutio maxima facta est: nam cũ cęteris esset callidior multo plures blanditijs q̃ vi superauit. Athanasius quoq; cum Auguribus & Magis obsisteret, quo minus suis artibus vti posset a Iuliano in exiliũ mittitur. Cũ Daphinus in suburbano Antiochię ab aruspicibus interrogaretur nullũ responsum acceperunt: vnde silentij causam percontantes sacerdotes a dæmonibus hoc responsum acceperunt. Si Babilę martyris sepulcrum auferatur respon=

Iulian⁹ Apostata. Iulian⁹ decipit. Iulian⁹ imperator efficitur. Persecutio christianorũ.

sum dabitur:hoc responso hilarior factus Iulianus christianis imperat,vt inde sepulchrum auferant,qui iussa complentes mira exultatione sepulcrum trahunt dicentes. Confundantur omnes qui adorant sculptilia,& qui gloriantur in simulacris suis, quibus verbis ita Iulianus excanduit vt preter institutum multos interfici iusserit.Preterea Iulianus quo christianis stomachum faceret Iudeis templum Hierosolymitanum restituit,cum dicerent se alibi sacrificare non posse.Qui certe tanta arrogantia elati sunt,vt maiore impensa q̃ antea restituere templum conarentur: verum non ita multo post terremotu templũ corruens & multos Iudeos simul oppressit,& illud approbatum est,lapidem supra lapidem poni non debere.Sequenti autem die incendio diuinitus imisso & ferramenta consumpta sunt,& eo miraculo multi Iudei perterriti ad fidem Christi venere.Preterea paganos christianorum officijs assuefactos fieri volebat: vnde Arsatio pontifici Galatie scribens monuit vt sacerdos ad spectacula nõ ꝓcedat,in tabernis nõ bibat,reb⁹ turpib⁹ nõ interfit,Xenodochia cõstituat per singulas ciuitates,ad q̃d opus iussit singulis annis dari.xxx.mille modios frumenti,&.xl.mille sextarios vini.Christianis Iulianũ aliq̃n adeũtibus ꝙ nimium tributis grauarentur ita responsum est: vestrum est vt patiẽter mala sustineatis:hoc em̃ est preceptum dei vestri.Eo aliquãdo sacrificante apud Fortunam Cõstantinopolitani maris Episcopus Calcedoniensis senectute cecatus illum publice appellauit apostatam:cui Iulianus.Neq deus tu⁹ te curare potest.At Ep̃us.Deo gratias ꝙ te non video omni pietate nudatum. Auferebat hic impius ab Ecclesijs ornamenta,a virginibus alimenta,a clericis priuilegia,quos inter milites aggregari iussit. Vetuit autẽ ne Galileorum filij(sicem̃ christianos nominabat)Poetas,Rhetores, aut Philosophos legerent ꝙ diceret paganos a christianis proprio gladio vulnerari. Iulianus autẽ imperatoris auunculus cum pallia deo dicata Antiochie in vnum collegisset, proijciens ea in terra contumeliose super ea sedit,moxq verenda eius & loca fœmorib⁹ circũposita tãta putredine percussa sunt,vt vermes crearẽt.Aeliopolite autem quia scd̃m suas antiquas leges virgines eorum non fornicabantur anteq̃ nuberent,eas in theatro nudas stare iusserunt.Quibus primũ illudentes,postea totũderunt,nouissime per medium sectas porcis edendas tradiderunt:in Ascalona & Gaza pagani diuidẽtes vteros virginum & ordeo cumulantes porcis apponebant.In Sebastia Ioannis ossa cremata sunt,ac in puluerem redacta.Sub hoc passus est sanctus Gallicanus,qui sub Constantino magister militum fuerat.Passi sunt etiam Ioannes & Paulus egregij adolescẽtes cũ ceteris multis,quorũ gloriosa passio quotidie in Ecclesijs recitatur.Impius vero Iulian⁹ vbi multos martyres interfecit in Persas exercitũ duxit,cogitans se christianã religionem deleturum,si de Persis victoriam reportaret. Nã nostrorũ dijs sanguinẽ post victoriã sacrificauit, at vbi quodã simulato ꝑ fugam ad deserta Persarum astu deductus est cum fama & siti apostata perdidit exercitum:ipse vero inconsultus a suorum errans agminibus ab obuio fortè hostium equite lancea perfossus interijt anno etatis sue.xl.imperij tertio Dum autem moreretur Christum blasphemans ait.Vicisti Galilee vicisti: atq in his vocibus miser vitam finiuit.His temporibus sanctus Hilarion in Palestina magnum religioni christiane sua sanctitate augmentum dedit.

Iulian⁹ iratus.

Impiũ Aeliopolitarũ facinus.

Ioannis baptiste ossa cremantur

Gallicanus martyr.

Iulian⁹ occidit.

Hilarion.

¶Capitulum.LXXXVII.

Amasus huius nominis primus natione Hispanus, patre Antonio Iuliani temporibus post Felicem in cathedra Petri sedit annis.xviij.mensibus duobus,diebus.x.vir sane tanto pontificatu dignus:habuit tamen initio sui pontificatus cõ= petitorem Vrsicinũ diaconum,qui a seditiosis clericis schis= maticisq; viris pontifex electus,mox Basilicam quę Siciniũ appellatur cum suis inuadit,vbi & multi vtriusq; partis cecidere populo illuc confluente. Verum non ita multo post Damasus populi consensu confirma= tur,& Vrsicinus ad Neapolitanam Ecclesiam traducitur. Damasus autẽ ad= ulterij accusatus delatoribus causam dixit,congregataq; Synodo purgat9 est a.xliiij.Episcopis,Concordio autem atq; Calixto falsis accusatoribus Eccle= sia interdictum est:statutumq; est vt deinceps pœnã talionis subeat,qui ali= quem falso accusauerit. Pacata Ecclesia Damasus rogatu Hieronymi vitas pontificum qui ante se fuerunt conscripsit,diuoq; Hieronymo mandauit,vt Ecclesię officium ordinaret:cuius mandata perficiens Hieronymus psalmos in ordinem redegit,cuius etiam suasu Gloria patri & filio & spiritui sancto, in fine Psalmorum decantandum instituit. Præterea Hieronymi sanctitate ac virtute commotus Damasus illius scriptis authoritatem dedit,cum prius septuaginta interpretum atq; aliorum translatotum scripta in ptecio solũ ha berẽtur. Nã ex tunc Hieronymi Biblia legi cœpta est,& Psalmi eiusdem fi= deliter ex hebręo traducti cum antea incomposite apud omnes passim legerẽ tur. Statuit etiam vt Symbolum tacite per ferias singulis horis canonicis de cantaretur,ex concilio vniuersalis Synodi,similiter Symbolũ maius in mis= sa caneretur. Confessionem pręterea in principio cuiuslibet missę dicendam ordinauit. Auxit etiam idem pontifex cultum diuinum,nam & duas Basili= cas ędificauit,vnam iuxta Theatrũ,alteram via Ardeatina iuxta Cathecũ= bas dedicauit,& Platoniã vbi corpora Petri & Pauli aliqñ iacuerãt. Pręterea datis Ecclesię multis munerib9 p̃ciosisq; calicib9 cũ quinquies ordinationem mẽse decẽbrio celebrasset,nonagenarius diẽ obijt,ac sepelit̃ via Ardeatina cũ matre & sorore in Basilica a se condita tertio idus Decembris. Creauit autem presbyteros tres,diaconos.xj.& Episcopos per diuersa loca numero.xlij. Hu ius temporibus floruit beatus Hieronymus sacerdos vrbis Bethleem, qui cũ nobili esset genere ortus Romam adueniens hebraicę linguę gręcę pariter & latinę fit peritus. Demum post secularium literatum adeptum apicem cœle= sti tactus instinctu Gregorij Nazianzeni Cõstantinopolitani Episcopi cõ= suetudine vsus est,a quo scipturarum scientiam etuditus perrexit Alexãdriã, audiuitq; Didimũ sacrę scripturę interpretem,postremo reuersus Hierosoly mam Barabeum Iudęum nocturnũ habuit pręceptorem:timebat eñ Iudęos & quasi furtiuis horis Nicodemum Christi discipulum imitans suę scien= tię copiam Hieronymo faciebat. At vbi Hieronymus tum scientiarum,tum etiam virtutum culmen adeptus est,desertum accinctus petijt. Quę vero ibi passus est de se ipse testatur:ait eñ. Quotiens in ęremo constitutus in illa va= sta solitudine,quę exusta solis ardoribus horridum monachis pręstat habita= culum,putaui me Romanis interesse delicijs. Sedebam solus,quia amaritudi ne repletus eram,horrebant sacco membra deformia & squalida cutis situm Aethiopicę carnis obduxerat, quotidie lachrymę,quotidie gemitus:& si qñ

Damasus papa.

schisma Vrsicinus antipapa.

Damasus impositor adulterio se purgat.

Pœna taliõis.

Hieronymus diuinũ offm̃ ordinat.

Traductio hieronymi approbatur.

Hieronymus.

Hieronymi vita.

repugnantem somnus innuens oppressisset nuda humo vix ossa hęrentia collidebam: de cibis vero & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse luxurię sit: ille igitur qui ob gehennę metum tali me carcere ipse mancipauerim, beluarum tm̄ socius & ferarum: qui sępe choreis intereram puellarum pallebant ora ieiunijs, & mens desiderijs ęstuabat, in frigido corpore & ante hominem suum iam carne pręmortua sola libidinum incendia bulliebant: itaq̧ omni auxilio destitutus ad Iesu pedes rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam: non depudesco infelicitatis meę quin potius plãgo, non quid fuerim memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec potius a pectoris cessasse verberibus, q̃ domino increpãte accideret tranquillitas. Post quadriennem vero pœnitentiã oppidũ Bethleem reuersus a Cirillo vrbis pontifice parochia obtenta monasteriũ iuxta pręsepe domini sibi suisq̧ fratribus construxit, qui vitę suę diebus in speciali opere irrepręhensibiliter cõsummatis nonagesimo octauo ętatis suę anno in dn̄o requieuit, multis chorus cans miraculis: dormiuit autem anno imperij Theodosij iunioris duodecimo: cuius tanta tamq̧ pręclara dicta vbiq̧ terrarum fulgent, vt fideles nullos ea ignorare arbitrer. — *Hieronymi mors.*

¶Capitulum. LXXXVIII.

Iouinianus. Iouinianus post Iuliani miseram mortem ab exercitu imperator electus est: non tamen prius imperatoris nomen profiteri voluit, q̃ omnes conclamarent se Christianos esse. Quibus collaudatis & imperium suscepit & exercitum e manib[9] Barbarorũ liberauit, insimul, ac magna Mesopotamię parte Sapori regi Persarum relicta. Verum cum ad Illyricum remeasset, in quoddam cubiculum nouũ se recepit, vbi calore prunarum & nitore parietum nuper calce illitorum pręgauatus & suffocatus octauo demũ mẽse quo imperare cœperat vitam finiuit. Hic aliqñ a Iuliano iussus militię cingulum deponere nisi sacrificaret, maluit diuinis pręceptis q̃ imperatorijs obtemperare, necessitate tñ belli coactus Iulianus illum iterum accersiuit. His temporib[9] Synodus Antiochię a Meletio & suis facta, in qua Omonsion eoq̧ reiecto medio inter hęc Omoension Macedonianum dogma vindicauerunt. — *Iouiniani mors. Synod[9] Antiochena.*

¶Capitulum. LXXXIX.

Valẽtinianus optim[9] priceps. Defuncto Iouiniano Valentinianus, qui antea ob fidẽ Christi ab Iuliano multa passus fuerat, ac militia priuat[9] apud vrbem Mocã Romanorum militum consensu imperator delectus est: imperauit autem annis. xj. qui non modo fortitudine: sed prudentia / temperantia / iustitia / & corporis magnitudine pręfulgebat. Erat autem Aureliano similis morib[9] nisi q̧ eius seueritatem nimiam & parcitatem quidam crudelitatem & auaritiam interpretabantur. Cœpit autem regnare cum Valente fratre suo anno domini, ccc. lxvij. mundi vero quater millesimo. ccc. xxx. & huic quidem orientem assignat, sibi autẽ occidentem reseruans: quo tempore Apollonatis Laodicenus Episcopus sui nominis hęresim instituit. Deniq̧ Valens frater Valentiniani ab Euxodio Arrhiani dogmatis Episcopo vxoris suasu baptizat[9] in pessimam hęresim declinans nostros persequitur, & in exilium mittit: mortuo pręsertim Athanasio, quo viuente res christiana sex & xl annis mirifice su- — *Valens*

ſtentata eſt. Erat tum temporis Lucius hęreticus qui noſtros hoſtiliter perſe=
quēs, neq; illis qui in ęremo erāt pepcit: vnde eos imiſſis militib⁹ aut trucida=
bat, aut in exilium mittebat, magnę authoritatis tunc erant Antoniani diſci=
puli Macharij duo in Syria: quorum alter in ſuperiore ęremo, alter in inferio=
re habitabat: Iſidorus tum in precio erat, Panucius Pābes ex tribu Beniamin,
Paulus Apheliotes, Paulus Phorēſis, Ioſeph qui mons Antonij dicebat: quos
cum exilio vexaret Lucius mulier phanatica proclamat viros dei in inſulam
Aegypti nequaq̄ mittendos eſſe. Anno quoq; pręnotato Valentiniani tertio,
Gratianus filius eius Ambianis factus eſt imperator, tantaq; Conſtantino=
poli facta eſt tempeſtas vt mirę magnitudinis decidens grando nonnullos
interficeret. Apud Conſtantinopolim nix de cœlo cecidit. Anno vero ſequen
ti Nicea quę ante ſępe corruerat, terręmotu funditus eſt euerſa. Manna vero
Sarracenorum regina cum frequētibus prælijs Romanorum opes attriuiſſet
Palęſtini & Arabici limitis oppida vaſtans orata pace non aliter repromittit
niſi Moſen virum chriſtianum genti ſuę Epiſcopum deſignarēt, innotuerat
enim apud Barbaros eius ſanctitas. Captus ergo Moſes ad ſacerdotium ſuſci
piēdum nulla ratione paſſus eſt ſe a Lucio ordinari: reuocatis itaq; Epiſcopis
quos in inſulas ad metalla damnauerat Lucius cōſecratur Epiſcopus, & regi=
nę pręſul datur: ſicq; & Romanis pax reddita eſt & gens ferociſſima ad dei cul
cum reuocata. Hic Moſes cum ſeruus eſſet propter culpas a dño expulſus eſt,
qui latrocinio dedit⁹ homicidia multa cōmiſit: poſtea conuerſus panē ſolum
comedens ſex annis per totam noctem ſtans orauit, nec genibus inclinatis/
nec oculis ſomno clauſis nocte circuibat cellas monachorū, & lagenas om=
nium aqua implebat, cum. x. aut. xx. ſtadijs a cellulis aqua diſtaret: qui licet
ita domaret corpus priorem valitudinem non amiſit. Aliquando autem
quatuor latrones ſimul comprehenſos ligās impoſitos humeris perduxit ad
eccleſiam in voluntate monachorū quid de eis facere vellent: factus deinceps
pſbyter in Schytia dęmones mirū in modū confudit, vixitq; pene ānis. lxxv.
Sęuiebant his temporibus in Chriſtianos Valens & Lucius, ſęuiebat & Tha
naricus Gothorū rex, qui plurimos Barbarorū martyrio affecit. Floruit hiſdē
temporibus ſanctus Effrem Syrus ęremiticę vitę cultor egregius, qui Edeſſę,
Eccleſię factus diaconus multa Syro ſermone cōpoſuit. Extāt aūt apud nos
ſeptem eius opuſcula: ſcilicet de compunctione/de pœnitentia/de luctami=
nibus ſeculi/de beatitudine animę/de reſurrectione/de die iudicij: quorū cla=
riores ſententię huc inferūtur. Venite chariſſimi, negociemur quoadusq; nū=
dinę celebrantur. Secularis homo interdū excuſationes prętendit vt pote qui
ſeculo colligatus, nos autē quid dicemus, qualem ſi neglexerimus excuſatio=
nem habebimus? Timendum eſt ac tremendū ne forte qui nos hic conſtitu=
tos laudibus efferunt illic nos deridere incipiant: & qui nos hic beatificāt, illic
nobis inſultent. Amator hominū benigniſſime legio abs te gregem porcorū
abſq; lachrymis poſtulauit: & dediſti ei. Ego autē cum fletu & gemitu ſuppli=
co bonitati tuę, libera me ab iniquitatibus meis, & fac me participem latronis
ipſius, qui per vnū verbum cōfeſſionis hęres paradiſi effectus eſt. Gloria pa=
tri qui fecit nos, & filio qui ſaluauit nos, & ſpiritui ſancto qui renouauit nos.
Obijt autem hic Effrem ſub Valente imperatore. Porro Valētinianus in Sa
xones ac gentem in oceani littoribus poſitam ducens exercitum, ex eis victo=

Luci⁹ hęretic⁹.
Macharij duo
Gratianus.
Nicea euerſa.
Māna Sarracenorū regina romanos infeſtat
Moſes ęgypti⁹ vita moſi abbatis.
Moſes ſolus ſimul q̄tuor latrones ligauit.
Valens & Luci⁹ in chriſtianos ſęuiunt
Effrem ęremita
Dicta Effrem.

riam reportauit. Deinde Burgundiones virtute rei militaris ac scientia oppressit. At vero dum Sarmatę per Pannonias se effudissent, bellūq; in eos pararet, subita sanguinis effusione, quam apoplexiam vocant, extinctus est. At Valentis anno sui regni. xij. multi monachorum crudeliter per tribunos & milites cęsi sunt. Valens em̄ lege data vt monachi militarent nolentes iussit interfici. Deinde cum iussisset omnes catholicos ab Edissa vrbe expelli, quędam muliercula pauper suum filium ferens in brachio ostio non clauso currebat ad Ecclesiam, quo omnes catholici cōuenerant: cum pręfectus mandasset, vt nemo in Ecclesia remaneret nolens eis parcere: indignatus autem propter illam mulierē ait ei. O infelix, quo sic indecenter curris? At illa, quo alij. Tūc ille. Non audisti (inquit) q̄ pręfectus occisurus est vniuersos, qui ibi reperientur. Audiui (inquit) & ideo festino, vt inueniar inter eos. Et hunc (inquit) puerum cur trahis? vt (inquit) & iuste martyr efficiatur: quo audito statim ille recurrens ad principem dixit omnes paratos esse ad mortem: impium vero esse tantos in breui occidere, & sic ab ira reuocauit principem. Tum Valens anno impetij. xiiij. de Antiochia exire compulsus, sera pœnitētia nostros de exilio reuocat. Nam in Thracia prelio commisso aduersus Gothos occurrēs, ipseq; sagitta saucius fugiens, & ob dolorem nimium sępe a quo labens ad cuiusdā villulę casulam deportatus est, quo persequētibus Barbaris, & sepultura quoq; caruit. Fluxerunt autem ab incarnatione domini vsq; ad finem Valentis anni. ccc. lxxx. ab vrbe condita. M. c. &. xxxj. sub regibus anni. cc. xl. sub consulibus anni. cc. lxiiij. sub Augustis & Cęsaribus. c. lxxvj. ab initio vero mundi scd̄m hebraicam veritatem quatuor millia. ccc. xliij. Scd̄m septuaginta interpretes quinq; millia. ccccc. lxxviij. quo in tempore Gothi iusto dei iudicio in vniuersas mundi partes peruagati sunt, diripientes, populantesq; vniuersa regna.

Valētiniani mors.

Valētis impietas i monachos.

Vide mulieris constantiā.

Valēs a Gothis occidit.

¶ Capitulum. XC.

Siricius natione Romanus patre Tyburtio Valentiniani temporibus fuit, qui ab Iuliano cæterisq; imperatoribus multa passus ob fidem christianam sedit annis. xv. mensibus. xj. diebus. xxv. qui pōtificatu inito constituit ne clerici cum mulieribus in eadem domo nisi cum consanguineis cohabitare pręsumerent: vt habetur in. c. lxxxj. dist. c. fœminas: instituitq; vt sacri ordines initiandis per temporum interualla darentur ab Episcopis. lxxvij. distincti. c. in singulis. Hic cum monachos quos in vrbe inueniebat exilio damnasset, prohibuit etiam ne cum fidelibus communicarent: censuitq; ne vllus de eorum secta reciperetur nisi ea conditione vt in monasterium tanq̄ in perpetuas carceres damnarentur, ibiq; ieiunijs & orationibus se macerarent, & tm̄modo in vltimo vitę suę cum de eorum cōuersione constaret, viaticum salutis sumerent. Censuit etiam monachos, quorum vita probata esset, posse sacris initiari a primis ordinibus vsq; ad episcopatum. Instituit item vt quicunq; aut viduam, aut secundam vxorem duxisset ab officio ecclesiastico pelleretur: hęreticos quoq; per manus impositionē recipiendos censuit. Tandem vero cum concilium mille trecentorum octoginta Episcopoꝝ celebrasset, apud Constantinopolim, vbi res Ecclesię peroptime composuit: creatis etiam multis presbyteris / diaconibus / & episcopis moritur via salaria, sepultusq; est in cœmiterio Priscillę. viij. Kal. Martij.

Siricius papa.

De gestis & institutis eius.

¶ Capitulum. XCI.

GRatianus Valentiniani filius cum fratre Valentiniano Romanum assumpsit imperium anno ab incarnatione dñi.ccc.lxxxj.qui initio regni sui cũ esset adolescens religione clarus ac militia strenuus:ingentibus prælijs Gothos superat:& e Thracia pellit.Insup apud Argentariã oppidũ Gallię vno prælio ad.xxx.millia Alemanoꝝ fines Romanoꝝ vastantes: cũ minimo suoꝝ incõmodo interfecit.Huius tempore Longobardi ab extremis Germanię finibus oceaniq; protinus littore Scandiaq; insula magna multitudine ingressi,& nouarũ seditionũ auidi Vandalos primũ vicerũt.At Gratianus in Italiam rediens pulsa Arrhiana heresi totam prouinciam ad veram Christi fidem redegit.Deinde cũ videret instantibus Gothis rempublicã in magno discrimine,Theodosiũ ex Hispania oriundum virũ clarissimum socium ac imperij comitem sibi delegit,qui superatis Alanis,Hunis,& Gothis orientale imperium restituit icto cum Athalarcio rege Gothorũ fœdere,quo quidem mortuo ac Constantinopoli egregie sepulto oẽs eius milites Theodosium virum optimum secuti sunt:interim vero Maximus in Britania Tyrannidem occupans,ac in Galliam traijciens,apud Lugdunum Gratianũ interfecit.Sunt qui scribant hos quidem fratres in tantam calamitatem incidisse matris Iustinę crimine,quę Arrhianam heresim fouens Christianos persequebatur:maxime vero Ambrosium quem etiam inuitum populus Mediolanensis tum Episcopum delegerat.Mortuo em̃ Auxentio hereticorum Episcopo statim seditio Mediolani exorta est.Cum hanc itaq; reprimere Ambrosius conaretur,qui tum cõsularis eiusdem prouincię fasces regebat,Ecclesiãq; ingressus multa de concordia partium disseruisset,ab omnibus succlamatum est,non alteri q̃ Ambrosio Episcopatum committi debere:quod etiam factũ est.Ex cathecumino em̃ Christianus factus,& sacris initiatus Mediolanẽsis Epũs creatur:cuius doctrina & sanctitas quãta fuerit,eius vita ac opera doctissime & elegantissime scripta ostendũt.Sub idem tempus Vandali a Gothis victi alienas terras inuadere cœperãt,qui de Schytia oriũdi circa Danubiũ cõmorantes rursum post multũ tempus a Giberith rege Gothoꝝ bello superati,Romano imperio se subdiderunt,a Constantino magno locũ habitãdi suppliciter deprecantes.Quibus assentiẽs Pãnonias ad habitationem tradidit,quas per.lx.annos incoluerunt. Deinde Archadij & Honorij.xiij.anno instinctu Stilconis rebellionẽ contra rempublicã meditantis euocati se per Gallias iunctis secũ Alanis infuderũt,easq; aliquãdiu miserrime dilacerauerũt:inde vero a Gothis iterũ pulsi Hispanias aggressi prędas vndiq; agẽtes. Sed nec ibi a Gothis tuti esse potuerunt:quippe qui tum Italiam inquietabãt. Postremo a Bonifacio consularis suasu,qui tum reipublicę Romanorum imperium affectabat in Libyam & Aphricam trẽseuntes diuina & humana sine aliquo respectu perturbauerunt.Primo igitur anno Gratiani regnauit super eos Modigisillus annis.xxx.Post hunc filius eius Gundericus in Hispanijs annis.xvj.hic capta Hispali cum impie elatus,manus in Ecclesiã ipsius ciuitatis extendisset:mox dei iudicio a demone correptus interijt:cui Gensericus frater in regno succedens regnauit annis.xlviij.Hic(vt fertur)de fide catholica in Arrhianã sectã lapsus est:hic etiam successiõe regnãdi inter suos filios ordinata,vt fratri morienti frater superstes sine controuersia filiorum succe-

Gratianus imperator

Theodosius a Gratiano in cõsortio imperij eligitur.

Gratianus iterficitur.

Ambrosius eps eligitur.

Ambrosius eps creatur.

Vãdali a gothis vincuntur.

De regibus Vãdalorũ.

deret moritur,cui succedẽs Honoricus filius eius regnauit annis.vij. Hic in Ecclesiam dei grauiter sçuiuit,tandem iudicio dei & permissu scatens vermibus mirabiliter exspirauit:post quem Gunthamundus.ix.annis regnauit. post quem Trasamundus frater eius.xxvj.Hic Hildericum filium suum ex Eudoxia filia Valẽtiniani imperatoris a Genserico captiuata astrinxit iuramento ne catholicis in regno suo consuleret,patre tamen mortuo anteq̃ regnum susciperet omnes catholicos ab exilio reuocauit,atq̧ ita suscepto regno annis octo imperauit euolutis.lxx.annis,ex quo Gensericus auus eius statũ in Aphrica prophanauerat:hunc Gilmer perimens annis quinq̧ post eum regnauit:qui tantç crudelitatis fuit,vt nec parentibus parceret. Tãdem Billesarius patritius nutu dei ad Aphricam liberandam de manu Vandalorũ missus noctu cum plaustris rusticorum ingressus Carthaginem cepit,ac pecuniã pene infinitam inde reportauit:Gilmerem vero ex fuga receptum ad imperatorem Constantinopolim duxit:sicq̧ illa Vandalorum rabies cum nomine omnino est extincta.

Catholici ab exilio reuocantur.

Finis Vandalorum.

Anastasiꝰ papa

¶Capitulum.XCII.

ANastasius huius nominis primus natione Romanus patre Maximo post Syricum pontificem sedit annis tribus & diebus.x.qui pontificatu inito rei diuinç curam gerens Gratiano teste constituit ne debiles manci neue membro aliquo mutilati in clericorum numerum reciperentur,vt habetur in Cano.lv.distinc.c.qui partem digiti.Vetuit item ne peregrini & maxime transmarini in clerum reciperentur Romanum nisi quinq̧ Episcoporum chirographum signatum exhiberẽt.xxxvij.distin.c.extraneo.& hoc quidem fecisse dicitur ne Manichçi qui in Aphrica çstimatione magna habebãtur,ad fidem corrumpẽdam de suis cũ fraudibus eodem modo mitterent. Mandauit rursus vt cum sacrum Euangelium in sancta Ecclesia dei legeretur aut cantaretur non sedendo sed stando cum reuerentia ab omnibus christicolis audiretur.His deniq̧ in Decembrio mense ordinationibus celebratis vbi p̃sbyteros octo,diaconos octo,& Ep̃os per diuersa loca decẽ creauit:moritur & cœmiterio ad vrsum paleatum quinto Kal.Maij sepelitur. Cap.XCIII.

Theodosius.

Maximus interficit.

Andragatꝰ moritur.

THeodosius itaq̧ mortuo Gratiano solus imperauit ãnis.xj. Cœpit autem anno domini.ccclxxxvij.Hic singulari celeritate & consilio vsus Maximum tyrannum Gratiani interfectorem apud Aquileiam occidit.Hanc calamitatem Martinus vir sanctissimus antea Maximo pr̨edixerat,dum Britanniã militaribus copijs spoliat in Italiam cõtra ius phasq̧ venturꝰ.Tũ Valentianꝰ Italiã ingressus rerũ potitꝰ est.Andragatꝰ vero Maximi prçfectus nece cõperta sese aquis p̃cipitẽ dedit. Post hçc Valẽtinianꝰ a Theodosio in regnũ restitutꝰ ip̃e in Galliã transijt,vbi cũ trãquillã rẽpublicã in pace regeret apd̃ Viennã dolo Arbogastis comitis sui strãgulatꝰ est,atq̧ vt voluntariã sibi consciuisse mortem putaretur illum laqueo appendit,quo deniq̧ mortuo Arbogastes Eugeniũ tyrãnũ mox imperatorẽ creauit,atq̧ ita instructis aciebus alpium latera difficilesq̧ transitus militibus implet.At vero Theodosius cum se auxilio suisq̧ destitutum cerneret humi prostratꝰ oratione signoq̧ crucis se armauit:tandẽ hostiliũ partiũ comes vb imperatorem

Arbogastis audacia

Eugeniꝰ tyrãnus.

conspexit mutato animo illum sequutus est. Ventum est itaq; in prelium, atq; Hostium strages non modica facta / captusq; Eugenius interfectus est. Arbogastes vero cum se inferiorem cerneret, sua manu sese interemit. Ferunt in eo praelio tantum ventorum turbinem ortum esse, vt militum spicula in hostes veheret, nec prius in terram cecidisse q̄ hostem prostrauissent. Vtebatur autem hic Theodosius proborum virorum consilio, & maxime Ioannis æremitę, qui tum in rupe montis manens monasterio clauso & obstructo, aduenientibus per fenestram tm̄ se videndū prębebat: mulier tamen nulla ad eius aspectum vnq̄ accessit, sed viri, & raro: in huius itaq; monasterium ab anno ętatis suę.xl. vsq;.ad.cx. quando a Hieronymo visus est, nullus intrauerat. Vni ex fratribus tertiana tunc laboranti & curari volenti, ita respondit. Rem tibi necessariam cupis abijcere: sicut enim corpora intro mundantur, sic animę languoribus purificantur. Benedicens tamen oleum dedit & sanauit. Nullū per ignem paratum sumebat cibum: eratq; attenuati & aridi corporis prae abstinentia. capilli eius & barba ex languore nimio rari & tenues. Huius hęc sunt dicta. Graue est iactantię vitium & periculosum nimis, & quod de ipso etiam perfectionis fastigio deijcit animas. Si mundi corde ante deum steterimus, deum videre poterimus quātum est possibile eum videre: videbimus enim inuisibilem non corpore, sed scientię intellectu: nemo em̄ putet se posse ipsam sicut est diuinam substantiam posse intueri, ita vt speciem vel imaginem corpoream in corde figuret: nulla enim forma in deo est, nulla circunscriptio, sed sensus & mens, qui sentiri quidem potest, & mentis affectu perstringi: non tamen comprehendi aut describi. Fuere hisdem temporibus abbatissę praeclarę Sara & Clara: quarum prima quadraginta annis super alueum fluminis habitans nunq̄ caput inclinauit vt flumen aspiceret. Altera vero multa praeclara ad ędificationem retulit. Fuit etiam his temporibus beatus Martinus Thuronensis Archiepiscopus, cuius vitam Seuer⁹ Sulpicius scripsit. Floruit etiā Falco Andegauensis Episcopus. Sed & Ambrosius Episcopus Mediolaneñ cuius hęc sunt dicta. Qui collatam sibi diuini muneris gratiam cunctis communicabilem fecerit copiosius prerogando securius possidebit. Sicut nihil esse dicimus Episcopo celsius, sic nihil miserabilius si de vita sancta periclitatur. Et ideo magna sublimitas magnam debet habere cautelā, quia cui plus creditur plus ab eo exigetur. Si pro ociosi verbo ratio poscitur, quāto magis pro sermone impietatis poena exoluitur. Lingua menti subdita sit & frenos habeat, quibus possit reuocari ad mensuram, sermones proferat libra examinatos iustitię, vt sit in sensu grauitas, in sermone pondus, atq; in verbis modus. Sicut autem in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia velut quadam dote commendatur naturae. Si quid in natura vitij est, ars emendet. Sicut autem molliculum infractum vocis sonum, aut gestum corporis non probo, ita nec agrestem aut rusticam naturam imitari volo. Licet autem interdum honesta ioca suauia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula, nec solum peressusos sed etiam omnes iocos arbitror declinandos. normam iustitię putauerunt quidam vt quis communia id est publica pro publicis habeat, priuata pro suis: sed hoc quidem secundū naturam non est. natura em̄ omnia omnibus in cōmune profudit: sic em̄ generari iussit deus omnia, vt pastus oībus cōmunis esset & terra: natura igitur ius

Eugenius interficitur.

Ioānes eremita

Dicta Ioānis.

Martinus Archiepus Thuronensis.

Ambrosi⁹ Eps Mediolanēsis.

Dicta Ambrosij.

cõmune generauit, vsurpatio ius priuatum fecit: non autem probatur largitas si quod alteri largitur alteri quis extotqueat. nec illa perfecta est liberalitas si iactantię causa magis q̃ misericordię largiaris. Affectus tuus nomen ponit operi tuo: quomodo a te proficiscitur sic æstimatur. Fortitudo sine iustitia iniquitatis materia est: nunq̃ Dauid nisi lacessitus, nec nisi prius consulto domino bellum intulit. Prudentiam enim in prælio comitem fortitudinis habuit: ideo in omnibus prælijs vsq; ad senectutem summam manu promptus victor extitit. Qui vero a socio si potest iniuriam non repellit tam est in vitio q̃ ille qui iniuriam facit. Vnusquisq; ingenium suum nouerit, & ad id se applicet, quod sibi aptum elegerit: nam alius lectioni aptior, alius psalmo gratior, alius sacrario opportunior. Hęc omnia sacerdos spectet, & si quid cuiq; congruat, id officij deputet. Tantus est honestatis splendor, vt vitam beatam efficiat tranquillitas conscientię & securitas innocętię: beata plane quę non iudicijs alienis æstimatur, sed domesticis sensibus percipit tãq̃ sui iudex, neq; populares opiniones ꝓ mercede aliqua requirit, nec ꝓ supplicio pauet, popularis & grata est omnibus bonitas, nihilq; est qđ tam facile sensibus humanis illabatur. Est autem duplex liberalitas. Vna quę subsidio rei adiuuat: id est vsu pecunię. Altera quę impenditur operarum collatione, vel consiliorum exhibitione: multo splendidior, vt frequenter, multoq; clarior. Facile enim pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt, sed vsu augentur. Non primus Scipio sciuit solus non esse cum solus esset: sciuit ante ipsum Moses, qui cum taceret clamabat, cum ociosus staret pręliabatur, & ociosus manibus de hostibus triumphabat: in silentio ergo loquebatur, & in ocio operabatur. cuius autem maiora negocia q̃ huius ocia. Sancti viri affectu suo cæteros æstimant: & quia ipsis amica est veritas mentiri neminem putant, fallere quid sit ignorant, nec suspectũ habere possunt, ꝙ nõ infidi sunt. Nõ põt homini esse amic⁹ qui deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est, & ęquitatis magistra, vt superior inferiori se ęqualem exhibeat, & inferior superiori: inter dispares enim mores amicitia esse non potest: meliores sunt amicitię inopum plęrunq; q̃ diuitum, & frequenter diuites sine amicis sunt quibus abundant pauperes. Nõ est enim vera amicitia vbi est fallax adulatio, diuitibus autem plęrisq; assentatorie grarificantur. erga pauperem nemo simulator est. verum est quicquid defertur pauperibus: huius amicitia inuidia vacat. Vos (inquit) amici mei estis si feceritis quę præcipio vobis. Dedit nobis formam amicitię, quam sequamur: scilicet vt amici voluntatem faciamus, vt aperiamus amico secreta nostra, quęcunq; in pectore habemus, & illius arcana non ignoremus. Nihil enim occultat amicus si verus est.

Ioãnes Chryso stomus

¶ Floruit quoq; & Chrysostomus Episcopus Cõstãtinopolitanus, primo p̃sbyter Antiochenus, doctrinę fama clarissimus: cuius vitam tripertita historia prosequitur. Hic filius fuit Secundi & Anthusę nobilium personarum: discipulus Libanij Sophistę, & auditor Andragati Philosophi: cuius condiscipuli fuerunt Theodorus & Maximus.

Dicta Chryso stomi.

Cum autem esset Ioannes socius Basilij Cappadocis, lector factus est in Antiochia. Deinde a Melicio diaconus factus, librum de sacerdote composuit: tum a Benagrio presbyter ordinatus propter zelum castitatis furori magis q̃ reuerentiæ se præbebat: & propter vitæ rectitudinem ad futura incautus erat: propter simplicitatem vero oris libertate profusus

apud colloquentes atrogans putabatur. Huius pręclarę sententię sequuntur. Ignis auaritię diuitijs accenditur, & diuitijs pascitur. Et cum eis qui manus ei dederint gladios acuat, quotidie foueas & pręcipitia paret, multosq; scopulis & naufragijs elidat: volutari tamen tanq̃ sues in cœno eius delectantur, & vt cãthari stercus ei⁹ euoluere. Voluptas esse dicitur cum quis desiderijs suis fruitur: vbi vero desiderijs frui non potest, vel ęgritudo non finit, vel fatuitas ipsa desiderari non facit ea quę onerosa abundantia efficit, & iocunditas in eis & voluptas perit. Simplicior igitur victus, & mensa mediocris plurimum habet iocunditatis & voluptatis. Quomodo fieri potest vt anima infirma & frigida compunctionis pariat verba: nolo putes ꝙ montes vel deserta vel auia ita possint animę conferre silentium, perturbationesq; eius perimere, vt ignis ille quem in ea Christus accendit. Requirenda itaq; sunt silentia & quies, non solum locorum, sed & animi ac propositi: si eñ propositum quietis anima gerat, nec in vrbis habitatione turbabitur. Sicut autem impossibile est compunctionem cordis vigere in delicijs. Vera cordis compunctio est magna agere, & humilia loqui, iuste agere & sup peccatores timere ac tremere. Sicut ꝑ morte cõmuni philosophicũ est a lachrymis tẽperare: ita in morte animę insipiẽs & irreligiosum dico consolationem recipere. Nihil autẽ crede mihi boni operis q̃uis sit exiguum despicietur apud iustum iudicem: si enim peccata animi tanta examinatione discutiẽda sunt, vt etiam verborum & cogitationũ vnusquisq; perferat pœnas, q̃to magis bene gesta & magna recompensabuntur in iudicio, etiam parua: nonnulli quidem imperitorum sibi satis esse credunt, & optabile videri si gehenna tm̃modo careant: ego autem multo grauiores gehenna dico esse cruciatus, ab illa gloria remoueri & arceri a cõspectib⁹ Christi. Ignis autem ille inextinguibilis dicitur, non solum quia non extinguitur, sed quia nec eos quos suscipit extinguit aut perimit: & sicut naturam non habet consumendi, ita nec illuminandi, sed ignis obscurus est & flamma tenebrosa. Peccare humanum est, permanere autẽ in peccato diabolicũ. Deniq; Theodosius res Ecclesię ordinans Idolorum aras & libamina atq; sacrificia funditus euertit. Deinde festiuitates populi quę tunc scdm antiquum Paganorum ritum obseruabantur, & Orgia Dionysij quę tum a Paganis fiebant, radicitus corripuit, & condemnauit. Hic Theodosius patre Honorio natus originem a Traiano principe traxit: fuitq; clemens animo, & ita amicis cõmunis vt solo habitu differre se ab eis putaret: pręterea fuit in omnes munificus: sed effusius in bonos simplicia ingenia diligere, erudita imitari, largiri magno animo magna: & irasci quidẽ rebus indignis, sed flecti cito. Porro sedata omni ex parte republica apud Mediolanum moritur: anno regni sui decimosexto: vitę vero suę sexagesimo. Cuius corpus funebri pompa Cõstantinopolim trãslatum est. Fuit quoq; his temporibus Ioannes Damascenus. Theodosius morit̃.

¶ Capitulum. XCIIII.

TErrę cõmendato Theodosio Archadius filius ei⁹ imperij moderamen adeptus est assumpto secũ Honorio fratre ãno dñi ccc.xcviij. mũdi vero. iiij. M. lxj. imperauitq; Archadius annis. xiij. Hi paribus auspicijs imperij gubernacula suscipientes diuisas tm̃ administrationes habuere. Archadius eñ oriẽtem, Honorius vero occidentẽ gubernabat, licet Theodosius Archadius & Honorius.

filijs adolescentibus tres duces præposuerit,qui Romanum gubernarent imperium,Ruffinum qui orientem,Stilconem qui occidentem,Gildonem qui Aphricam regerent:qui deinceps cupiditate imperandi moti,paruulis regnũ auferre conati sunt. Nam Gildo rupto fœdere Aphricę dominari cupiebat, cuius frater nomine Masceligei crudelitatem veritus,relictis apud Aphricã duobus filijs Italiam petijt.Gildo vero & fratris absentiam,& filiorum adolescentium pręsentiam habens suspectam adolescentes interfecit. Demum Mascelegei cum exercitu rediens fratri obuiã factus hominem fundit,fugatq; qui vel dolore animi vel veneno,non ita multo post moritur.Idem quoq; Mascelígei tanta victoria elatus,cum nec deo nec hominibus parceret a militibus perimitur.Ruffinus vero ab Archadio opprimitur,dum orientale imperium conatur inuadere:ingressus tum Italiam Radagasius Gothorum rex immanissimus omnia ferro ac flamma vastabat: verum Romani comparato exercitu Barbarum in Sessulanis montibus opprimũt,duce Stilcone: huic vero successit Alaricus quem Stilco regni cupidus cum superare potuisset,& fouit & iuuit. De Gothis igitur qui postea Romanum adepti sunt imperium,originem breuiter exponere non erit inutile.Hi primo Getę dicti sunt:postea vero diuisi duo ex se regna:id est Ostrogothorum & Visigothorum fecerũt.Horum prima habitatio apud Scautiam Schytarũ insulam fuit:cuius possessione minime contenti delecto sibi rege Herith hinc abierunt,ac vicinas Schytię insulas terrasq; peragrantes finitimas gentes sibi subegerunt.Postea vero ad vlteriora Schytię progressi ad citeriores vsq; ripas Danubij terras Daciæ diu longe,lateq; sunt peruagati,ibi per multa tempora in gentem magnam coaluerunt. Deinde Philosophię studijs eruditi natiuam barbariem exuentes humanitate & honestate cęteris gentibus pręcellebant,Deinde tempore Decij profligato exercitu Romanorum ipsum Decium cum filio perimerũt.Isti adhuc trans Danubium constituti temporè Valentis imperatoris cœperunt ciuili bello inter se collidi:nã Alaricus cum Phrigiternũ alterius partis ducẽ bello subegisset,Phrigiternus a Valente auxilium petens se christianum fieri promittit:cui Valens assentiens auxilium mittit,ac in Arrhianorum sectam Gothos inducit:cognito itaq; Gothorum ciuili bello Huni qui etiã in Schytia habitabant fines eorum inuadunt,eosq; lacessitos aut sibi subiugant,aut captiuitate excruciãt,aut patria Schytię extrudũt. Vñ Gothi partim se Danubio transito ingesserũt,quibus Valens cũ iusto exercitu occurrens,ab eis tandem victus(vt superius dictum est)exustus est:tum vero in duas partes diuisi Visigothos id est occidentales Gothos,qui Romanis erant infesti,se nominauerunt:hi vero qui trans Danubium habitabant sub Hunorum dño Ostrogothos id est orientales Gothos appellauerunt,qui & ipsi postea per Theodoricum regem suum a Zenone imperatore Italię regnum dominio acceptum per mulros annos tenuerunt:ita Gothi quasi duobus capitis sui cornibus ventilantes acerrime duo ex se regna creauere:scilicet Visigothorum in Hispania,& Ostrogothorum in Italia:igitur a primo anno Gratiani,& deinceps regnauit super Visigothos Phrigiternus annis.iij.Post hunc Athanaricus ãno vno,qui cõfœderat⁹ Theodosio,& ab eo Cõstãtinopolim iuitat⁹.xv.die quo venerat ibi obijt:tũc Visigothi sub Theodosio fuere ãnis.xiiij.Post hoc Visigothi rupto cũ Rõanis fœdere,Alaricũ sup se regẽ creãt,q tegnauit ãnis.xv

Gildo tyrãnus

Radagasi⁹ Goth⁹ funditur.

Gothorum origo.

Huni Gothos vicetũt

Visogothi.

Ostrogothi.

Alaric⁹ rex Gothorum

Post hunc Athanulphus tribus annis: deinde Sigeritus anno vno: quo perem pto a Gothis Micillia regnauit annis.xij.post Theodoricus.xiiij. per quem Thurismodus annis tribus. Eo a fratribus iugulato Theodoricus frater eius regnauit annis.xiij.quo etiam a fratribus perempto Corithus regnauit ānis xix.post hunc filius eius Alaricus annis.xxj.Hic a Clodoueo rege Francorum bello victus fuit: & quicquid in Gallijs Gothi possidebant ad Francorū dominium trāslatum est. Amalaricus vero in Hispaniam fugiens, ibidē.xvj. annis regnauit: qui dum Clotildem vxorem male tractaret, quod christiana esset a Childeberto Clotildis fratre peremptus est: post hunc regnauit Cheuda annis.xvij.quo perempto Theudesillus annis.ij.qui postea inter cōuiuandum occisus est. Post hunc Agilan annis.ix.qui insolēter agens a suis trucidatus est: deinde regnauit Achanagildus annis.xxij.quo mortuo Leuingildus auus cum fratre Lenna annis.xlvj.post hunc Richaredus filius eius.xv.Betheric⁹ vij.Syrebodus.xxix.Sintilara.ij.quo ob feritatem reprobato Fistenādus.xx. annis regnauit. Deinde Chintilam.xvj. Thlogam fili⁹ eius adhuc puer.iiij. quo propter pueritię leuitatem reprobato, & in clericum tonsurato Chitasindus annis.xvj.post hūc filius eius Flauius annis.xix. Tandem Sarraceni ex Hispania in Aphricam transfretant, eamque sibi vendicant: ita regnum Visogothorum & Sueuorum destructum est: & redactū sub Sarracenis annis.ccc. xlvj.euolutis: ex quo Schytia pulsi ab Hunis gētes sibi subiugauerāt: regnauerunt autem in Hispanijs deuictis Hunis Sueuisque annis circiter.cclvj. Porro apud Ostrogothos regnauit Vinitarius annis.vj. quem Balamber Hunorum rex peremit: post hunc Hunmōdus.ij.annis regnauit: post quē Ostrogothi sine rege fuerunt annis.xl. Deinde Valamer regnum suscipiens regnauit annis.xxxj.quo in bello perempto Therūdemerus frater ei⁹ annis.xj.cui successit Theodoricus eius filius, regnauitque ante.xix. Iste Theodoricus Italia potitus est, eorum rege interfecto cum quo fœdus inierat, ibique regnauit annis xxxij. Hic etiam Boetium virum probum ac eloquentem squalore carceris diu afflictum tandē peremit: post quem Achalaricus ex filia nepos regnauit annis.viij.post quem Theodatus annis duob⁹. Deinde Eldepadus anno vno & in quo regnum Ostrogothorum finitum est. Hunorum vero gēs talem habuisse originem describitur. Silunei Getharum rex post egressum Sauchię insulę in suo exercitu videns mulieres quasdam pergrandes eas habuit suspectas, ac de exercitu propellens per deserta vagari, ac errare coegit, quas vt viderunt Fauni, qui tum nemora & solitudines incolebant earum amplexibus delectati hanc ferocissimam gentem genuerunt: inde primū ad Męoridas paludes sedem sibi constituentes, vicinis terrori esse cœperunt: Nam quos bello minime superassent, vultus horrore ac pauore fugabant. Erat enī eis species pauendę nigredinis ora potius q̄ facies habētes, quia magis puncta q̄ lumina: quorū animi fidutiam toruus prodit aspectus, qui etiā in pignora nata prima die deseuiunt: nam maribus genas ferro secant: vt anteq̄ lac percipiant vuln⁹ tolerare discant: hinc imberbes senescūt & sine venustate ephebi sunt, quia facies ferro sulcata tempestiuam pilorum gratiam cicatrice absumit: exigui quidem corpore sed agili ac motib⁹ experti, & ad equitandū promptissimi, scapulis latis ad sagittandū aptis, ceruicibus firmi & superbia erecti: horū potentiā auxit de Gothis victoria, quā hoc modo adepti sunt. Nā dū Huni venatores

Athanulph⁹ Romā iuadit. Gothi a Clodoueo superātur.

Reges Ostrogothorum.

Hunorū origo.

aquę vestigia insectantur Meotidas paludes transeunt,quas hactenus inuias esse putabant,inde Schyticam regionem explorantes cęteris ad bellū animos
Hunorꝝ reges. fecerūt.Horum itaq; ducatu superatis paludibus oēm sibi finitimā regionem subegerunt,quibus victorijs elati oēm sibi mundū subiugare meditantur:atq; cūcta per orbem annis.lxxx.per totū orbē missertime debacchati sunt,omnia cędibus opplentes.Anno igitur Gratiani primo regnauit super eos Balāber & Mindzueretar,& Rugilla fratres Bleda & Attila,vsq; ad mortem Martiani imperatoris annis.lxxx.Tum Attila cum aliquādo esset temulentus sanguis per nares effunditur,atq; ita subita morte interijt,cui successit Bernar filius eius,sub quo Hunorum regnum ob dissidia populorum diminutum est. Deinde a Carolo magno victi gentis & regni finē dedere.Anno igitur vrbis cōditę.M.ac.c.lxiiij.salutis vero christianę ānis.xij.&.cccc.
Alaric⁹ rex Gothorum Romā capit. Alaricus Gothorum rex imanissimus superatis Romanis post longā & grauem obsidionem vrbem Romā capit ac diripit:hac tñ moderatione vsus est & clęmētia,vt suis mandauerit a cęde & sanguine quo ad fieri poterat, abstinerent, vti cōfugientibus ad Basilicas Petri & Pauli parceretur.Rex vero ab vrbe discedens tertia die post captam Romam in Lucanos & Brutios proficiscitur,vbi apud Consentiam vi captā moritur:Roma vero calamitatem hanc passa etiā incēdium sensit.Huic successit Athaulphus Gothorum consensu ob Alarici affinitatē qui ad vrbem Romā cum exercitu rediens vrbem Romam delere,ac nouā ędificare meditatus fuerat,eamq; Gothiam appellare proposuerat,imperatoribus vero nomen volens de se relinquere,Augusti nomen abolendum censuerat,eosq; deinceps Athaulphos esse nominandos.Huius tamen crudelitatem Galla Placidia superioris Theodosij filia Athaulphi vxor mitigauit,nec modo a tanto facinore auertit,verum etiam fœdus inter Athaulphum/Honorium/& Theodosium composuit.Archadius vero orientalis imperator anno imperij sui.xiij.suo filio timēs adhuc octenni puero ei tutorē Sidigergē Persarum regem testamento designauit,Sidigergis vero pueri tutelam benigne suscipiens pacem firmissimā cum Romanis fecit Marutha Episcopo Mesopotamię interueniente,is Maruthas cum apud Persas & Romanos clarissimus haberetur pacem inter vtrosq; confecit.Vticę terra diebus septem mugitum dedit.Stilco regnum Honorij affectans filio suo Tucherio reipublicę perniciosus efficitur,Barbaras gentes ipse alias regno innitēs,alias suo cōsensu foués:vnde modo solito grauius earum & maxime Vandalorū rabies per Gallias exarsit.
Augustinus. Hisdē tpibus Augustinus Apher Hipponeñ regio oppido Episcopus,vir eruditione diuina & humana orbi clarus,fide integer,vita purus claruit,scripsitq; quāta nec inueniri possunt.Edidit iā senex quod iuuenis cœperat de Trinitate libros.xv.in quibus(vt scriptura ait)introductus in cubiculum regis,& decoratus veste multipharia dei sapientia exhibuit Ecclesiam non habentem maculam neq; rugam,aut aliquid huiusmodi:de incarnatione quoq; dei idoneam edidit pietatem:de Resurrectione quoq; mortuorum simili concurrit synceritate:licet minus capiētibus dubitationem de abortiuis ingesserit catholicus remansit.
Nūer⁹ librorū Augustini. Et vti summatim dicam,tanta scripsit vt non solū ab aliquo toto vitę suę tpe intelligi sed ne plegi quidē possint.Hui⁹ em̄ librorꝝ/tractatuū/& epistolarū numer⁹ plusq̄ ad mille.xxx.extēditur:vt merito de illo dici possit.Mētitur qui te totū legisse fatetur.

Cap.XCV.

INnocentius primus natione Albaneñ rexit Romanã Ecclesiam annis.xv.mensibus duobus,diebus.xx.Hic damnauit Pelagium & Cœlestinum,quorum error fuit ꝙ asserebãt sola bona voluntate sine gratia posse consequi salutem æternã. vt habetur.xxiiij.q.vltima. Asserebant etiam infantes sine peccato originali nasci,& tam infantes esse sicut Adam fuit ante pręuaricationem,nec baptizandos esse,vt a peccato absoluantur:& orationes quę fiunt in Ecclesia pro fidelibus esse irritas.Hic quoqꝫ Pelagius fuit tempore Augustini,contra quem dictus doctor multa scripsit. ¶Hic insuper pontifex prędictos damnauit ad instantiam concilij Aphricani,in quo cõcilio interfuit beatus Augustinus.nec fuit dictum concilium ausum aliquid determinare sede apostolica irrequisita,ad quam ista specialiter pertinere noscũtur:vt patet ex Epistolis dicti doctoris,& ex ipsius Innocẽtij diffinitione: quę habetur.xxiiij.q.vbi respondens dicto concilio sic dicit.Quotiens ratio fidei ventilatur semper est sedes apostolica requirenda. Hic Innocentius in missa osculum pacis instituit.vt patet de conse.di.ii.c.pacem.Hic regulas tradidit de Iudęis & Paganis,quas habemus.xxviij.q.j.c.nunquid.Hic summꝰ pontifex excõmunicauit Archadium imperatorem,quia consensit ꝙ sanctus Ioannes Chrysostomus a sua pelleretur Ecclesia Constantinopolitana propter Andoxiam vxorem suam propter prędicationem quam fecerat contra ipsam,eo ꝙ circa imaginem suę speciei quam erexerat,mulieres & puellas ludere compellebat:qđ Chrysostomus prędicabat idololatrię esse vitium.Hoc tempore floruerunt Pascasius Cicilieñ Episcopus,Vincentius Gallus natione,Paulinus Nolę Campanię Episcopus, Ioannes Chrysostomus, Seuerinus,& Seruatius obierũt,etiam hoc tempore sanctus Alexius Romę & Hieronymus in Bethleem ętatis suę.lxxxviij.

Inocentius primus. Error Pelagij damnat. Cõciliũ Aphricanũ.

¶Incipit Liber Tertius.

¶Capitulum.I.

POst euersam a Gręcis Troiam,famosumqꝫ Ilij incendium instructa classe,Troiani primum in Thraciam delati sunt:quorum pars Aeneam secuta post multos errores,bellaqꝫ immẽsa Italiam petijt, in qua sibi sedem constituens hanc vi armorum hactenus obtinuit.Alij vero Teucrum ducem sibi deligẽtes proxime Persas consederunt:nonnulli vero Anthenorem secuti mare Adriaticum nauigantes ad partes Venetiarum appulerũt:vbi ciuitate extructa(cui nomen Venetię)sedem sibi constituerunt.Sed cum ciuitatis angustia omnes capere non posset,contractis ex vrbe socijs Priamus ad oras Tanai fluminis appulit.Deinde ad Męotidas paludes Francione rectore deuenerunt,ex quo nomen sortiti,deinde vocati sunt Franci,ibiqꝫ non mediocri extructa ciuitate(cui nomen Sicambria)non paucis annis consederũt. Hanc tñ cũ longo post tempore Gothi solo ęquassent,ac diripuissent, alterã non procul a prima nomine Francfordiã cõdiderunt,quã vsqꝫ ad Valentiniani tempora(si antiquis Francorum historijs creditur)incolentes ex finitimis victoriam nonnunqꝫ reportarunt.Ob quam causam illis maior animus bellandi fuit:sicqꝫ factum est vt bello assueti Franci,viribusqꝫ confidentes, facile in bellũ ruerent. Pręterea Alani & corporis robore & paludis altitudine freti,

Origo Frãcorum. Sicambria a Gothis obruit. Frãcfordia conditur.

necnon & bello assueti,ab imperio Romano defecerunt,quos cum bello Romani attentassent non difficili presidio Meotidis paludibus sese tutantur Alani,quapropter accitis ad auxilium Francis Valentinianus annui census remissionem in decem annos proposuit,si Romanorum ditioni Alanos adijcerent,qua spe animati Franci interpositis insidijs Alanos facili prelio deuincunt,eosq; Romanis audientes fecerunt.Parta itaq; victoria cum erectiore aio essent Franci nō modo decēnali tributo leuatos sese arbitrantur,verum spe libertatis sibi proposita,dum ab illis census repetitur magnam sibi inferri iniuriam contendunt:hinc bello exorto cum Romanis impares se agnoscerent coactis copijs Histrum flumen traijciunt,indeq; Germaniam peruagantes nonnulla castella cum aliquot oppidis vi armorum conquisierunt,ciuitatemq; Coloniam condiderunt,quam idcirco vocauere Coloniam,q; in ea quasi coloni habitarent.Demū Theodosius qui tunc imperio preerat eius rei certior factus bellum in eos conuertit:dataq; Nammę & Quintino militum prefectis valida militum manu bello adoriantur Francos suis imperat.Facta pugnę potestate in Romanos irruunt Frāci,prelioq; acerrime commisso cū suos vinci cernerent Nammas & Quintinus fugę se committunt:sed cum Romani nominis dedecus ex fuga timerent,accersitis Eraclio & Iouiniano bellum redintegrāt,quos vt primum videre Franci statim citato cursu cum alacritate in hostem veniunt: horum virtutem militum prefecti non ferentes tetga dedere.Tanta in hoc prelio cedes hostium fuit,vt deinceps Franci nomen timori semper Romanis fuerit:finitimiq; omnes nullo recepto negocio Frācis parerent.Leuati igitur tributo Franci cum ceteris formidini essent propagandorum finium percupidi relicta Germania penitiorem Galliam intrant ad Sequanam vsq; fluuium omnia percurrētes,qui loci ac fluniorum amœnitate illecti vrbes sibi constituerūt:horum dux Marcomirus: vbi muro valloq; vrbes instaurauit,Pharamundum filium virtute ac prestantia corporis insignē in regem deligendum illis proponit:hunc ex patris consilio primum sibi regem constituunt regendi permissa potestate.

Franci Alanos vincūt.

Franci Romanos debellant.

¶Capitulum.II.

Pharamūdus primus Frācorꝫ rex.

Clodio rex.

ANno salutis.cccc.xx. Pharamundus Francorum rex vnanimi voce deligitur:ab hoc lex Salica primum ꝓdijt:cum em̄ ante hāc Frāci feris morib[9] viuerēt, q̄tuor ꝓceres selegerūt, qui populo legem ferrent,quę cum ab his conscripta optime foret hanc Pharamūdus populo promulgauit,mortuusq; est post acceptum regnum anno vndecimo.Huic filius erat Clodio nomine patriarum virtutum optimus imitator adeptus regnum egregie rempublicam administrauit.Cui cum augendi regni desiderium esset primū Thuringos gentem fortissimam suo imperio adiecit,eisq; parendi leges dedit occupato Disthargo oppido,vbi regni sedem constituit.Deinde missis exploratoribus vrbem Cameracum in potestatem recepit,multa Romanorum cede facta iuxta Rhenum & Ligerim:inde syluā Carbonariam ingressus Tornacum petit,fusisq; Romanis qui tunc in presidio erāt,ciuitate potitur.Obijt autem anno post adeptum regnum.xx.

Cędes Romanorum.

Clodio morit.

¶Capitulum.III.

HOnorius memoratus mortuo Archadio fratre suo cum nepote suo Theodosio iuniore filio Archadij suscepit imperij monarchiã. Cœperũt quoq; anno domini.cccc.xix.& ab vrbe condita.M.c.lxix.ab initio vero mundi.iiij. M.ccc. lxxxj.& imperauerunt annis.xv. ¶Huius temporibus q̃quis multa bella surrexerunt,nullo tamen vel minimo sanguine sunt sedata:hęc magna Honorij clementia faciẽte: huic Honorio cum quidam improperaret cur rebelles non occideret,respondit.Vtinã mihi esset possibile,ad vitam mortuos reuocare.Hoc tempore fœmina gigantęę magnitudinis de parentibus nostrę staturę nata stupori erat. Horum imperatorum tempore duce Croste Gallias peruagati multas vrbes & Ecclesias subuerterunt,in quo turbine multi martyrio coronantur.Tandem vero Ecclesias timore Gothorum Vandali Galliam relinquẽtes, cum Alanis & Sueuis Hispaniam occupauerũt. ¶Alaric⁹ quoq; rex Gothorũ in Romanos mouẽs primo Italiam cędibus replens,tandem ad Romanam vrbem peruenit,quã violenter irrupit & cepit,multaq; loca in ea incendit:a sanguine tñ & cęde temperabat,& confugientibus ad limina sanctorũ indulgebat.Capta quidẽ fuit Roma nono Kl.Septembris anno millesimo.clxiiij.postq̃ condita fuit.Vandali quoq; iterum Gallias inuadunt,cum quibus Franci congressi Modigicillum regem eorum cum viginti millibus Vandalorum occidunt. Eo tẽpore Maximus Thaurineñ Episcopus claruit,& hęresis prędestinatorum serpere cœpit.Eo tempore cum Iudęus quidam ad baptismũ quęstus causa venisset subito baptismi aqua disparuit,& iterum atq; iterum allata semperq; disparens dei virtutem & Iudęi perfidiam demonstrauit.

Honorius. — Honorij clemẽtia. — Alaric⁹ in Italia — Frãci vicũt Vãdalos. — Maxim⁹ thaurineñ epũs.

¶Capitulum.IIII.

DIctorum imperatorum tempore,Zozinus primus natione Græcus anno domini.cccc.xxxvj.in cathedra Petri sedit anno vno,mensibus octo,diebus.xxv. & vacauit sedes diebus xj.Hic constituit vt clerici tabernam nõ intrent, nec domos conducant ad lenocinia vendẽda. Constituit etiam q; seruus clericus fieri non possit,quia clericus in sortem domini eligitur:& sic liberatus videtur a potestate domini sui:hęc tamen pontificis constitutio male a quibusdam obseruatur:nã & ex flagitioso concubitu geniti passim hodie regunt Ecclesias,ac patrimonium Christi pro libito meretricibus largiuntur.Constituit insuper vt nullus clericus in publico propinaret nisi in cellis fidelium:& maxime clericorum.Hic misit ad concilium Carthagineñ vnum Episcopum cui nomen Faustinus,& duos presbyteros vrbis Romę,vt ostenderet nihil publice debere agi sine consensu Romani pontificis a quo roborandum est quicquid agitur.Dicti pontificis tempore Proba vxor Adelphi proconsulis fuit fœmina inter viros ecclesiasticos,ideo posita(vt tradit Isidorus de viris illustribus)quia super laudem Christi conuersa,componens centonem de Christo Virgilianis coartata versibus:cuius nõ miramur studiũ,sed laudamus ingenium. Tradunt historię q; duę fuerũt fœminę,quę istos versus aptauerũt ad Christum. Homerocentonas fecit Eudochia vxor Theodosij iunioris,Virgiliocentonas fecit ista Proba:& ambę quasi cõtemporanęę fuerunt.

Zozin⁹ papa. — Proba. — Eudochia fœmia nobilis.

¶Capitulum.V.

Bonifacius primus. Eulaliꝰ Antipapa.

Dictorum etiam imperatorum tempore, Bonifacius primꝰ natione Romanus patre Iocundo presbytero in cathedra Petri sedit annis tribus, mensibus octo, diebus. xiij. & cessauit pontificatus diebus. ix. Hic vna die cum Eulalio in papam eligitur. Bonifacius quidem in Basilica beati Petri ordinat: Eulalius in Basilica Constãtiniana. orta igitur dissentione ꝙ vbi Honorius intellexit, qui tum Mediolani agebat ambos ab vrbe pepulit: septimo tamen post mense Bonifacius reuocatur, & vrbis presul cõstituitur. Vnde Eulalius de vrbe eijcitur, & factus est Episcopus: vt aliquę historię referunt. Nepesinus huius pontificis tempore floruit. Eutropius discipulus Augustini: & etiam in Grecia Cirillus Alexandrinus Episcopus: dicti etiam pontificis tempore beatus Hieronymus. xcviij. vitę suę anno in Bethleem moritur: cuius vita omnibus ob sanctitatem nota est. Hic Bonifacius instituit ne mulier vlla aut monacha sacratã pallam attrectaret, aut thura contingeret. Obijt autem octauo Kal. Nouẽbris: sepultusq; est apud corpus Felicitatis martyris.

Eutropius discipulꝰ Augustini.

¶ Capitulum. VI.

Theodosius.

Theodosius Archadij filius mortuo Honorio patruo suo sine liberis, cum quo imperauerat. xv. annis solus assumpsit Romani imperij monarchiam, & imperauit solus annis tribus. Quarto quoq; anno Theodosius prędictus Valentiniani filium Placidę amitę suę ad imperium admisit, & imperauit cũ eo annis. xxiiij. Horum imperatorum tempore Gessericus rex Gothorum Vandalorum & Alemanorum ex Hispania in Aphricam transiens, ferro, igneq; pene totam Aphricam consumpsit, & crudelissime deuastauit: hic pessimus tyrãnus cunctis, sed maxime religioni & nobilitati fuit infestus: omnia diuina & humana exterminauit. In Aphrica Episcopos & omnem clerum Ecclesię Aphricanę crudeliter expulit: loca quoq; sancta, aut suorum habitacula fecit, aut Arrhianis tradidit, vbiq; totis viribus persequens Christianos. ¶ Vandali autem capta Carthagine in Siciliam traijcientes insulam depopulantur, & vastant: idem fecere Pictauij & Scothi insulam Britãnię occupãtes. Arritus autẽ a Britannis in auxilium mittit. Etius patritius vir bellicis artibus insignis non modo laborantibus auxilium non fert, verũ etiam regnandi cupidus Hunos ad inuadendam Italiam solicitat: vnde Britanni ab Etio destituti, ab Anglis auxilium petunt, quos hostes deinceps non auxiliares sensere. Ab his eñ oppressi & patriam simul & nomen amisere: interim vero Theodosio Constantinopoli mortuo septimo & vicesimo imperij sui anno Belda & Attila Hunorum reges Illyricum ingressi omnia incendũt & vastant. Sub hoc turbine tribulationis migrauit ad dñm magnus pater Augustinus, qui propter loquacitatem & debacchationem, quę maxime consueuerunt in conuiuijs abundare, hos versus in mensa sua scribi fecit. Quisquis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

Gessericꝰ Gothꝰ pessimus.

Mors diui augustini.

¶ Capitulum. VII.

Morronéꝰ apud Frãcos regnat.

Tempore dictorum imperatorum apud Francos Morroneus Clodioni sanguine propinquior regni moderamen assumpsit, regnauitq; annis duodecim, quo in tempore Attilla Gallias percurrens ingentem hominum stragem fecit: vnde & Mettenses

Tungrosq; expugnat. Aduersus hunc Morroneum egregie depugnasse ferunt: cecideruntq; ex vtraq; parte centum & octoginta millia, neutra inclinate acie aut cadente. His etiam temporibus Gundericus rex Vandalorum cum a se captam Hispalim nobilissimam Hispaniæ vrbem gloriaretur, manusq; impie aduersus Ecclesiam extenderet, mox a dæmone correptus miserabiliter interijt. Claruit etiam sanctus Germanus Altisiodorensis Antistes, Lupus Senonensis, necnon & egregia virgo Genouefa: cuius corpus apud Parisios sepultum, quantæ fuerit sanctitatis omnibus demonstrat. Ioannes etiam monachus cognomento Cassianus facundus scriptor vita insignis habitus est. Sacrilegus punitur. Germanus Altisiodorensis.

¶Capitulum.VIII.

Cœlestinus primus natione Campanus sedit annis octo, mense vno, diebus.ix. Hic constituit ante confessionem dici Iudica me deus. Huius pontificis tempore celebrata est Synodus Ephesina: vbi dãnatus est Nestorius Cõstãtinopolitan⁹ Episcopus, qui negabat beatam Mariam veram esse matrem filij dei vbi tanq̃ vilis hæreticus fuit condemnatus. Rursus asserebat duas in Christo filiationes, dualq; personas, & duo supposita. Propter hoc ducenti Episcopi in concilio anathematizauerunt.xiij.capitula: in quib⁹ cõsistunt blasphemiæ eius, de quibus fit mẽtio.xvj.di.paragrapho.iij.synodus. At Cœlestinus vbi ordinationes tres mense Decembri habuisset moritur ac sepelitur in cœmiterio Priscillæ via salaria.viij.idus Aprilis. Cœlestinus.

¶Capitulum.IX.

Sixtus natione Romanus patre Sixto in cathedra Petri sedit annis.viij.diebus.xix.vacauitq; sedes diebus.xxij. Hic sanctus pontifex fecit Basilicam sanctæ Mariæ maioris de vrbe, quæ antiquitus Liberij cognomen habebat iuxta macellum Libyæ, q̃ sancta Maria ad præsepe Dñi hodie appellaṫ. Hic põtifex per quendã nomine Bassum accusatus fuit de adulterio: de quo.lvij.Episcopis hac de re cõgregatis, & præsente imperatore de obiecto sibi crimine se purgauit: sicq; Bassus merito fuit confusus, & per imperatorem ex sententia concilij proscriptione damnatus: quod partim claret.ij.q.v.c.mandastis. Fuitq; dictus pontifex tantæ humilitatis ac professionis, q̃ cũ iste Bassus parum superuixerit post suam condemnationem, eius corpus dictus Sixtus cõditum aromatibus proprijs manibus sepeliuit. Dictorum imperatorum tempore fuit illud mirabile de.vij.dormientibus qui fratres erant: & tpe Decij imperatoris a facie eius fugientes quandam speluncam intrauerunt: cuius mandato Decij clausum est os speluncæ, vbi obdormierunt & steterunt secundũ aliquos.cxcij.annis. secundũ Martinum.cc.annis. Ipsi tñ tempore istius Theodosij imperatoris christianissimi: de quo impræsentiarum est sermo: resurrexerunt. Et licet historia ipsorũ delectabilis sit & deuota, & per ipsam fides resurrectionis non modicum roboretur, quia tamen prolixitas ꝓposito præsentis operis obuiat, eam omitto: te ad Legendam remitto auream. Horum imperatorum tempore pullulare cœpit hæresis eorũ, qui resurrectionem negabant mortuorum: & ideo vt vere probaretur resurrectio: illud mirabile de.vij.dormientibus accidit. Hoc etiam tempore festum ad vincula sancti Petri institutum fuit. & mandatum coli & venerari. His temporib⁹ diabo= Sixtus. Sancta Maria maior de vrbe cõditur. Sixt⁹ se adulterio purigat. Septem dormiẽtes.

lus in specie Moysi Iudęis in Creta apparēs, dum eos per mare sicco pede ad terram promissionis perduceret, diabolo prius ingresso, & sequētibus Iudęis qui super vndas his qui erant in littore incidere videbantur, subito diabolus disparuit, multiq; Iudęi submersi sunt: de his qui euaserunt aliqui fuere Christiani ad fidem conuersi. ¶ Eisdem ferme temporibus, Regi Vuertegerio qui Britanniam rexit suasum fuit, vt hominem sine patre natum quæreret.

Historia Merlini licet apocrypha. ¶ Rex Vuertegerius qui Britanniam regebat, totius insulę in se odia considerans inito consilio cum sapientibus quid agere deberet, ad tutamen sui iussit conuenire artifices, qui ei castrum fortissimum fabricarent: sed cum opus terra absorberet suasum est ei a Magis & coniectoribus, vt hominem sine patre natum quęreret, & eius sanguine lapides & cœmenta aspergi præciperet, & sic suum ædificium stare posset. Quæritur ergo Merlinus qui illis temporibus natus erat: cuius ortus traditur fuisse modo subscripto.

Merlini ortus. Quidam em̄ dicunt eum fuisse filium cuiusdam monialis filię cuiusdam regis, quę Clementia vocabatur. Ricardus vero dicit eam non fuisse monialem, sed dicit ꝙ inter moniales nutrita fuit in ecclesia beati Petri de vrbe Baemadim. Huic autē dęmon apparebat in specie pulcherrimi iuuenis, quem sępius alloquens deosculabatur, tandem eam cognoscēs grauidam dereliquit. Cumq; huius facti notitia ad prędictum regem Vuertegerium peruenisset, stupefactus rex magis ac magis perquirit vtrum hoc possibile videretur: qui respōderunt ꝙ sic, quia Philosophorum historię hoc affirmant. Refert enim Apuleius inter lunam & terram esse dæmones incubos: circa quod nec beatus Augustinus discordat. vt in.xv.libro de Ciuitate dei patet. Hic Merlinus a nuncijs regis quæsitus, cum inuentus fuisset coram rege cum matre adducitur, adductus quoq; ad regem, interrogat cur ipse & mater sua vocati sunt: cui rex causam vocationis aperuit: dixit quoq; ꝙ vnum castrum seu turrim ędificari mandauerat: sed fundamenta in loco firmari non poterant, quicquid in die ędificabatur nocte totū absorbebatur. Cūq; Magi & coniectores de causa requisiti fuissent, respōderunt nullo modo posse in loco fundamenta firmari, nisi inueniatur homo sine patre, cuius sanguine cœmenta & lapides aspergantur. Tu autem diceris esse talis, & ꝑpter hoc te perquiri fecim⁹. Ad quę verba Merlinus respōdit

Merlini ingenium. dicens, Magos & coniectores fuisse mentitos. Causamq; aperuit propter quā non poterant firmari fundamenta. Asseruit quoq; stagnum esse sub fundamēto quod totum quod cōstruitur absorbet: quęritur igitur fodiendo, & sic inuenitur. Tunc mandat Merlinus stagnum euacuari per riuos, & incœpit tunc aperire mysterium futurorum: videbis inquit sub stagno duos concauos lapides, & in illis duos dracones dormientes. Credit quidem rex verbum Merlini aliquid in istō existimans numinis, mandatq; iussa eius impleri, sedente quoq; Vuertigerio & Britonū rege super ripam, exhausto stagno egressi sunt duo dracones: quorum vnus erat albus, alter rubeus: commiseruntq; adinuicē duram pugnam: & q̄uis modo vnus modo alius pręualeret: vltimo tamen succubuit rubeus. Cumq; rex perquireret a Merlino huius rei euentum atq; notitiā exponit regi. Per rubeum draconem significari Britones: per album vero Saxones, qui pręualere debebant in regno. Prædixit quoq; Aurelium Ambrosiū deuicto Herigisco: combusto Vuertigerio regnaturum fratrem eius Vterpādragon in regno ei successurum, & vtrunq; veneno peritutum, Arturum vero

quem aprum Cornubio vocat, prophetauit ꝙ Ecclesię dei succurreret ꝙ insulas occidentales sibi subiugaret, & Gallicanas ꝓuincias possideret, & ꝙ Romano exercitui se terribilem exhiberet, & ꝙ exitum dubium haberet. Prenunciauit etiam ꝙ Archiepiscopus Londoniarũ transferendus esset in Doroberniã, quę modo Cãtuaria nominatur: & ꝙ Eboraceñ Archiepiscopus beatus Sanson cum. vij. Episcopis ad Armoricã trãsiret regionem quę modo minor Britannia nominatur. Prophetauit etiam ꝙ Anglia redigenda esset sub dominio Normanorũ, & alia plurima quę vix possunt intelligi donec incipiant apparere. Solet eñ spiritus dei per quos voluerit mysteria sua loqui, sicut per Balaã cęterosq̃ huiusmodi. Eisdem quoq̃ temporibus Ambrosius Aurelius Vuertigerio prelium cum Saxonibus committit, Herigiscum ducem captum perimit, cęteros obsidione cõcludit, misericordiã poscentibus tribuit, & terra eius iuxta Scotiam delegata fœdus pacis cũ eis confirmauit. Demũ ciues reuocat, regnum disponit, leges sopitas renouat, Ecclesias reformat, pręsules statuit, & consilio Merlini regnum Britannię nunc Anglię, totum rationabiliter ordinat: cui successit Vterpandagron frater eius qui fuit pater Arturi regis inclyti & christianissimi: de quo historię Britonũ magnũ & pulchrum tractatum faciunt. Sed quia prolixę sunt & alibi inueniuntur ad plenum, eas causa breuitatis omitto.

Adhuc Merlini prophetias ꝓsequitur.

Ambrosius Aurelius cũ Saxonibus pugnat, & leges renouat.

Vterpãdragon frater ei succedit.

ℭCapitulum. X.

PRædictorum imperatorum temporibus, Leo primus natione Tuscus patre Quintiano anno. cccc. lx. in cathedra Petri sedit annis. xxj. mense vno, diebus. xxviij. Hic pontifex ꝓpter merita suę sanctitatis furorem Totilę mitigauit regis Vandalorum, qui cum iam magnam partem Lõgobardię igne & ferro consumpsisset, dictus pontifex ad ipsum regem venit: ad petitionem vero pontificis Italia recessit. Proposuerat eñ Totila Italiam totam destruere, sed ipse fuit confessus suis principibus se vidisse quẽdam vultu terribilem iuxta pontificem mortem sibi minantem nisi eius acquiesceret volũtati. Hic sanctus pontifex addidit ad missam, Sanctum sacrificium & immaculatam hostiam. Hic semel recipiẽs osculum manus in missa a quadam muliere scd̃m consuetudinem regionis, multum exarsit in concupiscentiam eius propter quam causam & in detestationem dictę tentationis sibi manum amputauit & eam proiecit. Cumq̃ populus cum admiratione non modicum turbaretur ꝙ summus pontifex more solito non celebrabat, restitutionem a beata virgine impetrauit, ad quam specialem habebat deuotionem, quę manum põtificis portans eidẽ visibiliter apparuit. & manum sibi apposuit. Dict⁹ Atilla scd̃m alios Totilla priusq̃ ad preces dicti pontificis de Italia exiret cum Romanis adiunctis eis Francis / Burgondis / Saxonibus: & pene omni populo occidentis congressus est in Alberniam, vbi primo regem Burgundię sibi occurrentem prostrauit. Demum in bello sic acriter pugnatum est ꝙ vtrinq̃ cęsa sunt. iij. M. hominum, tantusq̃ sanguis est effusus vt modicus qui ibi fluebat riuulus de sanguine occisorum torrens est effectus. Tempore huius pontificis floruerunt Prosper Aquitanicus doctor egregius, & Mamertus Archiepiscopus Vieñ, qui Letanias instituit ante ascensionem domini. Institutionis causa ponitur, quia terrę[illegible]us in vrbe Ecclesias domosq̃ subuertebat, necnon & feritas luporum, aliarũq̃ bestiarum syluestrium toto anno per vrbẽ vagantiũ

Leo primus papa furorẽ Totillę mitigat.

Miraculum.

Miraculũ de manu restituta.

Prosper Mamertus archiepũs Vieñ.

hominés deuorabat:palatium etiam regis fuit cœlesti igne cōbustum.Et pro≈
pter hoc dictus Archiepiscopus cum clero & populo iram dei placare volens
Letanię instituit Letanias. ¶Hu⁹ tēpore quarta Synodus apud Calcedoniā.cccccc.
istitutę. triginta Episcoporum,Euticem abbatem Constantinopolitanū, & Diosco≈
Synod⁹ rum Alexandrinū Episcopum asserentes verbum diuinum & carnem huma≈
Calce≈ nam ab ipso assumptam vnam naturam condemnauit. Dictus Eutices in er≈
doñ. rore asserebat carnē Christi non esse de Virgine,sed cœlestē:vt per hoc osten≈
deret possibilitatem dictę compositionis cum diuinitate:propter quod iussu di
cti pontificis Marcianus imperator cōsilium cōgregauit,& pręsens interfuit:
vt habetur.xcvj.di.c.nos ad fidem.Verum in dicto concilio dictus sanctus
pontifex Leo nō interfuit,sed quidam Episcop⁹ nomine Paschalinus fuit ibi≈
dem eius vicarius.

¶Capitulum.XI.

Martia nus. Mortuo quoq Theodosio,Martianus in imperatorem assumi
tur: anno domini.ccc.lij. & ab vrbe condita.M.cc.ab ini≈
tio mūdi.iiij.M.cccc.xxiiij.& imperauit annis.vj.scd̄m ali≈
quos.Alij autē asserunt.vij.Huius anno secūdo maxima si≈
Dira portēta gna in cœlo apparuerunt ab Aquilone: die quadam circa ho≈
ram vespertinam cœlum efficitur rubeum vt ignis: & inter≈
mixtis per igneum ruborem clarioribus lignis astrorum specie deformatis,
Luna obscuratur & Cometa apparuit,quā non ociosam fuisse sequens rerū cō
sequentia demonstrauit.Nam anno sequenti Atilla rex Hunorum Vualla≈
Atilla rex Hu noꝝ Ira liam ve xat. meris Astrogothorum regis,& Ardarici Gepidorum regis,& multarū Aqui
loniarum gentium sibi subiectarum fultus auxilio cum quingentis millibus
armatorum occidentis inuasit imperium:& primo Gallias intrās sic eas(deo
permittente)contriuit,vt nulla ciuitas/castrum/nec oppidum quodcunq ar≈
tificio vel natura eius potuerunt iram,imo furorem euadere.Postremo eo ci≈
uitatem Aurelianeñ obsidente ad subsidium Galliarum venit Ethitius patri≈
cius Romanorū qui fultus auxilio Morronei Francorum & Theodorici Vi≈
sigothorum regum in campis Cathelanorum,quia Atilla obsidionem reli≈
querat Aurelianeñ debellatur:in quo pręlio:c.lxxx.M.pugnatorum cęsa re≈
feruntur.Credo ꝙ istud bellum cum priori fuerit idem.Aliquę tamen histo≈
rię habērꝙ ille Ethitius Patritius de Gallis recesserit,& in dicto pręlio Theo
Atilla fūditur. doricus Visigothoꝝ rex obijt:ex cui⁹ Patricij recessu Atilla spe resumpta to≈
tam pene Galliam & Germaniā vastauit,fere ciuitatibus destructis.Sed Tho
losa sanctorum Exuperij & Saturnini,Trecę Lupi,Traiectū Seruacij,Au≈
relianum Aniani,Turoni Martini,duntaxat ciuitates meritis & precibus ser
uantur illęsę:& Ecclesiam Metheneñ sanctus Stephanus patronus conserua
uit.¶Hoc tempore.xj.M.virginum ab Hunis Colonię cęsę sunt:licet tem≈
Xj.mil liavirgi nū tru≈ cidātur. pore papę Siriaci earum passio legatur in alia Chronica.Hoc etiam tempore
sanctus Symeon apud Antiochiam,qui.xl.annis in columna inclusus inter
alia monebat,ne quis per nomen dei aut sancti alicuius iuraret,sed per nomē
ipsius promittens facultatem ac impunitatem in se peierandi.¶Eisdem tem≈
Caput Ioannis baptistę reuelat. poribus Gensericus rex Romam veniens ipsam vi capit,omnia quoq dirru≈
pit.¶Eisdem temporibus beatus Ioannes Baptista caput suum duobus mo≈
nachis reuelauit.Eo quoq tempore super insulam B[illegible]nnię stella mirę ma≈
gnitudinis apparuit:cuius radio globus igneus draconi similis adhęrebat,ex

cuius ore radij duo procedebant: quorum vnus vltra Galliam se extendebat. Alter vero versus Hiberniam tendens in.vij.minores radios terminabatur. Percunctatus Merlinus de stellę significatione a fratre regis Britannię dixit eum illo sidere & igneo dracone significatum. Per radium vero Gallias respicientem figurari filium eius pontentissimum nasciturum: videlicet Arturum, qui sua (vt legitur) benignitate pariter & bonitate Franciam/Franconiā/Flādriam/Noruegiam/Daciam/Phrysiam: pluraq̧ alia regna & marinas insulas ei obsequi coegit: in quodam prelio quoq̧ letaliter vulneratus ad insulam Abalonis secessit ad curanda vulnera, & deinceps quo deuenerit ignoratur: altero autē radio filiam cuius filij & nepotes regnum Britannię successiue essent habituri. Eo etiam tempore pululante intra Gallias hæresi Arrhiana vnitas substantię trium personarum euidenti miraculo declaratur. Nam dum in Britannia in vrbe videlicet Nanneteñ missam Episcopus celebraret, vidit super altare tres guttas clarissimas ęqualis magnitudinis cadere: quę simul defluentes, & in vnū cōiūctę gēmā pulcherrimā effecerūt, & cū eā in medio crucis aureę Eps posuisset alię gēmę q̄ in cruce erāt positę ceciderūt.

Vnitas trinitatis miraculo declaratur

¶Cap.XII.

CHildericus tunc Francis imperabat, cœpitq̧ anno dn̄i.cccc.lxij.regnauitq̧ ānis.xxvj. Hic cum regnū accepisset libidinibus & stupris animum intendebat, adeo vt multorū stupratis vxorib⁹ pceres cōmuni cōsilio eū regno exturbare statuerūt: hac re cognita cōsilio Guynomaldi qui inter primores erat fugę presidiū quęrit: qui ad Bissimū regē Thuringię sibi amicū accedēs rē narrat. At in locū exacti regis Gillonē Romanū, qui tunc apud Suessonienses p imperatore rē moderabať substituūt, sed cū Guynomaldi cōsilio primoris iterficeret, ac sanguie fœdaret oia Childericū ab exilio authore Guynomaldo clā reuocāt voluptuariū q̄ sanguinariū regē mallētes. Qđ cū Gillo didicisset aduersus Childericū bellū parat, a quo tādem victus postq̄ annos octo regnasset, qđ reliquū vitę erat mœstus apud Suessiones absumpsit. Recepto itaq̧ regno Childeric⁹ Odoagrū Saxonē bello supat Aureliā vsq̧ persecur⁹. Deinde Vandalos/Alanos/Gothos feliciter deuincit. Postremo Galliā vi superās ppetuā sibi suisq̧ stationē fecit. Insup capta Colonia Germanorū ciuitate, & Agrippina Heluetiorꝫ potētissima vrbe, profugatisq̧ Romanis Triueri sup Mosellā fluuiū i ptāte recipit. Cui⁹ fœlici euētu cognito Basma vxor regis Thuringię ad Childericū cōtempto viro accedit quā in vxorē accipiens pgeniē ex ea nō ignobilē suscepit. Claruit hoc tpe apud Aruernos Sidoni⁹ ex senatore sacerdos factus, qui cum opibus abundaret quatuor egenorū millia sumptibus proprijs aluit.

Childeric⁹ rex. Aufugit childericus furorē populi. Substituit̄ childerico Gillo Romanus. Victoria de saxonib⁹ cęterisq̧ nationibus.

¶Capitulum.XIII.

LEo magn⁹ suscepit imperiū āno dn̄i.cccc.lix.& ab vrbe cōdita.M.cc.xix.& impauit ānis.xvj. Hic asserebat sanctorꝫ imagines nō eē venerādas, qa species idolatrię eē videbať, & propter hoc Romā veniēs oēs Christi & sanctorꝫ imagines tulit & secum Constantinopolim asportauit, ibiq̧ eas igne cremauit. Sed recta fides tenet & predicat Christi & sanctorum imagines esse venerandas, quam ob rem fuit dictus imperaator a domino papa solenni anathemate condemnatus. Hoc tamen vt aliqui innunt non fecit iste Leo, quia fuit verus catholicus: sed Leo tertius tempore Gregorij

Leo magn⁹ imperator

papę hoc fecisse asseritur. Hoc etiā tempore respublica Romanorum multa passa est ob tyrannidem a multis appetitam: insuper Gensericus Vandalorum rex ex Aphrica in Italiā statim nauigat Romanū imperium inuasurus, quod vbi intellexit Leo Basilicum Patriciū cum valida manu in auxiliū mittit: hi cōiunctis copijs & animis ad Populoniam Genserico fiunt obuiam, qui quidem ingenti clade superatus turpi fuga in Aphricam redijt.

¶Capitulum. XIIII.

Hilari9 papa.

HIlarius primus natione Sardus in cathedra Petri sedit anno domini. M.cc.lxxxj. & sedit annis sex, mensibus tribus, diebus. x. Hic cōstituit vt nullus pontifex successorē sibi constitueret: quę cōstitutio habetur. viij. q. j. c. plęriq. Ricard9 dicit quod tpe huius pōtificis fuit Merlinus. Martinus vero ponit eū fuisse tēpore Simplicij successoris istius Hilarij. Aliqui dicūt eum fuisse tpe Iouiniani imperatoris, & dicūt regem Arturum fuisse tempore principis Graciani: cuius regis tempore Romani imperatores perdiderūt dominium Galliarum quod tenuerunt a tempore Iulij Cęsaris. Citra eodē tempore Eudoxa Augusta vxor Valentiniani filia Theodosij iunioris, reliquias protomartyris Stephani, & catenam sancti Petri Romam transtulit.

Hoc tēpore romani deficiēr gallis imperare.

¶Capitulum. XV.

Zenon iperator. Genseric9 moritur.

ZEnon assumpsit Romani imperij monarchiā ano domini. cccc. lxxxvj. ab initio vero mundi. iiij. M. xlix. & imperauit annis. xix. Huius tempore Gensericus rex Vandalorum moritur: cui successit Honoricus filius eius, qui infinita mala intulit in Aphrica Christianis. Nec legitur aliqua persecutio particularis ita crudelis: nec ita aspera sicut fuit Honorici in Aphrica. Hic siquidem in primordio regni vt cōmuniter habet subtilitas Barbarorū cœpit mitius & modestius agere, & maxime circa religionem fidei nostræ, & vt se religiosum ostenderet sollicitus requirebat hęreticos Manichęos, ex quibus multos incendit. Arrhianos etiam destruebat ipse clam pessimus Arrhianus: sed nequitiam suam diu celare non potuit. Nam publice & priuatim veros catholicos persequi cœpit, & vt totum corpus Aphricanę Ecclesię perderet, mandauit catholicorum & suorum Arrhianorum apud Carthaginem concilium congregari, in quo rex impius qui nectebat dolos interesse noluit, sed loco eius quos sciebat voluntarios & peritos pro sui erroris sustentatione illo in concilio pręfecit. venitur ad disputationis conflictum, & Catholici vociferationis tumultū vitare volentes eligunt ex se decem qui pro omnibus respōderent. Arrhiani vero eligunt quēdam Gerilem nomine, cui thron9 superbissimus in loco excelso a satellitibus regis collocatur. Dixerunt itaque Catholici, Gerille propone quod vis: qui respondit cum fastu nescio latine. Catholici dixerunt, semp latine fuisse locutū manifeste cognouimus: vnde modo te excusare nō debes, maxime quia hui9 rei incendiū suscitasti: si aūt nostrā fidē desiderasti agnoscere hoc est veritas quā tenem9. Regali quoque imperio de fide catholica quā seruam9 iubemur reddere rationē, ideo fidē quā pdicam9 & credimus secūdm mediocritatē nostrarū viriū intimamus. Primū igitur de vnitate substātię patris & filij: qd Greci Homousium dicūt exponēdū nobis esse cognoscite, patrē & filiū & spiritū sanctū, ita in trinitate deitatis pfiremur, vt & patrē in sua pprietate subsistere, & filium nihilominus in proptia extare perso=

Persecutio fidelium in Aphrica ab honorico rege Vādalorū. Honoricus fideles persequitur. Gerilis Arrhianus. Christianorum in Arrhianis disputatio pulcherrima & fidelis.

na,atq; spiritum sanctum personę suę proprietatem retinere fideli confessione fateamur,non enim eundem asserentes patrem quem filium,neq; filium confitentes quia pater sit aut spiritussanctus:neq; spiritum sanctum accipimus,vt aut pater aut filius,sed ingenitum patrem & de patre genitum filium,& de patre & filio procedentem spiritum sanctum vnius credimus esse substantiæ vel essentię,quia ingeniti patris & geniti filij procedentis spiritussancti vna est diuinitas,tres vero personarum proprietates.Et contra hanc catholicam & apostolicam fidem vt heresis execrata nouitatem quandam induxerant:asserentes filium non de patris substātia genitum,sed ex nullis stantibus id est ex nihilo eum substitisse.Ad hanc impietatis perfectionem quę contra fidem emerserat refellendam,& penitus abolendam,Homosion sermo grecus positus est,quod interpretatur vnius substantię vel essentię significans filium non ex nullis stantibus,nec alia substantia sed de patre natum esse. Qui ergo putat homosion auferendum ex nihilo vult asserere filium extitisse,sed si ex nihilo nō est ex patre sine dubio est: & recte Homosion vnius cū patre substantiæ filius ex patre autem esse,id est vnius cum patre substantiæ,his testimonijs approbatur Apostolo dicēte,qui cum sit splendor gloriæ & figura substātię.¶ Item quoq; in Euangelio dicitur.Ego in patre & pater in me,& ego & pater vnum sumus.quod non ad vnitatem tantūmodo voluntatis,sed ad vnam refertur substantiam,quia non dicit ego & pater vnum volumus:sed vnum sumus:verū quia duas in filio profitemur esse naturas,id est deum verum & hominē:quicquid excellentis sublimitatis potentię de deo referunt scripturę ad memorandam eius diuinitatem tribuendam sentimus,& quicquid infra hominem cœlestem potentię de eodē humilius narrāt,non verbo dei sed hominū reputamus assumpto.Secundū diuinitatem ergo hoc est quod superius diximus, vbi ait, ego & pater vnum sumus,& qui me videt:videt & patrem,& omnia quęcunq; pater facit,eadem & filius facit.Similiter & cętera ea quę superius continentur.Illa vero quę de ipso scd̄m hominem referuntur ista sunt.Pater maior me est,& non veni facere voluntatem meam,sed eius qui misit me patris.Et pater si fieri potest transeat a me calix iste:verūtamen non sicut ego volo sed sicut tu &c.Est quoq; verus filius dei,quia deus verus natus de deo vero.sicut dicit Ioannes.Hic est verus deus & vita ęterna.& ipse dominus ait.Ego sum via veritas & vita.Cæterum de spiritu sancto dicit Apostolus.Diuisiones gratiarū sunt,idem autem spirit⁹ &c.Et sequitur.Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus,diuidens singulis prout vult:vnde nō dubie claret spiritum sanctum & deum esse:& suę voluntatis actorem,qui cuncta operari & scd̄m proprię voluntatis arbitriū diuinę dispensationis dona largiri apertissime demōstratur,quia vbi voluntaria gratiarum distributio prædicatur non potest videri conditio seruitutis.Habes quoq; creatorem spiritum sanctum in libro Iob. Spiritus inquit dominus est qui fecit me,& spirit⁹ omnipotentis qui docet me. & Dauid dicit.Emitte spiritum tuum & creabūtur.Vna itaq; est religio,vnaq; glorificatio trinitatis,vt audiam⁹ Apostolū sicut audierūt,Corinthij.Gratia dn̄i nr̄i Iesu Christi & charitas dei & cōicatio sancti spūs &c.Hęc est fides nostra euāgelicis & apostolicis traditionib⁹,& oīm q̄ in mūdo sūt catholicarū ecclesiatū societate fūdata,in q̄ nos p̄ grām dei oiporētis p̄manere vsq; i finē vitę ei⁹ cōfidim⁹ & speram⁹.Cūq; libellus catholicoꝝ prędicta cōtinēs in cōcilio

Adhuc hic disputat.

Perſecutio in Chriſtianos fideles.

legeretur oblat⁹. Arrhiani veritatis lumen ſufferre nequaq̄ cęcis oculis potuerunt: immo inſanientes vocibus grauiterq̃ ferentes ꝙ noſtri ſe catholicos dixerant mentientes regi ſuggerunt, ꝙ qui catholicos ſe dicebant ſtrepitum fecerant audientiam fugientes: qui eadem hora accenſus & credens mendacio, feſtinauit facere quod volebat. Iamq̃ conſcriptum decretum habens, & occulte cum eodem decreto per diuerſas prouincias ſuos homines dirigens: Epiſcopis adhuc charitatiue poſitis vna die vniuerſę Aphricę catholicoꝝ Eccleſias clauſit, vniuerſãq̃ ſubſtantiã Epiſcoporũ catholicorũ & eccleſiarũ ſuis Arrhianis epiſcopis cõdonauit, neſciẽſq̃ qd loquereť, neq̃ de qbus affirmabat ꝓ ſe legem quã cõtra eos & oẽs hereticos ꝓ honore catholicę Eccleſię catholici iperatores ꝓ catholicis dederãt, eaq̃ cõtra catholicos nõ erubeſcebat ꝓponere, q̃ ꝓ catholicis fuerãt ordinata: addẽs multa de ſuo, ſicut placuit tyrãnicę poteſtati. Poſt dicta feralia iubet cũctos catholicos, q Carthagini fuerãt cõgregati: quorũ iã Eccleſias, domos, & ſubſtantiam (vt dictum eſt) cœperat in hoſpicijs in quib⁹ erant ſpoliari, & ſpoliatos extra muros ciuitatis expelli. non animal, non ſeruus, non mutanda quę ferebant veſtimenta dimittũtur. Addidit adhuc vt nullus quẽpiam ipſorum hoſpitio reciperet, aut eis victualia miniſtraret: qui autem miſerationis cauſa contra facere attentaſſet, cum vniuerſa domo irremediabiliter crematetur. Sapienter tamen ſic proiecti Epiſcopi tunc egerũt, nam licet mendicantes, tamen inde minime receſſerunt. Si eñ receſſiſſent & violenter reuocati fuiſſent, mẽtirentur heretici ipſos diſputationis fugiſſe conflictũ. Pręterea non habebant quo ſe reciperent recedentes, ipſorum Eccleſijs, domibus, & vniuerſis ſubſtantijs (vt pręmittitur) occupatis: dum ergo gementes in circuitu murorum ſub aere nudo iacerent, factum eſt vt rex cauſa ſolatij ciuitatem exiret, cui vniuerſi occurrunt dicentes, cur taliter affligimur? pro quibus malis cõmiſſis ita patimur? Si ad diſputationem ſumus congregati quare ſpoliamur? quare tranſducimur? quare differimur? & ſine Eccleſijs & domibus noſtris extra ciuitatem fame & nuditate laborantes medijs ſtercoribus volutamur. Quos rex impius toruis oculis aſpiciẽs priuſq̃ ſuggeſtionem eorũ audiſſet, iuſſit ſatellitibus qui ſecum erant ſuper eos equos dimitti, vt tali violentia poſſent non ſolum conteri: ſed etiam enecari: ex quibus multi contriti ſunt, & maxime ſenes, qui propter naturę debilitatem citius defecerunt. Et vt breuiter aſperitatem illius perſecutionis enarrem omnes illos Epiſcopos doloſe ad concilium vocatos, rex crudeliſſimus exiliauit, & varijs ſupplicijs afflixit. Et de alijs catholicis fere quinq̃ millia exilio condemnauit: & exiliatos varijs fecit interire ſupplicijs. Huius Zenonis imperatoris tempore Odoacer Ruthenus rex Italię, de quo ſupra facta eſt mentio, Philetheum regem Rugorum bello ſuperatum occidit. Rugoſq̃ deſtruxit, quibus exterminatis Longobardi Rugiam, id eſt Rugorum patriam inuaſerunt: quibus Longobardis Quintus Gudeoth tunc temporis imperabat. Et quia de Longobardis occurrit mentio: quorum hiſtoria eſt occulta, ideo ipſam inquantum poterimus declarabimus.

Catholici a Leone ſpoliantur.

Eporũ fideliũ exulantiũ conqueſtio & cõploratio.

Hic eqs militũ cõterũt & martyrizãt

Hic ꝑſcribuntur.

Origo Longobardoꝝ

¶Longobardi a longis barbis ſic vocati, Scandinariam inſulam Schytiæ primo incoluerunt, ibiq̃ intantum multiplicati ſunt, ꝙ eos dicta inſula capere non poterat. Communicato itaq̃ inter eos conſilio decreuerunt vt tertia pars ipſorum imminuẽdę multitudinis gratia inſulam egrediens ſedem ſibi alibi quæreteret, & qui exire deberent miſſis ſortibus conſuluerunt. Tertia itaq̃

pars ipsorum prout sortes dederant ducibus Agion & Ibot de Scãdinaria insu la egressi: de loco in locũ vagabundi vt incerti errãtes sępe bellis lacessiti, quia pro salute & libertate res erat, se potenter & viriliter defenderũt. Porro Agion & Ibor ducibus eorũ mortuis primus apud eos regnauit Agelimundus. xxxiij annis, qui dum icaute periculis se offerret ab Vngaris cum multis ex suis peremptus est. Lamisso regnauit secundus, sic dictus ꝙ a lama, id est aquę voragine sit extractus: mater em̃ eius septem pueros vno partu enixa, cum eos in piscinam proiecisset, & rex Agelimundus iter casu faciens eos hasta quam gestabat reuolueret. Iste postea Lamisso dictus hastam regis manu fortiter tenuit, ꝙ inde extractus & a rege studiose nutritus ad id virtutis peruenit, vt in regno regi succederet, & necem eius contra vulgares vindicaret. Tertius rex Longobardorũ fuit Lethu. Quartus Guideoch: quãto autẽ tempore hi regnauerũt nõ inueni. Quintus rex fuit Gindeoth. Sextus Claffon filius eius: sub quibus in Rugna. xl. annis habitauerunt. Tertio quoq; anno post ibidem habitare cœperũt cũ Adulpho Herculorũ rege pugnauerũt, ipsumq; occiderũt, & tũc Lõgobardorũ potẽtia creuit Tactonẽ Vuasto peremit, & ipse Buius regnauit. xl. ãnis filiũq; suũ Vualtoroth successorẽ reliquit, q nonꝰ. vij. ãnis regnauit. Decimus Andochyn regnauit. xvij. ãnis. Vndecimꝰ Albuinꝰ filiꝰ eiꝰ regnauit . xxxj. ãnis: videlicet. xxv. i Pãnonia, & sex in Italia. Duodecimꝰ Cleb regnauit duobꝰ ãnis. Post hũc Lõgobardi fuerũt sub ducibꝰ decem annis. Post hęc fecerunt sibi regem Auctari, quem ob dignitatem Flauiũ vocauerunt, a quo omnes deinceps Longobardorũ reges Flauij appellati sunt. Huic anni sex annotantur, &. xiij. rex Longobardorum fuit. xiiij. fuit Archilulphus, qui regnauit. xxv. annis. xv. fuit Adolealdus filius eius, qui regnauit. xiij. annis. xvj. Rocarith filius eius, qui regnauit quinq; annis. xvij. Aripeteth filius eiꝰ regnauit annis. ix. Huius filij scilicet Godobertus & Grimoaldus dux Thaurinorũ de regno contenderunt: sed Grimoaldus Godobertum dolo peremit, eiusq; regnum arripuit, regnauitq; annis. ix. Post hunc Pettarith frater Grimoaldi regnauit annis. xvij. & fuit. xxj. Vicesimus Comperth filius eius regnauit. xij. annis. xxj. filius eius Hyperth regnauit, cuius tempora non inueni: inueni tamen ꝙ tutorẽ habuit Asprandũ, quẽ Rogobertus dux Thaurineñ bello superauit, regnũq; arripuit, & regnauit anno vno, & fuit vicesimus secũdus. Vicesimus tertiꝰ Aripereth filiꝰ eius regnauit ãnis. ix. cũ quo dictꝰ Asprandꝰ bellauit: eoq; superato & in fluuiũ demerso regnũ recuperauit: regnauit. xiiij. annis tribꝰ mẽsibꝰ: quo mortuo Linthprandꝰ. xxv. regnauit ãnis. xxij. xxvj. Rascis filius eiꝰ regnauit ãnis. vij. quo monacho effecto Astulphus frater eiꝰ. xxvij. regnauit ãnis. vij. quo iudicio dei percusso Desideriꝰ filiꝰ eiꝰ. xxviij. regnauit annis. xviij. in quo regnũ Longobardorũ finitũ est sub Carolo Magno: quod durauit. ccc. lxxiiij. annis & tribus mensibus: exceptis quatuor regibꝰ: de quibus superius fit mentio: quãtum illi regnauerunt non inueni.

Lõgobardorũ reges. Agelimũdus primus rex Lõgobardorum. Lamissõ ab hasta dictꝰ septem pueri. Et vide hic prosequitur Longobardorũ historiã

Capitulum. XVI.

Huius imperatoris tpe Clodoueus primꝰ fuit rex Christianꝰ Francię. Pro quo sciendũ ꝙ Goudericꝰ rex Burgundiorũ habuit quatuor filios: scilicet Godobaldũ, Godegicillũ, Hylpericũ, & Godomatũ. Godobaldus quoq; Hylpericũ fratrẽ suũ interfecit gladio, vxorẽq; eius ad collũ ligato saxo in aquam

Clodoueꝰ Frãcus primꝰ christianus.

proijci fecit,& suffocari: filias quoq; eius duas: quarum senior vocabatur Trona mutata veste condemnauit exilio. Clotildem vero non multum honorifice domi retinuit. Hęc Clotildis copulata fuit dicto Clodoueo regi Francorū. Illa itaq; nocte nuptiali more insimul coniungi debebant. Ingressiq; iam erant

Clotildis hortatꝰ maritū ad fidem.

secreta cubiculi, Clotildis sic regem alloquitur. Domine mi rex, concedere digneris quod deprecor anteq̄ ancilla tua tibi societur. Cui rex ait. Postula quod vis. At illa. Peto vt in deum cœli patrem omnipotentem credas, qui te creauit: & in Iesum Christum regem regum qui te redemit: & in spiritum sanctū confirmatorem & illuminatorem iustorum omnium. Hāc maiestatem agnitam crede, & Idola varia derelinque, & Ecclesias sanctas quas succendisti restaura. Cui Clodoueus. Valde est difficile quod petis: vt scilicet deos meos derelinquam, & deum tuum colam. Factum est autem vt bellante Francorū exercitu cum Alemanis corruere cœpit Clodouei exercitꝰ. Tunc quidem Aurelianus nomine regem intuitus, ait. Domine mi rex crede in deum quem domina mea prędicat regina, & pręstabitur tibi victoria. Ille vero eleuatis oculis ad cœlum cōmotus in lachrymas ait. Iesu Christe quē regina mea prędicat esse filium dei, qui subuenis in tribulatione, & das consilium in te sperantibus, tuū deuotus postulo adiutorium: & si mihi victoriam super hostes dederis, & expertus fuero virtutem illam, quam de te populi prędicāt, credam tibi: & in nomine tuo baptizabor.

Clodoueꝰ vicit Alemanos & efficitur christianus.

¶ Cunq; hęc diceret Alemani in fugam lapsi tergū verterunt: & cum regem eorum viderent iteremptum Clodouei potestate se subdunt: qui terram eorum sub tributario iugo constituit: & sic habita victoria venit ad baptismum Clodoueus rex, pompis diaboli omnibus abnegatis: cui sanctus Remigius ore facūdo dixit. Meritis depone cola Sicamber. Adora quod incēdisti, & incende quod hactenus adorasti.

Ampula cœlitꝰ lapsá.

¶ Cunq; nō adesset qui chrisma afferre debuerat. ecce subito columba cœlitꝰ elapsa ampullam cum chrismate rostro detulit: de quo pōtifex regem in baptismo liniuit. Hęc ampulla in Ecclesia Remensi conseruatur: & de illo sancto chrismate reges Francię inungūtur. Longe anteq̄ essent reges in Francia, & longe ante Pharamundū fuit christiana fides in Francia: vt in Catalogo regum Francię euidenter apparet.

Clodoueus baptisma suscipit.

Cōstat enī ꝙ beatus Petrus Tholosanis, Marcialis Lemonicis. Graianus Turonis, Iulianus in partibus Cœnomañ, Paulꝰ in Narboneñ, Eutropius Xanctonensibus, Fronto in Petragoreñ, Hyro in Lingoneñ fidem prædicarūt. Nō est igr̄ credibile ꝙ tā gloriosissimi sancti grāde nō attulerint fructū fidei Christianę. Legitur etiā ꝙ tempore Sixti, qui. viij. summus pōtifex post Petrū intātū inualuit persecutio in Gallia contra Christianos, ꝙ Christianitas fuit ibi fere deleta, & ideo Christiani de partibꝰ Gallię supplicauerūt dicto Sixto. vt mittere dignaretur aliquē qui lucernā Christianitatis accēderet, qui Peregrinū Episcopum cum pluribus alijs transmisit: vnde fides christiana vigorē & incrementum suscepit.

¶ Capitulum. XVII.

Simplicius primus patria Thyburdius patre Casmo in cathedra Petri sedit annis. xv. mense vno, diebus. vij. & vacauit sedes diebus sex. Hic constituit vt nullus clericus inuestituram recipiat a laico: quod postea per Gregorium, aliosq; summos pōtifices extitit roboratum: vt patet. xvj. q. vij. per totū. Hic plures dedicauit Basilicas, & inter alias beatę Viuianæ iuxta

palacium Lucinianū,vbi corpus eius quiescit cum.iiij.millibus ducētis.liiij. martyribus absq paruulis & mulieribus.Hic fecit.v.regiones in vrbe.Primā apud sanctum Petrum.Secundam apud sanctum Paulum.Tertiam apud sanctum Laurentium.Quartam apum sanctum Ioannem.Quintam apud sanctam Mariam maiorem.Hoc tempore apparuit heresis Acephalorum,qui sine capite nominantur:quia author eorum non inuenitur.Impugnauerunt tamen Calcedonense concilium:de quo errore habetur.xxiij.q.vltima.Eodem tempore gentes:scilicet Gothi & Vandali multum vexauerunt orbem.Hoc etiam tempore Clodoueus Francorum rex.Aliquę tamen historię dicunt ꝙ tempore Anastasij imperatoris quod sequitur factum extitit:videlicet ꝙ cum Gothi,Arrhiani optimam partem Galliarum tenerent:dictus Clodoue⁹ contra Alaricum regem Gothorum,qui Pictauis morabatur animose processit: & cum magna pars exercitus iter faceret per territorium Turonense/pręcepit rex pro reuerentia beati Martini vt in dicto territorio nihil pęrter herbā acciperet ad equos sui exercitus sustentandos:diuertit etiam rex ad Ecclesiam beatissimi Martini cum muneribus multis:& equum suum quem multum diligebat obtulit.Appropinquante autē Clodoueo ad ciuitatē Pictauorū dum procul ab Ecclesia sancti Hilarij tentoria fixisset,ea nocte fax ignea ex Ecclesia visa est exiuisse,apparuitq super ipsa Clodouei tentoria,pręsagiēs Clodoueo auxilium a beato Hilario prouenturū.Pręcepit ergo rex exercitui suo:vt nec cibum nec quicq̄ studij,nec spolia de pago ipso reciperent: & ibi Clodoueus de Gothis plenam victoriam obtinuit.Deinde recedens Turonis redijt,muneraq beato Martino deuotus obtulit.Equum autem vt dictum est,quem ad ipsam Ecclesiā trāsmiserat,recipere voluit a Matricularijs Ecclesię supradictę,datis ꝓ eo cētū argēteis solidis,quib⁹ datis equus ille nullatenus se mouit. Aitq rex.Date illis alios centum solidos:quod cum dixisset statim equus solutus abijt ad nutum regis.Tunc cum lętitia rex ait.Vere beatus Martinus bonus est in auxilio:sed carus est in negocio.

Margin: Heresis Acephalorum. — Calcedonense cōciliū. — Gothi vincuntur a clodoueo.

¶Capitulum.XVIII.

Fœlix tertius natione Romanus cœpit anno.cccc.iiij.in cathedra Petri sedit annis octo,diebus.xvij.& cessauit sedes diebus.xxv.Hic damnauit Achatium eo ꝙ ad communionem receperat Petrum Alexandrinum Episcopum. Huius tempore floruerunt Theodorus presbyter in Græcia:& Ioannes Damascenus.Aliqui tamen dicunt ꝙ dictus Damascenus floruit post tempora beati Gregorij.Hic Damascenus existens Cancellarius imperatoris habebat vnum discipulum,qui in omnibus siue in modo scribendi,siue dictandi,siue docendi,suum imitabatur magistrum,qui conturbatus contra ipsum literas scripsit in persona magistri sui contra imperatorem inimicum eiusdem:quod cum ad imperatoris notitiam peruenisset vocatur Ioannes Damascenus,eiq fecit imperator amputari manum:quod patienter ferens iuit ad altare beatę Marię virginis:cuius deuotus erat,& deuote orans manum sibi restitui impetrauit.¶Circa hęc tempora Theodoric⁹ Gothorum rex.vt regnum stabiliret Clodouei regis Francię Andefledā filiā duxit in vxorē,& sororē Honorreo Vandalorum & filiarū suarū:alterā Alarico Visegothorū:alterā Gūdibato in matrimonium collocauit.Verūtamen non

Margin: Fœlix tertius papa. — Ioānes Damascenus. — Theodoricus Goth⁹.

multo post tempore Gothi in Gallias irrumpentes bonā Franciȩ partem occupauere,ruptis fœderibus cum Clodoueo rege.Quod cum animaduertisset rex Clodoueus Paternum ex suis prudentem virum ad Alaricum regem Gothorum legatum mittit,mandās vt mores Gothorū exploret,qui fortuna Gothum offendens manu virgam ferream gestare comperit,que ad percutiendū vel iaculandum idonea esset.Quem dolum animaduertens Paternus promissi regem admonet,qui dolum simulans ad Theodoricum Italiȩ regem cōtrouersiam referri sibi esse acceptum nunciat.Itaq̧ cum ad Theodoricum ventū esset cognita causa iubet Paterno vt in summam turrim ascenderet,hastamq̧ erectam teneret,Gothi vero tādiu nūmos ad hastā coniicerent,donec ad mucronem nūmis hasta tegeretur.Quod iudicium cum Gothis displicuisset Paternum iniuria affecerunt.Quibus irritatus Clodoueus aduersus Alaricū parat exercitum.Pugnatum est vtrinq̧ acerrimis viribus,inter pugnandum tamen Clodoueus Alaricum conspicatus,singulari certamine Gothum aggreditur.soluſq̧ soli congrediens deiectū solo Gothū enecat.In hac pugna multi cecidere,receptis insuper Aruernis Tholosaribus cȩteras vrbes,quas Gothi prȩsidio tenebant,adoritur:dereptisq̧ ciuitatibus Francorum prȩsidium posuit.Demum rebus bene gestis Clodoueus post acceptam fidem cum Francorum regnum.xxx.annos peroptime moderatus esset,relictis quatuor liberis vita functus est,sepultusq̧ apud ȩdem sancti Petri,quam miro sumptu apud ciuitatem Parisiensem ȩdificauerat.Additumq̧ tumulo hoc sequens carmen. Diues opū,virtute potens,clarusq̧ triūpho,Condidit hanc sedem rex Clodoueus:& idem.Patricius magno sublimis fulsit honore:Plenus amore dei contempsit credere nulli Lumina qui varijs horrent portenta figuris.Mox purgatus aquis,& Christi fonte renatus,Fragrātem gessit infuso chrismate crinem: Exemplūq̧ dedit quod plurima turba Gētilis populi,spte toq̧ errore suorum Doctorem cultura deum,verumq̧ parentem:His fœlix meritis superauit gesta priorum.Semper consilio castris bellisq̧ tremendus:Hortatu dux ipse bonus,ac pectore fortis.Constructas acies firmauit in ordine primus.

> Alaric⁹ necatur
>
> Clodoue⁹ moritur.
>
> Epitaphium Clodouei.

¶Capitulum.XIX.

ANastasius accepit Romanā imperij monarchiā anno.cccccc. & ab vrbe cōdita.M.cc.lv.ab initio vero mundi.M.cccc.lxij Hic imperator ab Achario Constantinopolitaneñ Episcopo corruptus Arrhianus est effectus deo & hominibus odibilis,male vixit & male perijt.Heresim istius imperatoris Hormista papa per singulas ciuitates imperij Constantinopolitañ mandauit publicari:ad cōmouendum populū contra eum.Imperator vero papȩ scripsit.Nos qui sumus imperator,iubere volumus:nō autem nobis iuberi.& parum post dictam scripturā iusto dei iudicio fulmine ictus interijt.

> Anastasius imperator heretic⁹ Arrhianus.
>
> Anastasij violēta mors

¶Cap̄.XX.Gelasius papa erga fidem catholicam optime se habuit,& Prȩfationem Missȩ composuit.

GElasius primus natione Apher coepit anno.cccccc.xiij.in cathedra Petri seditannis.iiij.mensibus octo,diebus.xxviij.& vacauit sedes diebus.vij.Hic Manicheos de Roma expulit,& ipsorū codices condemnauit.Hic Psalterium/Hymnos/Tractus/Orationes sicut Ambrosius fecit,Prȩfationem missȩ composuit.Ve=

> Gelasi⁹ papa.

re dignum & iuſtum eſt, in quotidiano vſu inſtituit, & libros in Eccleſia auctẽtice declarauit, & qui ſunt ab Eccleſia recipiendi & tanq̄ Apocryphi ſuſtinendi diſtinxit: habetur. xv. di. c. ſancta Romana. Hic imperatorem excommunicauit, ſiue oſtendit excommunicare poſſe exemplo aliorum pontificum: vt patet di. xc. &. vj. di. c. duos motus forte quia fouebat Achatio: & Petro Alexādrino Arrhianis. in quo caſu ſummi pontifices non poſſunt eſſe nimis audaces: vbi de fide agitur. ¶ Hoc tempore Barnabas Apoſtolus reuelauit corpꝰ ſuum: quod cum Euangelio Mattheꝗ Hebraice ſcripto inuenitur in manibꝰ.

¶ Hoc etiam tempore in monte Gargano apparitio ſancti Michaelis facta eſt. Miror hoc loco Platinam dixiſſe Theodoricū regem Italiꝗ aduerſus Clodoueum regem Francorum bellum ſuſcepiſſe, cum controuerſiꝗ diffinitio ab ipſo Theodorico dictata ſit aduerſum Gothos, cuius mentionem ſuperius fecimus: ſed eū credo allucinatū. Nā cū natione fuerit Italus Frācos ob inuictā virtutem, vt moris eſt, odio ſemper habuit.

Apparitio Michaelis ī monte Gargano.

¶ Capitulum. XXI.

Anaſtaſius ſecundus papa.

ANaſtaſius ſecundus natione Romanus patre Fortunato cœpit anno. cccccxviij. in cathedra Petri ſedit anno vno, menſibus. xj. diebus. xxij. & vacauit ſedes. xxiiij. ¶ Hic conſtituit ꝙ nullus clericus pꝗtermittat officium ſuum ira vel rancore pꝗter miſſam. Hic excommunicauit Anaſtaſium imperatorem ex eadem cauſa qua ſupra Gelaſius fecerat: videlicet quia fauebat Achatio: de Achatio eſt vnum. c. xxiiij. q. j. c. Achatius: vbi dicitur ꝙ Gelaſius pꝗdictus damnauit Achatium quaſi noui erroris imitatorem: videlicet Neſtorij hꝗretici, qui tandem ab Achatio fuit ſeductus: de hoc habetur di. xix. c. Anaſtaſius. quā ob rem totum clerum a ſe alienauit, quia cōmunicauerat Achatio: & quia eundem reſtituere voluit diuino iudicio inteſtina egerendo mortuus eſt. Ferunt apud Carthaginem Olympium quendam Arrhianum Epiſcopum ſanctam Trinitatem publice in balneis deteſtantem tribus fulminibus ictum concidiſſe, eiuſꝗ cadauer omnino exuſtum fuiſſe. Quidam etiam Barbas nomine Arrhianus Epiſcopus cum baptizare quēpiā vellet his verbis. Baptizat te Barbas in nomine patris per filiū in ſpiritu ſancto, ſtatim aqua diſparuit: quo miraculo commotus qui baptizandus erat, cōfeſtim ad Chriſtianos tranſijt. Claruit hoc tēpore Fulgentius natione Apher Rupenſis Epiſcopus, qui dum ob catholicam in exiliū miſſus eſſet, nihil omiſit quod ad fidem tuendam pertineret.

Anaſtaſius imperator excommunicatur.

Miraculum.

¶ Capitulum. XXII.

Simachus.

SImachus natione Sardus cœpit anno. ccccc. xx. in cathedra Petri ſedit annis. xv. menſibus. vij. diebus. xxxj. & vacauit ſedes diebus ſeptem. Hunc quoꝗ hiſtoriꝗ ſcribunt virū fuiſſe virtuoſum, amatorem cleri & pauperum, bonum, prudētem, humanum, gratioſum. Hic fuit in diſcordia electus, fuit quidem electus in Eccleſia Conſtantiniana, ab aliqua parte Cardinalium & cleri: ſed cum vnus alteri non cederet conſtituerunt vt lis cœpta iudicio regis Theodorici qui plene dominabatur in Italia determinaretur, qui tandem ordinauit ꝙ Simachus remaneret: & Laurentius in ciuitate Nicena factus eſt Epiſcopus. Hic pontifex perfecit Gloria in excelſis, poſt verba Angeli: & cantari ordinauit diebꝰ dominicis, & in ſanctorum Natalicijs. Quꝗdā

autem Chronicę referunt q̄ post quatuor annos iterato amici Laurentij suscitauerunt turbationem in clero & populo oponentes Simacho crimina: de quibus agitur.ij.q.vij.c.nos si competentes. Paragrapho vltimo. propter quā causam aliqui de clero & populo separauerunt se a Simacho,& tunc ad petitionem eius Theodoricus rex Gothorum & dominus in Italia congregauit concilium.c.xv.Episcoporum: vt patet di.xvij.c,concilia. §. hinc est. In quo concilio Simacho restituto in sede sua Petrum quendam Altinam damnauerunt, quia inuentus est crimina Simacho falso imposuisse. Restitutus igitur clerum & populum qui se ab ipso separauerunt, grauiter reprehendit, quia ante sententiam latam contra eum recesserunt: vt patet. viij.q.iiij. vbi sic lex Ecclesiastica pontificem ab alijs accusatum prohibet non relinqui nisi sub luce obiecta constiterint.

Capitulum.XXIII.

Theodoricus Clodomirus Clotarius Childebertus filij Clodouei.

DEfuncto Clodoueo filij quos quatuor ex Crotilde susceperat ęquo iure concordiq; animo diuiserunt: Theodoricus Mettēses, Clodomirus Aurelianum, Clotarius Suessionem, Childebertus Parisios obtinuit. Hi omnes cum se mutua amicitia colerent facile de hostibus triumphabāt: interim Dani agros Mettenses inuadunt, non sine magno incolarum damno prędas exercentes. Quod cum didicisset Theodoricus Theobertum cum valida manu in Danos mittit. qui prelio commisso cum se superatos cernerent, terga vertunt in seruitutem multis eorum addictis. hac de Danis parta victoria statim Burgundis bellum indicunt, quo & Crotildis iniuriam vlciscerentur, & Burgundia (quam ad se pertinere causabantur) potirētur. Pugnatū est vtrinq;

Sigismundus capitur.

victus tamen Sigismundus qui Burgundis pręerat in fuga capitur: quem in altissimum puteum deijci iussit Clodomirus: hinc tamen aduersa fortuna successit. Nam cum Gondeuallus post mortem Sigismundi Burgundiā sibi vendicaret: instructis copijs Gondeuallum bello adoritur Clodomirus. Sed dum longe a suis hostem persequitur, circūuentus a multis iaculis occisus est. Nihil tamen segniter agentes Franci ruunt in hostes, factaq; multa strage vrbes

Almaricus occiditur.

eorum incendunt ac depopulantur. Non multo post tempore Almaricus Gothorum rex in viribus spem reponens cum aduersus Childebertum Parisiorū regem parasset exercitum a Franco lancea cōfossus interijt. Quo cognito Gothos incredibili clade Franci affecerunt: tamdiuq; sunt hostes persecuti, donec Toletum vrbem munitissimam vi recipissent. Sunt & alia perpulchra facinora: sed satis ample ab alijs descripta pretermitto,

Capitulum,XXIIII.

Hormisda primus papa. Boetius & Simachus iussu Theodorici necant.

HOrmisda primus natione Campanus cœpit anno domini.ccccc.xxxvij. in cathedra Petri sedit annis.ix.diebus.xvj. Hic reconciliauit Græcorum Ecclesiam, quę sub anathemate erat propter Petrum Alexandrinum & Achatium Constantinopolitanen Episcopum corruptum. Huius pontificis tempore Theodoricus Gothorum rex impius Boetium de fide catholica benemeritum exilio damnat ob animi constantiam: deinde ab eodem reuocatus cum Simacho consule Boetij socero iussu regis iniquissimi necatur. Hic Hormisda Eutichianos iam improbatos damnauit: Ioannes etiā Cōstātinopolitanus Episcopus literis & nuncijs adhortatus cū parere nollet

fulmine ictus interijt ſuę impietatis pœnas luens.

¶Capitulum. XXV.

IVſtinus iunior quinquageſimus ſuſcepit imperium,& imperauit annis decem. Hic fuit fide catholica plenus, omneſq; actus Anaſtaſij imperatoris condemnauit: ſummumq; pontificem Hormiſdam qui adhuc viuebat per legatos deuote requiſiuit, offerens ſe ſuis velle obedire mandatis, quod & factū extitit: ad hunc venerabilis pontifex Hormiſda legatos mittit Germanum Capuanum Epiſcopum,& Ioannem Blandunum, quo ſuis ſedibus reſtitueret Epiſcopos pro fide catholica ab Anaſtaſio damnatos exilio. Floruit & hoc tempore Brigida virgo in Scotia miraculis multis coruſcans.

Iuſtinꝰ imperator catholicꝰ.

¶Capitulum. XXVI.

IOannes natione Tuſcus cœpit anno domini.ccccc.xlvij. primus in cathedra Petri ſedit annis.iij. menſibus octo, diebus xviij. Hic per Theodoricum regem hęreſi Arrhiana corruptum in Italia dominantem ſqualore duri carceris fuit interfectus. Theodoricus vero infra paucos dies mala morte perijt. Apoplexia etenim percuſſus Theodoricus infœliciter obijt, eiuſq; anima (vt quidam vir æremiticę vitę cultor fideliſſime retulit) a dæmonibus rapta in ignem demerſa eſt. Gregorius in dialogo narrat huius Theodorici animam a Ioanne pontifice & Simacho viro conſulari, quos ob catholicę fidei confeſſionem necauerat alligatam, atq; in monte Aetna, qui in Sicilia viſitur proiectam. Tempore huiꝰ florere incœpit beatus Benedictus, & in Hiſpania floruit Apringius Pateñ Epiſcopus, qui inter alia quodā ſubtili ſenſu atq; illuſtri ſermone vltra modum doctorum veterum Apocalypſim eſt interpretatus. Tempore huius pontificis rex Thuringorum per regē Frācię in bello fuit deuictus, at rex Frācorum totam Thuringiā ſibi ſubiugauit.

Ioānes papa.

Theodoricus morit.

¶Capitulum. XXVII.

IVſtinianus Romanorum ſuſcepit imperium,& cœpit anno domini.ccccc.xlij.& ab vrbe condita.M.cc.xcij. ab initio mūdi.iiij.M.ccccc.iiij.& imperauit annis.xxviij. Hic ſuum dilatauit imperiū,& leges ciuiles, quę Romanę dicuntur, quarum erat nimia prolixitas admirabili breuitate correxit,& ad.xij. libros coartauit,& de omnibꝰ vnū codicem ordinauit, quem Iuſtinianum appellari voluit. Fecit etiam librum Inſtitutionum, quem in quatuor diſtinxit libros, in quibus legum primordia continentur. Nouas quoq; leges quas ipſe fecerat in vnum volumen redactas Nouellas vocari voluit, quę cōmuniter auctenticæ appellantur,& ſūt per collationes diſtinctę. Omnium etiam magiſtratuum & iudicijs ſeu iuris conſultorum leges, quarum duo millia librorum eſſe dicebantur abbreuiare fecit,& ad numerum.L. librorum redegit: ipſum librum digeſtorum ſeu pādectarum vocari mādauit: quibꝰ legibꝰ hodie totus mūdus ordinatur & regitur. In iſto principe cucurrerūnt potentia / ſapientia / & diuinus cultus, per potentiam hoſtes ſuperauit / per ſapientiam mundum iuſtis legibus ordinauit / per diuinum cultum deum & eccleſiam ędificijs & alijs operibꝰ honorauit. Hic de Perſis & Vandalis triumphauit: quorum gentem in Aphricā traijciens idem dux pręſtantis animi & ſingularis virtutis, ac prope deleuit, capto eorum rege Geliſmero & in triumphum ducto.

Iuſtinianus imperator iuris ciuilis inſtaurator.

¶Capitulum. XXVIII.

Fœlix quartus papa.

FOelix quartus natione Sabinus cœpit anno domini.ccccc.lj. in cathedra Petri sedit annis quatuor, mensibus tribus, diebus tredecim: & vacauit sedes mēse vno, dieb9 quindecim. ¶ Hic constituit vt infirmi ante transitum oleo sancto vngerentur, sed certe ista constitutio fuit primo facta p Christū, & postea disposita per Apostolos, cum enim extrema vnctio sit sacramentum teste Magistro in quarto, & alijs sacrę paginę doctoribus. Omnia autem sacramenta fuerūt instituta per Christum, vt Augustinus & Ambrosius dicunt: constat extremam vnctionem a Christo deo institutam. Huius pontificis tempore Childebertus & Clotarius filij regis Francorum Hispaniā vastantes Cęsaraugustam ciuitatem obsederunt, & ciues prędictę vrbis cum tunica sancti Vincentij honorabilem Ecclesiam Parisieñ construxit, quę hodie dicitur sancti Germani de pratis, in qua tunicam posuit. Tempore dicti pontificis Gilmer Parthineus rex Vandalolorū regnauit in Aphrica, qui multis Episcopis linguas scindi fecit: vt refert Iustinus in libro Dialogornm.

Childebertus.

Gilmer impius rex Vādalorū.

¶ Capitulum. XXIX.

Bonifacius secundus.

BOnifacius secundus natione Romanus cœpit anno domini ccccc. lviij. in cathedra Petri sedit annis duobus, mensib9 duobus, diebus. xxvj. & vacauit sedes diebus sex. Hic constituit vt clerici sint diuisi a laicis in cebebratione missę. Hic fuit electus cū Dioscoro in discordia, Dioscorus in Basilica Constātiniana, Bonifaci9 in Basilica Iulia seu sācti Petri: fuitq discordia in clero, populo, senatu diebus. xxviij. sed mortuo tunc Dioscoro cū amaritudine condemnauit, clerumq reconciliauit. Hic constituit vt electio papæ post tres dies a morte eius ꝓpter periculum fidei debeat fieri: vt habetur. lxix. di. c. nullus. Hic constituit vt nullus Episcopus successorem possit relinquere: quod multi sequentes pontifices confirmauerunt: vt Grego. habetur. ij. q. j. in primis circa mediū. Huius pontificis tpe floruit beat9 Benedictus: cui9 claritas & virtuosorum actuum plenitudo, atq perfectio ptimo in monte Cassino euidenter appatuit, & q̄uis vbiq fuerit virtuosus & admirabilis, vt in sublacu qui ab vrbe Romana. xl. millibus distat, & multis alijs locis (vt beat9 Gregorius in Dialogo plene declarat) cum apud montem Cassinum actus sui fuerunt magisq mirifici: qui gloriosus sanctus Benedictus regulam scripsit plenam omnibus documentis quibus vita spiritualis & contemplatiua perficitur, & temporalibus bonis rationabiliter sustentatur. Hoc tempore beat9 Benedictus cœpit multiplicari in monachis, & monasterijs clarere: vnde nobiles illius regionis vsq Romam cum gratia magna habebant filios suos educari per talem patrem, & in moribus instrui. Vnde eodem tempore duo eius discipuli flotuerunt, Maurus & Placidus nobiles Romani, ambo viri maximę sanctitatis: quorum vnus scilicet Maurus missus in Galliam ibidem miraculis claruit: Placidus vero missus in Ciciliam ibidem quieuit. Eodem tempore floruit Cassiodorus, qui ptimum consul posteā senator fuit. Deinde fact9 est monachus in vrbe Romana. Hic plura opuscula ad instructionem catholicę fidei fecit. Eodem tempore fuerunt duo fratres vterini Medardus scilicet & Goldardus, eodem die nati, eodem die pontifices ordinati. Medardus in Ecclesia Nouioneñ. Goldardus in Rothomageñ, eodem die absoluti fuerunt a seculo

Sanct9 Benedictus.

assumpti a Christo.

Capitulum.XXX.

IOannes secundus natione Romanus cœpit anno dñi.cccc. Ioãnes
lxv.in cathedra Petri sedit annis tribus,mensibus quatuor, secũdus
diebus sex:& vacauit sedes diebus septem.Hic Iustiniano im
peratori Epistolas destinauit,quę Epistolę maturę sunt,& põ
dus magnum important:de quibus fit mentio in principio co
dicis.Hic pontifex cum Iustiniano imperatore magnã con=
certationem habuit sciscitante imperatore,an in Christo vna vel duæ naturæ
essent:& quia Papa fidelissimis documentis duas in Christo naturas esse pro=
bauit,ideo imperator dixit.Aut consentis nobis,aut te faciam in exilium de=
portari.Huic papa gaudenter dixit.Ego ad Iustinianũ imperatorem christia
nissimnm venire desideraui:sed vt video Diocletianum persecutorem inueni,
tamen minas tuas in nullo timeo.Dictus imperator his auditis humiliauit se
sedi Apostolicę,seq; in terram prostrauit ante summum pontificem.

Capitulum.XXXI.

CHildeberto sine liberis excedente regnum Francorum assum Clota=
psit Clotarius Childeberti frater,in cuius sortem Suessionẽs rius rex
se solũ olim venerat:huius accessione non modicũ incremẽtũ
regnum Francorum accepit.Verum prosperitati successit ad
uersitas.Cramius enim eius filius dolum sub pectore in patrẽ
seruans,ad Conobaldum Acquitanię regem concessit,quem
patris inimicum tunc sciebat:insuper & patrem bello ꝑmere nitens vt rex
esset,ipse vario rerum euentu adoritur.Sed cum Francorum cognosceret ani=
mositatem Conobaldus suosq; in fugam versos videret,sacellum beati Marti Cono=
ni fugiens ingressus est.A qua cum non posset quibuscunq; etiam pollicitatio baldus
nibus auelli ipse cum sacello igne crematus est.Hoc tamen sacellum instaura a Fran=
ri postea mãdauit rex.Interea cum cerneret Cramius se patris viribus inferio= cis com
rem ad Britonum comitem Senabutum se contulit,sperans numero militum buritur.
quos ex Britannia asciuerat,patrem superari posse.Ordinantur itaq; ex vtraq; Cramiꝰ
parte milites,mox prælium atrox insequitur,dubia vtrisq; victorię spes,implo bellũ pa
ranti tamen Clotario dei auxilium quem sciebat olim de Absalone pro Dauid tri Clo=
fecisse iudicium,victoria prospera succurrit.Nam & captus cum vxore & libe tario in
ris Cramius igni iussu regis crematus est.Facta igitur de Cramio vltione rex tulit.
in Franciam reuersus est.Deinde cum apud Cœnomaniã venationi nimis in= Cramiꝰ
cumberet bubalum quẽdam canibus insequitur,qui dum capiendus foret ad cũ vxo=
sanctum Carilephum syluarum tunc incolam accessit quasi refugium petitu re& libe
rus:hunc igitur venatores insequuntur,nihil tamen ob sanctum virũ ausi in= ris exu=
ferre molestię,regem adeunt,rem nunciantes:viso itaq; miraculo nequaq̃ terri titur.
tus rex flammato corde sanctum virum adit,durissime eum inctepans ꝙ ve=
natione sua fraude impediuisset,loco insup interdicens pręcepit vt hinc abiret
hęc vbi dicta,regressum parat rex,insessumq; equum calcaribus vrget:immo
bilis tamen permanens tã diu stetit donec a sancto viro lachrymis veniam ab=
eundi obtinuisset.Regresso igitur in Francia dum iterum venationi intende=
ret,postq̃ vnum & quinquaginta annos imperasset morbum contraxit,quo & Clotari
mortuus est.Hunc referunt Historiographi libidini fuisse obnoxium vxoresq; us mori
tres habuisse,ex quibus mares septẽ & filias duas suscepit.Aregundẽ insuper tur.

vxoris suę sororem in matrimonium sibi asciuisse, virũ etiã illustrẽ Galterũ ex familiaribus aulicis quorũdam simultate die Veneris Parasceue interimit.

Radegundis religionem pfessa.

Huius Clotarij vxor fuit Radegundis, quę per viri assensum religionem professa cœlitibus meruit ascribi. Hoc etiam tempore gens Anglorum a Franca muliere fidem vnius diei didicerunt.

Pestis Italiam vexat.

Miserabilis pestilentia his temporibus Italiam vexauit. in Gallia mons etiam mons super Rhodanum fluuium multis diebus dans mugitũ, tandem ab alio mõte Biemo discussus cũ Ecclesijs & domibus/& hominibus & bestijs in Rhodanum præcipitatus est.

¶Capitulum.XXXII.

Agapitus primus.

Agapitus prim9 natione Romanus cœpit anno domini.ccccc.lxv. in cathedra Petri sedit mensibus.xj.diebus sex. Hic Antonium Episcopum Constantinopolitanum inueniens Euticiana hæresi pollutum excõmunicauit:& quẽdam nomine Aiennem ei substituit. Hic cõstituit processiones fieri diebus dominicis,& cum in pręcedentibus habitus fuerit sermo de multis miradis factis per deum in dominico die & dietim tam de die q̃ de alijs in vsuali locutione habetur mentio, puto ęquum indagare quid est dies: demũ quando inchoatur, tãdemq; dies vnde nominatur: quoniã dies est pręsentia Solis siue Sol super terras: sicut & nox est cum Sol est sub terris.

Dies q̄ hora incipit.

Et est dies quidẽ horarum.xxiiij. vocatur autem dies a parte meliori: vnde & in vsu est vt sine cõmemoratione noctis numerum dicamus dierum: sicut & in lege diuina scriptũ est. Factũ est vespere & mane dies vn9. Dies scd̃m Aegyptios inchoat ab occasu Solis: scd̃m Persas ab ortu Solis: scd̃m Athenienses a sexta hora diei: scd̃m Romanos a media nocte: vnde & tunc gallicinium est, quorũ vox diei ostendit pręconium. Dies dicti a dijs quorum nomina Romani quibusdã sideribus sacrauerunt. Primum eñ diem a Sole appellauerunt, qui princeps est omnium siderum, sicut & idem dies est caput omnium dierum. Secundum a Luna, quę Soli & splendori proxima est:& ex eo mutuat lumen. Tertium est a stella Martis, quę vesper vocatur. Quartum a stella Nercurij, quam quidam circulum candidum dicunt. Quintum a stella Iouis, quam Phaetonem aiũt. Sextum a Veneris stella, quam Lucifer asserunt, quia inter omnia sidera plus lucis habet. Septimum a stella Saturni, quę septimo cœlo locata.xxx.annis fertur explere cursum suum. Proinde autem his ex septem stellis nomina dierum gentiles dederunt, eo q̧ per eosdem aliquid sibi effici existimarent dicentes habere a Sole spiritum, a Luna corpus, a Mercurio ingenium,& a Venere voluptatem, a Marte sanguinem, a Ioue temperantiam, a Saturno humorem: talis quippe extitit gentilium stultitia, qui sibi finxerãt tam ridiculosa figmenta.

De nominib9 dierũ secũdum Hebręos & gẽtiles.

Apud Hebręos autem dies prima vna Sabbati dicitur qui apud nos dominic9 est dies, quem gentiles Soli dedicauerunt. Secunda sabbati secunda feria, quem seculares diem Lunę vocant. Tertia sabbati tertia feria, quem diem Martis vocãt. Quarta sabbati quarta feria, quę Mercurij dies dicitur a Paganis. Quinta sabbati quinta feria, qui apud Gentiles Iouis vocatur. Sexta sabbati sexta feria qui apud eosdem Paganos Veneris nominatur. Sabbatum autem septimus a dominico die quem Saturno dedicauerunt,& Saturnum nominauerunt. Sabbatum autem ex hebręo in latinũ requies interpretatur, eo q̧ deus in eo ab omnibus suis requieuit operib9. Melius autẽ in vocabulis dierũ de ore Christiani

tatis loquendi ecclesiasticus procedit, tamen si quid forte consuetudo traxerit: nec illud exeat ex ore quod improbat corde intelligat omnes illos: de quorum rationibus appositi sunt hi dies, homines fuisse & propter beneficia quędam moralia, qui plurimum potuerunt & emicuerunt in hoc seculo, delati sunt eis ab amatoribus suis diuini honotes & in sideribus: sed primum a nominib⁹ hominum sidera nuncupata & a sideribus dies sunt nuncupati.

¶Capitulum. XXXIII.

Siluerius primus natione Campanus electus est anno domini. ccccc. lxvij. i cathedra Petri sedit ānis trib⁹, mēsib⁹. v. diebus. xj. Hic per Deodatum regem Gothorū corruptum pecunia leuatus est in summum pontificem. At Theodatus minas mortis clero & populo intulit, nisi in eius electionem conuenirent. Hic cum Antonium ab Agapito excōmunicatum & damnatum reuocare vellet procurante Theodora imperatrice depositus est & monachus factus: hoc procurante & tractante Vigilio qui papatum ambiebat. Cuius inductione imperatrix scripsit Bellisario paterno Romano, vt inuenta occasione Siluerium papam exularet, Vigiliumq pōtificem cōstitueret: tunc Bellisarius dicit. Ego quidem voluntati principum contraire nō audeo & q̄uis inuitus volūtatem implebo, sed huius machinator sceleris veri dei non effugiet iudicium cuncta cernentis. Et cū inter Gothos & Romanos immensum tunc foret odium propter infinita mala quę dicta gens Barbara Romanis intulerat, imposuerunt Siluerio summo pontifici q Romam in manibus Gothorū tradere voluisset: cuius iniquę impositionis pretextu fuit prędictus pontifex relegatus. Eo tempore facta est fames in Italia, sed pręcipue in Liguria, quę tāta fuit (vt Paulus diaconus Cardinalis scribit) q plures matres infœlicium natorum membra comederunt. Eodem tempore apparuit quędam stella, quę ex aduerso veniens Lunam intrauit: tunc quędam vuę ex arbore quę sambucus vocatur, natę sunt. Grauis etiā eodem tempote ac solito asperior hyems fuit, ita vt torrētes & flumina congelata solidū itet hoībus pręberent, & aues frigore cōsternatę fameq absq vllo hominū ingenio capiebātur.

Siluerius papa pecunia eligitur.

Siluerius i exilio agitur.

Fames i Italia.

Hyems aspera.

¶Capitulum. XXXIIII.

Vigilius primus natione Romanus in cathedra Petri sedit annis. xvij. mensibus sex, diebus. xxvj. Hic licet papatum fraudulenter accepisset: tamen pœnituit & pro fide multas iniurias passus est. Nam ipsum Theodora Augusta quemadmodum prędecessorem suum Siluerium exulauerat: sic & istum Vigiliū pro eo quia Athenium Patriarcham Cōstantinopolitan ad preces ipsius Theodorę reuocare noluit relegauit. Huius tēpore quinta Synodus Constantinopoli celebrata fuit: vt expresse legitur. xvj. di. c. sexta & quinta: in quo interfuerunt centum sexagintaquinq Episcop: & de his quae fuerunt in dicto concilio ordinata, dictus imperator quandam destinauit per vniuersum orbem Epistolam, in qua confitetur concilium Nicenum, Constātinopolitanū / Ephesinum / Calcedoneñ. primo confitetur concilium Nicenū in quo interfuerunt. ccc. xviij. Episcopi celebratum sub principe Constantino, & damnat Arrhium: eiusdemq impietates asserentem filium non esse consubstantialem patri. Secundo confitetur concilium Constanpolitanū celebra

Vigili⁹ primus papa.

Synod⁹ Cōstantinopolit.

tum sub Theodosio seniore,& damnat Macedoniũ negantē deitatem spiritus sancti.Recitat hęresim damnatā Apollinaris,qui verbū dei humanū sensum dicebat non recepisse,sed vnicum solū animę intellectiuę.Has duas ibi detestatur dictus princeps hęreses,confitendo ꝙ spiritus sanctus est deus:& consubstantialis patri & filio,& ꝙ oia quę deus in nostra natura plantauit assumpsit dei filius carnem videlicet sensitiuam,& animę rationali vnitam. Tertio confitetur concilium Ephesinum celebratum contra Nestorium,& eius impietates asserentem alium dei verbum:& alium Christum. Hunc quidem natura fidelium dei patris,illum solum gratia filiū,& sic alium filiū de altero filio hominis prędicauit.Hic etiam beatam virginem non dei sed hominis asseruit tātūmodo genitricem.Confitetur etiam conciliū Calcedoneñ,in quo cōdemnatus est Anticeps,qui carnem Christi cōsubstantialem esse nobis negabat id est eiusdem generis cū nostra,asserens ꝙ verā diuinam carnē cœlestem assumpserat,pro eo ꝙ in plęrisꝙ passibus huius libri fit mentio de concilijs,& etiam

Cōciliū ꝗd est. Gñale cōsiliū: Prouinciale cōcilium. de constitutionibus olim factis per summos pontifices,Ideo est sciēdum ꝙ cōciliorum alia sunt generalia:alia prouincialia.Generalia dicuntur quę generali concilio scilicet in pręsentia domini papę vel eius legati vicem eius gerentis conuocatis generaliter Episcopis cęterisꝙ pręlatis celebrantur.Prouincialia dicuntur quę celebrantur a primate siue quę ab archiepiscopo pro aliquo,conuocatis ad hoc suffraganeis tm̄,qui in prouincijs suis sunt in generali canones editi ad omnes Ecclesias vim suam vniuersaliter extendunt,& qui eos nō obseruant pro transgressoribus habentur,ꝙ autem canones qui in prouincialib⁹ editi sunt concilijs prouinciam non egrediuntur,nec alios coercent nisi qui iurisdictioni illorum Episcoporū prouincialiū subditi sunt:inde est ꝙ etiam canones alij generales in concilio prouinciali,vel Synodo promulgati.Item est attendendum quem locum & situm in decisione causarum ecclesiasticarum tenent concilia generalia:pro quo dicitur ꝙ primum locum obtinent præcepta Euangelica & dicta apostolica:deinde quatuor dicta consilia:tertio reliqua decreta & decretales:quarto loco succedūt verba sanctorum patrum scđm Augustinum/Ambro.Grego.Hiero.& aliorum.

De dña iter cōsiliū & ꝑceptum. Circa constitutiones ecclesiasticas dicitur ꝙ quadrifarię reperiuntur:quædam scđm cōcilium:quędam scđm præceptum:quædam scđm promissionem vel indulgentiam:quædam scđm prohibitionem.Ista quatuor genera hominum respiciunt:quorum quidā sunt perfecti:quidam perficiendi:quidam infirmi:& quidam reprobi:quę conciliū continent data sunt perfectis:quę præceptum perficiendis,quę promissionem infirmis:quæ prohibitionem reprobis.Concilium est omnia vendere & dare pauperibus:præceptum est deum diligere:permissio est nubere:prohibitio est non occidere,non mœchari.Concilium pœnam non intendit,sed pręmiū promittit:permissio non promittit pręmium,sed impendit remediū:duo sunt in necessitate,duo in voluntate:si em̄ volueris nec concilio acquiesces,nec permissionem suscipies præcepto & prohibitioni impune resistes.Nunc ad incœptum redeamus.

Theophil⁹ho magiū diabolo fecit. Hic pontifex missam constituit celebrari in Ecclesia in parte orientali.Hoc tempore Theophilus archidiaconus in Sicilia cupiens promoueri diabolo fecit homagium.Cum autem quod cupiebat habere pœnitēs fleuit:cui beata Virgo gratiam recuperauit.Rex Totilla Benedictū iuniorem eo tempore pro Christo persequens in clibanum ardētē proiecit:qui die altero

vestibus illęsis exiuit. Eo etiam tempore viguit magna pestis Cōstantinopo-
li. Hypapanti domini sumpsit exordiū vt celebraretur secunda die Februarij.
In oriente quidam puer Iudęorum a coętaneis suis Christianis ductus ad Ec- Miraculum.
clesiam vt cōmunicaret, cōmunicauit, quem pater eius propter hoc in ardentē
fornacem proiecit, de qua illęsus extractus dixit. Mulier illa in Ecclesia depi-
cta quę puerum tenet, pallio suo flammas ignis ventilabat.

¶Capitulum. XXXV.

APud Frācos regnū hoc tpe accepit Aribertus qui Theriber- Aribertus siue
tus dictus est: huic tres fuere fratres: Gōtrannus, Sigibertꝰ, & Theribertus.
Chilpericus. Hi omnes qđ cuiq; regni obtigit id maxime ha-
buit: nam Aribertus cū esset primogenitus Parisiū obtinuit: Gōtrānꝰ, Sigibertus,
Gontrannus Aureliū: Sigibertus Mettenses: Chilpericꝰ ve- Chilpericus.
ro Suessionē. At rex Aribertus cū esset libidini obnoxius ni-
hil pręclarum gessit. Insuper dimissa vxore Nigebrida, quā scđm diuinas le-
ges in vxorem sibi asciuerat pellices duas Marcanosam & Merosidem, quę cū
sorores essent contra ius diuinū duxit in vxores. Ob quā causam ab Episcopo
Parisiensi Germano sępe admonitus cū legibus diuinis parere nollet excōica Rex aribertꝰ excōicat.
tus est. Verū paucis interiectis diebus vtraq; morbo correpta diem extremum
vna cū filio, quem ei Marcanosa peperat, clauserūt. Rex vero apud Blaniā iu-
sto dei iudicio subitaneę mortis pœnas luit: sepultusq; est ī Basilica sancti Ger Aribertus moritur.
mani. Quo defuncto Gōtrannus regnū accepit petulātia ac libidine fratri per
omnia similis, hunc pari modo diuina vltio secuta est. At Sigibertus ab hmōi
fratrum malo exemplo abhorrens Brunechildem pręstanti corpore puellā for Brunechildis regina.
mą pulcherrimā Atanagildi regis filiā in vxorē sibi copulat, quę cum esset
Arrhianę perfidię maculata aquis baptismi abluta est. Hoc exēplo adductus
Chilpericus alterā Athanagildi filiā Gallsondam nomine in matrimoniū sibi
asciuit dimissis oibus (quas plures habebat vxoribus) hāc tamen blanditijs ac
dolo Fredegondis formę pulcherrimę pellicis odio habitam laqueo strangula
uit. Quod indignantes fratres eum regno pellere decreuerunt, sed vt deinceps Chilpericꝰ vxorē fugat.
continentior videretur Audoueram superinduxit, ex qua tres mares suscepit:
Theodebertum, Meroneū, & Clodoueum. Deinde cum grauida esset vxorem
Fredegondę quę prę cęteris (ob cęcum amorem) idonea negocio visa est. Per-
gens itaq; Chilpericus cū Sigiberto aduersum Saxones Audouera filiā pepe-
rit, quam a Fredegondę capto cōsilio cum ipsa nihil doli cogitaret de fontibus
leuauit ei nomen Childegindā imponēs: hoc facto gratulabunda versuta pel-
lex regredienti Chilperico occurrit: narrat quę de nata filia contingebat: qui-
bus ex rebus indignatus rex Audoueram cum filia vitā apud Cenomanos age
re cōpellit: datis ad annuū victum prouētibus. Pontificem vero qui sacrū per- Indignum
egisset exilio damnauit. Moxq; pellicem libidine deprauatus vxorem accepit. Chilperici faci
Hic sanguinem sitiens aduersus Sigibertum cōsilio pellicis bellū mouit: fuga nus.
tus tamen a Sigiberto pacis conditiones, quas Sigibertus voluit accepit. Sigi-
bertus tn̄ postq; annos tredecim regnasset missis a Fredegonda satellitibꝰ in ca
stris interfectus est. Huius perfidę mulieris malitia literis describi non potest Sigibertus occiditur.
quę semper libidine ardens sanguinem sitiens, nouas constitutiones ad populi
oppressionem semper instituit: de hac latius infra dicemus.

¶Capitulum. XXXVI.

Pelagius papa.

PElagius natione Roman⁹ cœpit anno dñi.ccccc.lxxxviij.primus in cathedra Petri sedit annis.viij.mensibus.x.dieb⁹.xviij Hic cõstituit Prefationes ante Canonem decãtari. Constituit etiã q̧ heretici nec schismatici p seculares potestates & pricipes arceatur: vt habetur.xxiiij.q.v.c,telegentes. Hoc etiã tempore Iudeus quidã imaginẽ Saluatoris furtiue ad domũ suã delatam telo trãsfixit,& cũ se sanguine eius cruentatum videret,abscondit: sed Christiani querentes per vestigia sanguinis inuenerũt,& Iudeum lapidib⁹ obruerũt.

Mirum de Iudeo.

¶Capitulum. XXXVII.

IVstinus regimen suscepit imperij anno dñi.lxxvj,& ab vrbe cõdita.M.ccc.xxxj.ab initio mundi.iiij.M,ccccc,xliij.& imperauit annis.xij. Hic Narsetem virũ strẽnum fecit Patricium Romanorũ,qui Totillam regẽ Gothorũ occidit, & oẽs barbaras nationes viriliter pugnãdo deuicit,easq̧ ita compescuit q̧ Romã & totam Italiã reddidit quietã. Cunq̧ in vrbe prouide ac fideliter cuncta disponeret,diabolus cõtra predictũ Narsetem Eunuchũ Romanorum imperatricem excitauit,taliter q̧ Sophia vxor imperatoris vnã literã cõtumeliosam eidẽ direxit, præcipiẽs vt sine mora Cõstantinopolim remearet,vt cũ puellis suis in gynœcio fœminarũ lanarũ pẽsa diuideret que verba Narses intelligens, & perpendens q̧ augusta in opprobriũ esset q̧ Eunuchus opponeret tale,imperatrici fertur dedisse responsum, Scias q̧ filũ filabo de quo talis ordiet̃ tela,quã nec tu nec imperator poteritis in vita vestra rescindere,nec morã contraxit ad conceptum propositũ prosequendum,sed celeriter ad Alboinũ regem Longobardorum,qui tũc in partibus Pãnonie morabat̃ mittit,vt pauprima Pãnonie rura que incolebat desereret,& ad amœnũ & fertile solum Italie se transferret: quod & fecit,& ope dicti Narsetis fere totã Italiã occupauit,quã post Longobardi possederũt vsq̧ ad tẽpora Caroli Magni,& volens intrare ciuitatẽ Romanã,dictus Alboinus cum ꝓposito extirpãdi Christianos qui ibi erãt,cũ esset in porta que dicitur porta sancti Ioannis equus quẽ insidebat qui optimus erat sub ipso cecidit,nec calcaribus vel quibuscũq̧ stimulis surgere potuit,de quo cunctis magna admiratio fuit, Affuit quoq̧ quidã vir sancte vite qui regi dixit. Si vis ciuitatẽ ingredi oportet te mutare votum quod emisisti in exterminiũ nominis Christiani. Mutatione igitur voti facta statim equus surrexit,& solito more processit vsq̧ ad palatium, quod Theodoricus olim rex Gothorũ extruxerat. Hic quoq̧ Iustinus imperator bonum initium habuit: postea dedit se totum cupiditati & auaritie,adeoq̧ peruersus fuit q̧ fabricare fecit archas ferreas in quibus recondebat ea que nemini parcens tyrannice rapiebat,propter quod factus est omnibus odiosus,& quia tantam solicitudinẽ habuit in congregando gazas iusto dei iudicio amẽs effectus est.

Totila occidit̃ a Narsete. Narsetes a Sophia imperatrice irritatur,& vi de ei⁹ responsum. Narsetes e Pãnonia Alboinũ Lõgobardorũ regẽ i Italiam vocat. Mirũ de equo Alboini.

¶Capitulum.XXXVIII.

CHilpericus dolose occiso Sigiberto regnum accepit: hic reb⁹ per oĩa male gestis cõsilio Fredegõdis adultere cõiugis interfectus est. Pudet me huius infœlicissimi regis male gesta narrare. Pauperum nempe oppressor extitit, sacrarũ ædiũ direptor,ecclesiastici ordinis irrisor,filiorũ interẽptor. Is dũ aliqñ a venatione rediret, cubiculum Fredegondis adulteræ in=

Chilpericus.

Chilpetici impietas.

gressus est quam quietis causa decubantem cum vidisset: virga, quam manu gestabat a tergo percussit, rem vxori gratam se facere existimans. At illa ad Landericum quem sæpe concubitu oblectabat suo. Landerice inquit, cur me percutis? hoc responso percussus Chilpericus adulterium mox suspicatur (nam huius Landerici vxorem rex stuprabat) quare furentibus oculis quid ageret nescius venatum pergit animi oblectandi gratia. Fredegondis vero animũ regis exulceratum sentiens, Landericum ad se clam vocat, rem narrat, monet sepulcrum non cubiculum cogitet. Quem cum supra virilem animum turbari videret Fredegondis, vna inquit res est quæ nos a periculo liberet. Age igitur impigre & facinorosos homines & sanguinarios mercede ac muneribus sollicita, qui per noctis caliginem ex equo descendentem vulneribus confossum necent: Chilpericum itaq; vt conuenerant, a venatione reuertentem adoriuntur atq; interimunt, statimq; sicarij quasi homicidij expertes Chilpericum interfectum exclamant atq; homicidij authorem Childebertum vociferantur. Hic Chilperici miserabilis exitus qui multis homicidijs, stuprisq; ob cœcum impudentissimę mulieris amorem insignis iusto dei iudicio ab ea velut canis occisus est. Tam misero vitę exitu Chilpericus regnum reliquit, homo impudens arrogãsq; qui cum amicum neminem obseruaret nemo illi amicus fuit. Sepultus est apud ędem diui Germani de Pratis, quem ipse satis pulchram extruxerat.

Suspitio Chilperici de Fredegundis adulterio.

Fredegondis machinat̃ mortẽ Chilperici.

Chilpeticꝰ occidit̃ dolo vxoris.

¶ Capitulum. XXXIX.

IOannes tertius natione Romanus cœpit anno. ccccc. xcvij. & in cathedra Petri sedit annis. xij. mensibus. xj. diebus. xviij Huius pontificis tempore Armeni Christi fidem susceperũt. Hoc etiam tempore inuentum fuit corpus beati Vrsini Apostolorum discipuli extra Butiricas primi eiusdem vrbis Episcopi. Hoc etiam tempore in diuersis partibus Galliarũ (vt testatur Vincẽtius) cœlũ ardere visum est: quẽ ardorẽ beatꝰ Gregoriꝰ in Homilia igneas acies appellauit. In quibusdã quoq; de vestimẽtis hoim verꝰ sanguis effluxit: domus etiã cuiusdã sanguine respersa ab intus apparuit: postq; prodigia clades magnę secutę sunt famis atq; mortalitatis pręsertim in Italia. Subito eñ apparebãt quędã signa in domibꝰ, siue in vasis, siue in vestimẽtis, quę si quis voluisset abluere magis apparebãt. Post annũ vero incœperũt nasci in inguinibꝰ hoim quędã glãdulę ad modũ nucis vel dactyli, quãs mox subsequebãtur febriũ ęstus intolerabilis, qui infra tres dies vt in pluribꝰ extinguebat. Eo etiã tẽpore vt testatur idẽ Vincentius, accidit in Gallia q̃ mons sup Rhodanũ dans mugitũ multis diebꝰ, tandẽ ab alio mõte sibi vicino diuisus, cũ Ecclesijs & domibꝰ, oibus bestijs & aialibus pręcipitatus est. ¶ Hoc tẽpore floruit beatus Germanꝰ Parisieñ Antistes, quo etiã regnabat Childebertꝰ in Frãcia, quorũ quilibet certabat ad subueniendũ debilibꝰ & egenis: vnde inter princIpẽ & sacerdotẽ erat expectata cõtentio, quia faciebant de misericordia pugnã, & de pietate certamen, vt thesauros spargerẽt, & de talẽtis suis egeni ditescerent: nõ sic modernis temporibus agunt nostri principes.

Ioãnes tertiꝰ papa.

Prodigia diuersa.

Germanus Parisieñ antistes & Childebertꝰ rex Frãcię de pietate erga pauperes cõcertant.

¶ Capitulum. XL.

INterempto Chilperico sanguinaria mulier Fredegondis sibi suisq; fortunis timens ad ędem beatæ Marię Parisiensis tanq̃ ad asylũ cõfugit, quã liberaliter excepit loci Antistes, at Fredegõda sibi male cõscia Gõtrãnũ ad regni administrationẽ sibi hoc pacto cõsulẽs

aduocat,qui suscepta nepotis tutella pro eo regnum administrauit. Interea nonnulli bellorum motus inter Childebertum & Gontrannum fuere.sed pacatis vtrinq; animis nepotem Childebertum Gontrãnus instituit:

Gõtrãnus virtuosus.

habuit prȩterea hic Gontrannus bellum aduersus Gondoaldum,qui se Clotarij filium mentiens multas vrbes atq; oppida in fidem receperat,victus tamen præcipitio vitam finiuit. Huius Gondoaldi recepta spolia ȩqualiter cum Childeberto diuisit:acceptamq; partem pauperibus distribui mandauit. Pugnauit etiam aduersus Gothos duce Bosso,sed ducis incuria non sine multa strage fusi sunt Franci. Commisso etiam contra Britones prȩlio dux Pepolinus Catharri dolo occisus est.

Eclipsis Lunȩ ꝓdigiosa.

Inter hȩc Luna visa est obscurior supraq̃ in Eclipsi solet. Ipse vero post annum.xxx.adepti regni moritur,sepultusq; in monasterio diui Marci,quod apud Cabilonem magnis sumptibus ȩdificauerat.

¶Capitulum.XLI.

Childebertus.

CHildebertus igitur cum regnum recepisset veteris memor iniurię,quam a flagitiosissima Fredegonda Sigibertus acceperat,pœna afficere sanguinariam animo voluit,coactoq; exercitu Suessiones vexari militum incursionibus mandat:quib⁹ cognitis Fredegonda magna voluẽs animo suos adhortatur in armis esse:ipsa vero filium Clotarium amplexa exercitum non impigre prȩcedit,demum exercitu composito ramisq; equi iubȩ alligatis sub lucem dormitantes Burgundiones adoritur.

Burgũdiones vincũt

Burgundiones vero repentino incursu hebetati mox huc atq; illuc impelluntur,cȩsisq; pluribus cæteri in fugam versi sunt. Hac accepta clade Childebertus in Longobardos ire parat,rebus tamen infœliciter gestis ad propria Franci remeant. Childebertus vero his gestis vna cum vxore,non sine veneni suspitione,mortuus est, relictis duobus liberis Theodoberto cui Mettense imperium cessit,ac Theodorico Burgundionum rege. Fredegunda vero pacis inimica Clotarium filium aduersus Theodobertum & Theodoricum excitat,qui collecto grandi exercitu reges aggreditur,pugnatumq; est vtrinq;:fusis tamen duobus regibus victor Clotari⁹ a matre magnis plausibus exceptus,ipsa tamen cum esset iam dierum malorum inueterata non multo post interijt,cuius corpus ad viri sepulcrum delatum est apud monasterium sancti Germani Pratensis.

Clotari⁹ duos reges vicit.

Fredegonda moritur

Mulier equidem sanguinis humani appetens adultera,facinorosa,sacri ordinis cõtemptrix:nam prætaxatum Rothomagensem Episcopum quãuis carcere & verberibus,relegationeq; violasset,pontificatui tamen a Gontranno restitutum apud Rothomagum dum missam celebraret,percuti iussit. ad hanc infœlicissimam spectat illud Eulogium,quo a Chrysostomo notata est perfida Herodias.

In Fredegõdã inuectiua.

Quis enim huius miserrimæ Fredegondis crudelitatem enarret, quȩ Hiezabel ac Herodiadem impijssimas mulieres imitata sacerdotum ac innocentũ necis sȩpe author fuit. Equidẽ nulli bestię cõparandã hã c esse cẽseo. leone nanq; sȩuior fuit, dracone atrocior,aspide venenosior: quæ idcirco a me dicta sint,vt sibi caueant,qui amoris libidinosi voluptate allecti speciosas in suam perniciẽ deligunt mulieres.

Notet.

Insuper dicti prophetici semp memores sint

in quo sic dicitur. A coniuge tua custodi te, ne manifestes ei cor tuum. Sed de hac impurissima pellice satis.

Capitulum. XLII.

Porro Theodeberto & Theodorico filijs Childeberti inter se digladiantibus illisq; interemptis Clotarius ex Clodouei familia solus superstes vniuersum ius regni recepit. Cęterũ Brunechildis Sigiberti relicta, cui9 astu Theodebertus capite truncatus fuerat, Theodoricus vero veneno infectus, Sigibertum Theodorici nothũ regno Austrasię venefica mulier pficere cõtēdit. Cuius cœptis Clotarius Austrasiorũ legatione accepta non impigre occurrit, coactoq; ex vtraq; parte exercitu manus vtrinq; conserunt, sed multis ad Clotarium a Sigiberto deficientibus, doloq; Garueri pręfecti militum victoria Clotario se obtulit: captusq; Sigibertus cum duobus fratribus in potestatem Clotarij venit, ipse pernicitate equi saluus nusq; postea cõparuit. Ad hæc Brunechidis captiua Clotario oblata est, quam quarto fustigatam ignobiliter camelo imponi iubet, ac postmodum in eã diu aspereq; inuect9 cũ exercitui iã ludibrio fuisset, ferocientis equi caudę alligatam reliquo corpore humi prostra to lictor distrahit. hoc supplicium q̃q̃ iusto simile videatur, cuius tamen fuerit originis Clotarius liquido monstrauit: nam cum esset matre adultera sanguinariaq; genitus matris ferinam/beluinamq; naturam hoc supplicio Brunechildis demonstrauit. Fuerat enim hæc ex nobili Hispaniarum rege genita, regiq; Sigiberto Clotarij patruo in matrimonium collocata, quæ quãuis multorum nece esset insignis, nihil tamen ad Fredagondam huius Clotarij matrem, verum enimuero Brunechildem (erat enim in sanctos deuota) pœnas pro meritis in hoc seculo luisse existimauerim: Fredegondam vero (nisi aliter deus disposuerit) consolationes omnes iam in hoc mundo accepisse in ęternum pœnas daturam. Rebus pro voto compositis ex Bergedruda filium Dagobertum suscepit, quem Austrasiæ regno postmodum pater donauit præter ea quæ citra Arduennam syluam ad Rhemos spectãt, qui cum aliquãdo patrem super Austrasię regno adijsset, fines regni Saxones magno impetu deuastant. Quibus occurrens Dagobertus inter pugnandum cassidę ictu gladij euulsa graue vulnus accepit. Cognito filij periculo Clotarius coacto exercitu filio fert suppetias. Cuius aduentu gratulabundi milites vndiq; clamorem extollunt. Quod miratus Berthauldus rogat quid hæc sibi velint, cui cum nunciatum esset aduenisse Clotarium magno cum exercitu his verbis Clotarium sic increpat. O peruetus inquit & canum iumentum huc ne ades: hoc verbo indignat9 rex, nõ expectato exercitu flumen tranat, nec Berthauldum mox fugientem persequi destitit, donec obtruncatum hostis caput ad suos defert, nec finem belli gerendi facit, in Saxones vsq; penetrat, nemini masculini sexus parcens, qui gladij sui longitudinem excederet: huius in Saxones (qui nunc Angli dicuntur) stragis veteris odij causam plæriq; asseuerant: hactenus non sine multorum incommodo perseuerãs interea post multa bella fœliciter ab eo gesta. xliiij. sui regni anno moritur, sepultusq; est apud sanctum Germanum de pratis. Hoc tempore Phara virgo Agarici Meldensium comitis filia Ecclesiam quæ Pharonis monasterium appellatur, extruxit. Hęc multis virtutibus pollens inter cœlites annumerata est. Huius frater Pharo ex Comite clericus fa

Clotarius rex

Brunechidis mors & supplicium.

Clotarij crudelitas.

Dagobert9 in Saxões

Saxões vincuntur.

Clotarius moritur.

Pharo.

Fiacri⁹.

ctus pontifex tandem ciuitatis effectus est. Claruit etiam sanctus Fiacrius ex Scotia Briam veniens virtutibus clarus.

Capitulum.XLIII.

Tyberi⁹ optimus imperator Persas vicit. Factū & dictū optimo pricipe dignū. Multa pauperibus erogat Tyberius. Miraculū crucis. Thesaurū ingētē inuenit Tyberius. Sigilberti frācorū regis ad Tyberi legatio.

Tyberius assumpsit insignia Romani imperij anno dñi.cccccxciij.& ab vrbe condita.M.ccc.xliij.ab initio mūdi.iiij.M.ccccc.lvj.& imperauit annis septem. Hic imperator fuit vir christianissimus & strennuus,ac multum religiosus. Vnde multas in Constantinopoli & alijs partibus Ecclesias restaurauit,terrasq; Persarum potenter intrauit,Persas quoq; potentissime debellauit. Indeq; digrediēs maximam prędam cum multis elephantibus adduxit,pauperib⁹ quidem liberalissimus fuit,& tam largiter ipsis eleemosynas erogabat ꝗ ipsum vxor sua dure redarguit: dicens ipm nō dispēsatorem sed dilapidatorē bonorum imperij. Cui imperator pijssimus. Confido inquit in deo meo ꝗ pecunia in festo meo non deerit si thesauros nostros ꝑ amore Christi largiter pauperibus erogemus: quod verum esse rei statim comprobauit euentus. Nam cum hęc agerentur ipse deambulans per imperiale palatium inueuit in pauimento tabulam marmoream,in qua crux domini sculpta erat. Cunq; illam tabulam pro reuerentia dominicę crucis leuari fecisset, diceretq; indignum esse crucem domini pedibus conculcari quę debet in pectoribus & frontibus principum cum reuerentia poni: apparuit sub illa alia tabula eodem modo crucis signaculo insignita,cunq; & illam leuari fecisset,apparuit alia prioribus omnino consimilis. Cunq; & illam imperator admirando leuari iussisset apparuit quarta sub qua infinitum thesaurum repperit catholicus imperator,de quo largas fecit eleemosynas,& multas restaurauit Ecclesias piaq; loca constituit. Ad Sigibertum Francorum regem qui Perse legatos inuiserat cum reliquis muneribus quę magna fuere,aureos etiā quinquaginta singularum librarum misit,quorum vna pars imagine principis signata erat his literis, Tyberij Constantini perpetuo Augusti. Altera vero pars quadrigam continebat cum ascensore,atq; his literis, Romanorum gloria.

Capitulum.XLIIII.

Benedictus. Rethare dus rex Gothorū ad fidē conuersus optime & religiossime vixit.

Benedict⁹ prim⁹ natione Roman⁹ cœpit anno dñi.ccccc.x.in solio Petri sedit annis quatuor,mense vno,diebus.xviij.& vacauit sedes mensibus tribus,diebus decem. Huius tēpore Retharedus rex Gothorum quem historię tradunt virum fuisse virtuosum cum esset Arrhiana perfidia maculatus in concilio Tholetano.lxx.duorum patrum suum recognoscens errorē ad catholicam fidem reuersus est, pronunciauitq; eam,& mandauit omnibus populis qui suo subijciebāt dominio vt circa integritatem fidei maiorum pręceptorum obediant secundū ordinationem dicti concilij Tholetani. Quis autem iste Retharedus fuerit sub compendio pateat. Sciendum quoq; est ꝗ duo genera Barbaricę gentis in Hispania quieuerunt inter alia scilicet Gothi & Vandali vt superius breuiter tactum est: quę quidem gentium genera per Bellissarium de Italia & Aphrica sunt expulsa,gensq; Gothorū adeo in Hispania prævaluit vt eam sibi prorsus subiugaret. De ista progenie reges Hispaniæ originem traxisse dicuntur,& iste Retharedus tempore dicti Tholetani concilij regnum Hispanię: quod hodie Castellę dicitur, gubernabat.

Quo in tempore floruit Leander Epũs Ispaleñ. cuius doctrina atq; industria gens Gothorum ab Arrhiana recessit insania, & adhęsit firmiter fidei Christianę. Hoc tempore floruit Ioannes Constantinopolitañ Episcopus vir intolerabilis abstinentię, & eleemosynis largissimus.

Leãder Epũs.

Ioãnes Cõstantinopolitanus Epũs.

¶ Capitulum. XLV.

Mauricius Romani imperij iura suscepit: & imperauit annis xx. Tyberius de quo proxime dictum est, sentiens sibi extremam imminere diem, Mauricium in reb⁹ bellicis strẽnuum prudentia prędítum, & vniuersa morum honestate pręclarũ elegit ad imperium: filiam suam Constantinam tradendo in vxorem dicit. Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum: vtere eo fœliciter, & habe in mẽte ęquitatẽ incessanter & iustitiã pręcipua eẽ optimi imperatoris insignia, & his dictis emisit spiritũ. Hic reipublicę fuit q̃plurimũ vtilis. Anno imperij eius secũdo Antiochię diuinitus est subuersa modo qui sequitur. Quidam ciuis illius adeo eleemosynis & hospitali deditus erat: vt nullo vnq̃ die sine paupere comederet. Cũq; vna die vsq; ad vesperã vrbem circuisset vt pauperes inueniret: inuenit virũ antiquũ vestitũ candida veste cũ duobus socijs stantem in medio ciuitatis, & ipso ad hospitium inuitato hanc ab ipso habuit responsionem. Non potes o homo dei cum nostro sermone hanc ne subuertatur saluare ciuitatẽ: quo dicto sudarium quod in manu tenebat super medietatem ciuitatis excussit: statimq; ipsa medietas cum habitaculis & habitationibus est subuersa: volens excutere sudarium super aliam ciuitatis partẽ vix ab illis duobus socijs multa est prece flexus vt parceret: itaq; vir ille eleemosynarius attonitus fuit: ex saluatione tamen domus suę quę in parte non erat euersa consolatus disparuit: vnde non est dubium ipsum angelum fuisse missum a domino propter peccata populi ad exterminium ciuitatis. Eodem tempore Gontrannus qui tum omnes res Francorum administrabat, in venando fessus: dum in gremio armigeri sui dormiret iuxta riuum aquę vidit armiger ex eius ore paruum animal exire: cui riuum transire volenti nec valenti armiger gladio posito ex transuerso riuuli viam ei eundi & redeundi parauit: quo in os eius reintrãte rex expergefactus est, & stupens dixit se per somnium per pontem ferreum transisse, & sub monte quodam multos thesauros vidisse. Ad quem montem cum rex perrexisset secundũ fidẽ somnij, & audita sui armigeri relatione multos thesauros iuenit. Nec reor fore inane causam scrutari somniorũ. Pro quo dicendũ ꝙ somniorũ causa quandoq; est interior: quandoq; exterior. Interior autem causa somniorum duplex est: vna quidem animalis scilicet inquantum scilicet ea occurrunt hominis phantasiæ in dormiendo: circa quę eius cogitatio & affectio fuit immorata in vigilando: & talis causa somniorum non est causa futurorum euentuum. Nam talia somnia per accidens se habent ad futuros euentus: & si quandoq; simul concurrant erit casuale. Quãdoq; vero causa somniorum intrinseca est corporalis. Nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus phantasię conueniens tali dispositioni, sicut homini in quo abundãt frigidi humores apparet in somnijs ꝙ sit in aqua vel in niue: ideo medici dicunt esse intendendum somnijs ad cognoscendũ dispositiones interiores. Causa autem somniorũ exterior etiam est duplex: scilicet corpalis & spũalis: corpalis quidẽ inquãtũ imaginatio dormiẽ

Mauricius imperator

Antiochiæ dimidia pars miraculose ẽ subuersa.

Gõtrãni somnium.

Mirum somniũ

Sõniũ quid sit, & diuersę species sõniorũ.

tis imutatur,quod fit vel ab aere cõtinenti, vel ex impreſſione cœleſtis corporis: vt ſicut dormienti aliquę phantaſię apparent cõformes cœleſtium diſpoſitioni. Spiritualis autẽ cauſa eſt quandoq; a deo qui miniſterio angelorũ aliqua hominibus reuelat: ſcd̃m illud Numeri.xij. Si quis fuerit inter vos Propheta dñi, in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illũ. Quãdoq; vero operatione dęmonum aliquę phantaſię dormiẽtibus apparent, ex quibus quãdoq; aliqua futura reuelant his qui cum eis habent pacta illicita: ſicq; liquet cauſa ſomniorum. ¶ Anno quoq; dicti Mauritij ſeptimo nimię pluuię inundatio fuit, adeo vt diluuiũ eſſe crederetur: & tanta clades ſecuta eſt, vt nullus grauiorem fuiſſe meminerit. Magnus etiã draco in modum maximę trabis cum innumerabili ſerpentum multitudine per Tyberim in mare deſcẽdit, qui in mari ſuffocati, & ad littus proiecti putredine aerem corruperunt: de quorum putredine peſſima plaga ſecuta eſt, quę inguinaria vocabatur, quę tãta fuit ꝙ papam Pelagium de quo ſtatim dicetur, occidit: & paſſim deſtructis habitatorib9 infinitę domus vacuę in vrbe remanſerunt.

Pluuię inundatio. — *Peſtis ingninaria.*

¶ Capitulum.XLVI.

Pelagi9 ſecũdus papa.

Pelagius ſecundus natione Romanus cœpit anno ſexto.c.xv. & in cathedra Petri ſedit annis decem, menſibus duobus, dieb9 decem: & vacauit ſedes menſibus ſex, diebus.xxv. Hic electus fuit abſq; iuſſione principis: quia Roma tunc a Longobardis erat obſeſſa, & propter hoc ad principem minime mittere potuerunt. Et nota hic ꝙ ſępe Romana Eccleſia hunc honorem faciebat imperatori, vt de ipſius voluntate atq; decreto papam eligebat, quia ſępe Romanoꝝ principum auxilium poſtulabat. Vnde Mauritio factus fuit iſte honor, & hoc propter Longobardos, qui nimis vexabant Eccleſiam. Similis honor fuit factus Carolo magno: vt patet di.lxiij.c.Adrianus. Hoc tẽpore Longobardi regẽ Eutharim ſibi creãt, cum antea ſub ducibus viginti annis Italiam occupaſſent. Hunc Eutharim Flauium appellarunt, quo cognomine deinceps Longobardorum reges vſi ſunt. Mauritius autem pellere Italia Longobardos conatur, Francos ad auxilium aſciuit, ſed magna ſuorum clade accepta ſuperatus eſt a Longobardis.

Mauriti9 a Lõgobardis ſuperatur.

¶ Capitulum.XLVII.

Gregorius primus.

Gregorius primus natione Roman9 cœpit ãno.cccccc.xxvj. cuius aſſumptio gratioſa atq; miraculoſa; fuit in cathedra Petri ſedit annis.xiij.cum dimidio & diebus.x. Hic primus Romanorum põtificum ſe ſeruum ſeruorum dei ſcripſit. Antiphonas regulariter intonauit. Introitus in miſſa ſtatuit ad populum demulcendum. Deinde Kyrie eleiſon nouies a.lxx. vſq; ad Paſcha tractus cantari pręcepit, & poſt prædicta Euãgelium & Offertorium ordinauit. Statuit etiã vt oratio dominica decantaretur alta voce, & vt ſemper in principijs horarum Deus in adiutorium meum intende, a preſbytero dicatur. Hic in ſingulis Romanę vrbis Eccleſijs in remiſſionem peccatorum ſtationes ſingulis diebus quadrageſimę ordinauit per fideles deuotione promptiſſima celebrandas. Et quia in dictis ſtationibus ipſarum inſtitutor beatus Gregorius & plures in ſuo pontificio ſucceſſores ſingulis eas digredientibus conceſſere indulgentias: Vnde annuatim diebus quadrageſimæ

plębs frequentat Romana consequi arbitrans pœnę debitę ex fomite peccati relaxationē. Quia nouissime quidā Pseudo Christi Pseudo Prophetę Aposto li secta scilicet pestifera Boemorum in suis perfidiis traditionibus conantur astruere indulgentias nullo modo prodesse neq aliquid valere: sed fuit illusio & deceptio plębis Christianę: vt legentibus palam sit hanc perfidiam de dire cto sacro aduersari concilio, & statuto vniuersalis Ecclesię ac assertioni sacro rum doctorū, libet & gratū est materiā indulgentiarū aliqualiter pertractare. Inuehit contra boemos de indulgentijs.

¶ Pro cuius decisione aliquę occurrunt pertractandę veritates: quarum pri ma ꝙ indulgentię valent ad abolitionem pœnę ꝓpter crimen debitę. Veri tas hęc sic declaratur. Liquido constat Christum fore caput Ecclesię: dicente Apostolo ad Ephesios primo. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiā, quæ est corpus ipsius. Et ad Colossen. primo. Ipse est caput corporis Ecclesię. Cū igitur capitis officium sit dirigere, regere, & gubernare membra, concluditur ꝙ Christus rexit & gubernauit & gubernat hanc militantem ecclesiam, erro nee quippe diceretur ipsum male regere & rexisse. Cum igitur Ecclesia vniuer saliter tenuerit: teneatq indulgētias valere, sequitur propositum. Suadetur sic impium enī esset dicere Ecclesiam, cuius caput Christus est, & quę sancto regi tur spiritu: vt patet Actuum. xv. cum dicitur. Visum est spiritui sancto & no bis &c. aliquid vane facere. Facit autem & concedit indulgentias: valent igi tur. Rursus Ecclesia generalis errare non potest, quia ille qui exauditus fuit ꝓ sua reuerentia dixit Petro, super cuius cōfessione Ecclesia fundata est. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Scribitur Lucę. xxij. ꝙ Ecclesia gene ralis indulgentias approbat & facit: ergo valēt. Verūtamen quidam dixerūt ꝙ non valent ad absoluendum a reatu pœnę, quā quis in purgatorio scd'm iu dicium dei meretur, sed valent ad absoluendum ab obligatione, qua sacerdos obligauit pœnitētē ad pœnā aliquā etiā ordinatā ex canonū statutis. Hęc aūt opinio cū sit expresse cōtra illud priuilegiū Petro & suis successorib⁹ datū, vt qđ in terra remitteret, & in cœlo remitteret, reprobat & dicitur ꝙ remissio, quę fit in foro Ecclesię per indulgētias valet quantū ad forum dei. al's Ecclesia in dulgentias huiusmodi concedens magis damnificaret ꝙ̄ adiuuaret cum ad gra uiores remitteret pœnas scilicet purgatorij absoluendo a pœnitentijs iniun ctis. Secunda veritas ꝙ indulgentię valent vt pręmissum est, & quātum ad fo rum Ecclesię, & quātum ad iudicium dei ad remissionē pœnę residuę post con tritionē/confessionem/& absolutionem: siue sit iniuncta siue non, ratio cur va lent est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentię seu pœ nalibus supererogauerūt ad mensurā debitorum suorum & varias angustias perperam subierunt patienter, per quas multitudo pœnarum poterat expiari si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia ꝙ omnē pœnam debitam viuentibus excedunt, pręcipue propter meritum Christi qđ tātę fuit efficacię ꝙ per vnā solam guttā cruoris satissactū fuisset pro peccato protoplasti. Ter tia veritas ꝙ vnus pro alio satisfacere potest: dicente Apostolo ad Gala. vj. Al ter alterius onera portate. Cum igitur sancti in quibus superabundantia ope rum satisfactionis inuenitur, nec expresse nec determinate pro isto qui remis sione indiget opera huiusmodi fecerunt, alias absq omni indulgentia remissio nem consequerentur, sed cōmuniter pro tota Ecclesia: teste Apostolo. ii. ad Co rinth. j. dicēte se implere ea quę desunt passioni Christi in corde suo pro Eccle

De idulgentijs & vnde habeant originē

Secūda veritas.

Tertia veritas.

sia.Igitur sequitur ꝙ prædicta merita sunt toti Ecclesię cõmunia.Ea vero quę communia sunt alicuius multitudinis distribuuntur singulis de multitudine iuxta arbitrium illius qui multitudini pręest.Verum sicut aliquis consequeretur remissionem pœnę si alius pro alio satisfecisset,ita & ei satisfactio alterius si per eum qui potest distribuatur. Quarta veritas,ꝙ summus pontifex nedũ Ecclesię militantis clauiger est: verũetiam & triumphantis ex eo patet,quia ei dictum est,Quodcunq; ligaueris &c.vnde liquet ꝙ apud eũ & in facultate eius sunt thesauri militantis Ecclesię derelicti per Christum in manib⁹ ipsi⁹ quos distribuere potest ad votum,causa tamen existẽte legitima,nec decẽtius dispẽsatio dicti thesauri relinqui poterat q̃ papę Christi vicario,cuius fidelitatis & pasturę oues pro quibus sanguinem fudit,cõmissę sunt.Quinta veritas ad hoc ꝙ iste thesaurus bene dispensetur:dispensatioq; sit efficax ex parte dispensantis auctoritas quę plene in summo residet pontifice,requiritur: secundo causa iusta & rationabilis ex parte recipientis exigitur:primo ꝙ in statu gratię:demum ꝙ adimpleat id pro quo indulgentia conceditur. Sexta veritas ꝙ indulgentię tantum valent quantum sonant.Pro cuius declaratione dicitur ꝙ causa effectiua remissionis pœnę non est labor nec deuotio:nec donũ recipientis,nec causa pro qua datur,nec ad queq̃ horum oportet proportionare quãtitatem remissionis:sed ad merita Ecclesię quę semper abundant:& ideo sec̃dm quod applicantur ad istum sec̃dm hoc remissionem consequitur:ad hoc autem ꝙ applicẽtur alicui sequitur auctoritas dispensandi huiusmodi thesaurum,& vnio ei⁹ cui dispensatur ad eum qui merebatur quod est per charitatem.Et ideo dispensationis sec̃dm quã saluatur intentio illorum qui opera meritoria fecerunt:fecerunt quippe ad honorem dei & vtilitatem Ecclesię in generali:vnde quęcunq; causa adsit quę in vtilitatẽ Ecclesię & honorẽ dei vergat:sufficiẽs causa est indulgentias faciendi.Septima veritas ꝙ merita & pœnę passionis Christi fuerunt dei & hominis.Culpę vero & pœnę per merita passionis Christi redimibiles solum sunt humanę & minoritate sui minores & exiles:proinde sequitur ꝙ reliquũ meritorum & pœnarũ Christi superfluit:nec tamen inaniter Christus voluit mereri nec pati illas pœnas,cum deus nihil agat frustra.Itaq; concluditur illud reliquũ derelinqui pro nobis pro quibus Christus in carne natus est & passus quatinus in nostris necessitatibus ad multas obligati pœnas ex cõtinuis lapsibus pro solutione satisfactionis ad pręfatum recurremus thesaurũ. Octaua veritas:& si in mortali existenti non valeat indulgentia,stat ꝙ in mortali existens potest indulgentias concedere.Prima pars ex pręmissis liquet.Secundę partis ratio est,quia concedere indulgentias ad iurisdictionem pertinet, quã habẽs nõ amittit per mortale peccatũ,licet bonitatem amittat,ideo indulgentię equiualent si fiant ab eo qui est in mortali peccato:sicut si fierent ab eo qui est sanctissimus,quia non remittitur pœna ex vi suorũ meritorum,sed ex vi meritorum reconditorum in thesauro Ecclesię.Nona veritas est cum indulgentia indeterminate conceditur:vtputa cum summus Antistes dicit,ꝙ porrigentes manus adiutrices ad fabricam alicuius Ecclesię lucrẽtur.xl.dies de indulgentia:tale auxilium intelligitur ꝙ sit cõueniens ei qui auxilium largitur, & sec̃dm quod accedit ad hoc sec̃dm ꝙ plus vel minus de indulgentia cõceditur Vnde licet vnus inops largiens vnum denarium totam consequatur indulgẽtiam:locuples tamen similem tribuens denarium totã non consequitur indul-

Marginalia: Quarta veritas. · Quinta veritas. · Sexta veritas. · Septĩa veritas. · Octaua veritas. · Nona veritas.

gentiam,quia non debet locuples ad opus iam pium & fructuoſum ita parum erogare. Hæc dicta ſint pro repellendo errorem perfidiſſimoꝝ Bohemorum. Nunc vertamus calamum ad ſeriem hiſtorię. Dictus enim pontifex ne antiquę idolatrię ſemen de cętero pręualeret, imaginibus idolorum capita & membra fecit generaliter amputari. Hic addidit in canone miſſę, dieſꝗ noſtros in tua pace diſponas, quanta gratia emicuerit, quanto ſcientiæ lumine prædictus fuerit quantum præſentibus & futuris exemplo operis & ſcripturis prodeſſe ſtuduerit, mortalis lingua vix explicare poſſet. Eodem tempore tunica domini inconſutilis in ciuitate Iaphat: non longe a Hieroſolyma Simonis Iudæi confeſſione inuenta ab Epiſcopis Gregorio Antiochiæ, Toma Hieroſolymitano, & Ioanne Conſtantinopol. Hieroſolymas portata eſt. Eodem tempore apparuit in cœlo ſtella cometa. Nata ſunt eodem tempore prodigia in ſuburbio Biſantij, puer videlicet quadrupes, & alter duos vertices habens. Eodem etiam tempore ſignum ſanguineum in cœlo apparuiſſe viſum eſt, & quaſi haſtę ſanguineę, & lux clariſſima quaſi per totā videbatur noctem. Quędam mulier etiam infantem peperit ſine oculis, ſine manibꝰ, qui a lumbis infra erat ſicut piſcis. Sed & apud Aegyptum in Nilo flumine apparuerunt duo animalia humanæ formæ, vir ſcilicet & mulier. Vir quidem erat pectoroſus, & vultu terribilis, rufa coma caniſꝗ permixta, qui vſꝗ ad lumbos cinctus mōſtrabatur & nudus. Reliqua vero mēbra corporis cooperiebat aqua. Mulier vero mām̄illas habebat, & fœmineum vultū, cæſariemꝗ proliXam, & vſꝗ ad horam nonam modo & forma prędictis ſe palam cunctis videre volentibus oſtendebat. Eodem etiam tempore Sol a meridie vſꝗ ad meridiē minoratus eſt de tertia parte. Quo in tempore ſanctus Lupus qui patronus eſt contra morbum caducum Eccleſiam regebat Senoneñ. Dicto etiam tempore beatus Gregorius miſit Auguſtinum cū Melite, Ioanne in Angliam, qui regem Athabertum vna cum gēte ſua Chriſti baptiſmate inſigniuerunt. Hoc refert expſſe hiſtoria Amotini in geſtis Frācoꝝ lib. iij. dicēs ꝙ beatus Gregoriꝰ quaſi in ſui pōtificatus initio Auguſtinū, Melitē & Ioannē ad gentem deſtinauit Anglorum ſiue Britonum conuertendam, regiꝗ Frācorum & prętlatis Eccleſiarum per quos tranſitum facere debebant, ſuis pręcepit literis, vt ipſos cōmendatos habentes dirigerent in agendis: quorum prædicatione Anglorum plębs fidem ſuſcepit orthodoxam: de quo beatus Gregorius ſuis in moralibus faciens mentionem ſic dicit. Ecce lingua Britannię quę nihil aliud nouerat q̄ barbarum frendere: iam diuinis in laudibus hebręa cœpit verba ſonare. Ecce quondam tu alias timidus, nudus, iā ſubſtratus ſanctoꝝ pedibus ſeruit oceanus. Et Barbaros mores quos terreni principes domare nequiuerūt ferro, pro diuina formidine ſacerdotum ora ſimplicibus verbis ligant, & qui catenas pugnantium infidelium nequaq̄ metuerat, iam nunc fidelis humilium verba timet. Hoc aūt Anglię regnum qualiter originē ſumpſit reſerare lubet in lucē.

¶ Narrat quippe vetus Britānoꝝ hiſtoria ꝙ Aſcaniꝰ Aenęę Troiani filiꝰ de filio ſuo Syluio nepotem habuit nomine Brutū, qui genitricem ſuam naſcendo, & genitorem in venando caſu peremit. Cuius patricidij cauſa tam exoſum eum parentibus ſuis reddidit, vt de Italia pulſus in Gręciam fugeret, vbi exul cum eſſet / tanta cœpit probitate pollere, vt cōfluētibus ad eum Troianis, qui ibi captiui habebantur, ducatum eorum ſortiretur: quorum fretus multitudine

His noue veritatibus cōcluditur indulgentiarum vis.

Puer q̄drupes & plęraꝗ prodigia.

Lupus Epus.

Athabertus rex Angloꝝ cū tota gēte baptiſatur ab Auguſtino & ſocijs.

Gregoriꝰ i Moralibus.

Britonū ſiue Anglorū origo.

Brutꝰ filiꝰ ſyluij auctor britonū

Pādrasꝰ rex græcorum a bruto vicit: & ei filiā cōiugē largitur.

Corineus dux Troianorum.

Corinei ducis mirandum robur.

Turnꝰ nepos Bruti turonos cōdidit, & ibi sepultꝰ est.

Reges Britānorum.

Bruto tres filij successere & regnū in treis partes diuisere q̄s singlas singulis noībꝰ appellauere.

Vide q̄ sit periculosū externos in auxiliū vocare.

& animatus consilio petijt a Pandraso Grecorum rege libertatē eundi ad alias nationes. Rex autem ira ꝓmotus bello eos cōterere voluit, sed nequaq̄ potuit. Nam victoria Bruto a deo ꝓspera prouenit, vt plurimos de exercitu regis interimeret, ipsumq̧ ex improuiso caperet, minasq̧ mortis ei intulit, nisi annueret rogatis. Exegit quippe ab eo filiam suā in cōiugem, auri & argenti copiam multā, naues, frumētū, cęteraq̧ marino itineri necessaria. Quęsitis igitur ex regis imperio plusq̄.ccc. nauibus, & omniū genere farris oneratis Troianis auro & argento plurimo ditatis: Brutus filiā regis accepit, & salutato rege ęquoreum iter aggressus est: trāsierunt autem Aphricā & Mauritaniam, venerūtq̧ ad littora Tyrrheni maris, vbi quatuot ꝗnationes gentis suę exules inuenerūt cum duce Corineo. Quibus secum assumptis direxerūt iter ad fines Acquitanię, ibi eis exortum est cum Gallis pręliū grauissimum, quibus eo tp̄e reges decem pręsidebant: in quo congressu apparuit indicibilis fortitudo Corinei ducis, qui tam valde percussit consularē virū in summo capitis vt eum dissecaret in duas partes toto corpore diuiso. Nepos autem Bruti Turnus & ipse fortissimus miles, qui solo gladio suo sexcentos ibi peremit, hostiū gladijs occisus est, deditq̧ nomen Turoni ciuitati, qa in loco illo sepultꝰ fuit: fine dato illi certamini Brutus cum suis ad naues redijt, cœptumq̧ iter aggressus tandem ad insulā destinatam peruenit. Erat autem nomen insulę illius Albion, & a solis inhabitatur gigantibus, cum quibus certamen persępe habuerūt, quam insulam Brutus de suo nomine vocitauit Britanntam, hominesq̧ suos Britones vel Britannos. ¶ Dux autem Corineus terram quę sorti suę cesserat, Corineam vocitauit, quę modo Cornubia, vel a cornu Britannię, vel ex prędicti nominis corruptione appellatur. ¶ Nunc autē de successione Bruti, & qualiter Saxones Angliam obtinuerunt locutio sic exorditur. Porro exactis.xxiiij.annis ex quo insulam ingressi sunt, mortuus est Brutus relictis tribus filijs regni sui heredibꝰ qui sepulto patre distribuerunt inter se regnum paternum, quilibet partem suā de nomine proprio appellando. Primus cui nomen erat Lotrinus mediam partem insulę possedit, quę postmodum Lotria est appellata. Secundus qui Camber dicebatur, accepit partem illam quę post Cambrio dicta est, & modo Galia vocatur. Tertius cui nomen erat Albanactus possedit terram quę nūc Scotia dicitur, eiq̧ nomen dedit Albaniam. Regnauit autem Lotrinꝰ decem annis & mortuus est. Hi em̄ vsq̧ ad Iulium Cęsarem Britanni libera volūtate regnauerunt, sub cuius imperio Romanis tributarij facti sunt. Porro tempore Marci Antonij Veri instāria Luci Britanniarū regis per legatos Eleutherij papæ mysteria Christianitatis susceperunt, in qua aliqui eorum vsq̧ ad martyrij coronam perducti sunt. Orta em̄ persecutione sub Diocletiano Cęsare, licet fides deficeret in pluribus, in alijs tamen frangi nec morte potuit. Sed postq̄ maximus tyrannus insulam Britannię militum pręsidio euacuauit, irruerunt picti cęteręq̧ barbarę nationes, populumq̧ imbecillem & terram totam cęde & pręda vastare cœperunt, accessit huic malo & aliud, ꝙ rex Vertigerius ad sui tutamen, hostiumq̧ impugnationem inuitauit gētem Saxonum adhuc paganicā, quę cum aliquādo dire strēnue ac fortiter eos tutati fuissent: domiāndi cupidine illecti dignitates ciuium a rege petierunt, vt non iam opem ferre ciuibꝰ, sed potius tyrannidem exercere in eos liberius possent, quod Britanni pręcauentes expulerunt eos, sed illi repulsi multipliciter redierunt, pacemq̧ simulantes

pene vniuersos principes eorum fraudulenter occiderunt:pręualentes igitur ad tempus ciuitates & castella occupauerũt,donec surgeret rex Aurelius Ambrosius qui eorum ducem interfecit,ciuitates abstulit,eorumq̃ reliquias effugauit:post Aurelium surrexit Vterpandragon Aurelij frater qui genuit Arturũ regem inuictum atq̃ magnificum.Post istos sex reges de eorum gente regnauerunt:& tunc pręualentibus Anglis auxilio Aphricanorum aliarumq̃ gentium Britones monarchiam insulę & diadema regni perdiderunt,& alij quidem in minorem Britãniam vbi eorum & genus & nomen permanet.Alij vero in Galliam transfugerunt.Demum cum redirent regnum obtinuerunt:sed non multo tempore post vrgente eos diuina vltione per famem & mortalitatem insulam alienigenis gentibus inuadendam reliquerunt.& ab illo tempore Saxones id est Angli Angliam de eorũ nomine nuncupatam sub eorum dominio tenuerunt. ¶Adhuc de catalogo regum Britanniæ habendus est sermo.Vnde anno primo Gratiani imperatoris,& deinceps regnauit apud Britannos Maximus annis.xxiij.& tunc Britannorum vires nimis ex hostium irruptionib⁹ attenuatę sũt.& q̃a a Romanis vndiq̃ bello laborãtib⁹ nihil subsidij habere poterant,substrahũt se ab eorũ dominatione & inito consilio direxerunt Londonieñ Archiepiscopum ad regem minoris Britanniæ Ildroenum vt eis succurreret:at ille tradidit fratrem suum Constantinum eis cum grandi militũ armatura:qui quidẽ Constantinus erectus fuit in regem,regnauitq̃ annis decem:habuit autem tres filios,Constantem qui monachus factus est. Aurelium Ambrosium,& Vterpandagron.Itaq̃ post alios annos.xxiij.quidam dicunt Anglos venisse in Britanniam:scilicet anno domini.cccc.xlvij.& Aurelium Ambrosium ibi regnare cœpisse.Sed verius videtur eos multo ante venisse q̃ ille regnaret.Deinde post annos.xlv.ab anno pręnotato quidam asserunt initium regni Anglorum:verum in hac re multum dissonant historię.Itaq̃ Britanni non valentes vlterius ferre virtutem Anglorum vt victi cõcesserunt in ius & nomen eorum,& vocati sunt Anglici.Et primus rex de gente Anglorum Elli:secundus Telini altero mortuo succedendo regnauerunt annis.lxx.Post hoc,tertius regnauit Edilbertus annis.lv.post hũc Eadebal filius eius annis.xxiiij.cuius filius Calcobertus anno domini.cccccc.xl.regnauit annis.xxv.Hic in Anglia secd̃m Vincentium primus idola destruxit,& fidem Christi dilatauit.Post hunc filius eius Ebertus annis.viij.post hunc frater eius Lothere annis.xij.post illũ Edrich biennio regnauit:quo mortuo externi gentium reges regnum Anglię discindunt annis quatuor.Post hoc Vicredo filius Egberti Anglos ab illorũ oppressione liberat,& super eos regnat annis.xxxvj.postq̃ Edilbertus annis.viij.scilicet vsq̃ ad annum dñi.ccccccc.xxxvj.Adhuc autem regnum Anglorum annotare supersedeo.& ad historias eorum te remitto.

Aureli⁹ Saxões regno deturbat & vicit.

Britãni a rege Britannię minoris opem petunt.

Vide q̃ reges Anglorum regnauerunt.

¶Capitulum.XLVIII.

Focas mortuo Mauricio tumultu militari electus Romanũ temeritate propria inuasit imperium.Cœpit quoq̃ anno domini.cccccc.xx.& ab vrbe cõdita.M.ccc.lxx.& imperauit annis viij.Sub huius imperio Persę & alię confines nationes Romano imperio damna maxima intulerunt.Nam per eas Romani deuicti multas in oriente prouincias:sed ipsam etiam Hierosolymam perdiderunt.

Focas imperator.

¶Capitulum.XLIX.

Sabinianus papa

SAbinianus primus in cathedra Petri sedit anno vno,mensibus quinque,diebus nouem.Hic instituit vt horę diei per Ecclesias cantarentur,quod antea non fiebat. Huius tempore fames valida vexauit Italiam: frigus etiam intensissimum fuit,ita que in Longobardia omnes vites siccatę sunt,messes etiam percussę vredine perierunt: quod mortem Gregorij figurauit: quia videlicet mundo defecit qui pabulum spirituale & corporale prębebat. Post mortem beati Gregorij fame inualescente in partibus Romanis veniebant pauperes,quos consueuerat Gregorius liberaliter pascere,ad Sabinianum pontificem Gregorij successorem,dicebantque sibi.Domine,quos pater noster Gregorius solebat pascere,tua sanctitas fame perire non sinat.Quibus papa turbatus semper talia respondebat.Si Gregorius ad famam suę laudis cunctos populos curauit suscipere:nos tamen non possumus ipsos pascere,& sic semper vacuos remittebat.Cū igitur dictus papa contra Gregorium multū linguā suā eloquendo laxaret,diceretque que ipse dei ecclesiam suis eleemosynis dissipasset,apparuit ei in visione beatus Gregorius,ipsumque monuit,vt se de tenacitate corrigeret,& a detractione cessaret,qui se in aliquo non correxit:apparēs ei igit̄ iterū ip̄m valde perterruit,& in capite percussit:de qua percussione post paucos dies exspirauit. ¶Capitulum.L.

Sabinianus vituperat S. Gregorium tanque dispēsatorē ecclesię.

Bonifacius tertius

BOnifacius tertius in cathedra Petri sedit mensibus.viij.& diebus.xxviij.De hoc pontifice nota que tempore quo erat Cōstātinopolitan̄ Episcopus ibi obtinuit a Mauricio imperatore tunc turbato contra beatum Gregorium & Romanam Ecclesiam,vt vocaretur in literis suis siue sibi siue ab ipso mittendis vniuersalis pontifex siue papa,quam pręsumptionem beatus Gregorius durissime reprehendit sic dicēs.Quis est iste qui contra statuta Euāgelica,contra canonum decreta nouum sibi nomen vsurpare pręsumit:vtinā sit vnus sine diminutione qui vocari appetit vniuersus siue vniuersalis.& in detestationem istius vocabuli & superbię,Gregorius se seruum seruorum dei postmodū in suis literis nominauit.Et quia Mauricius imperator fauit in hoc dicto Episcopo vocato Ioanni deus ipsum grauissima pœna puniuit,quia Focas miles eius cum fauore militum ipsum vxoremque eius & filios vita priuauit,& imperium assumpsit. ¶Capitulum.LI.

Bonifacius quartus.

BOnifacius quartus in cathedra Petri sedit annis.vj.mensibus viij.diebus.xxv.Huius pontificis tempore fames/pestilentię/& inundationes aquarum fuerunt grauissimę.Hic a Foca principe impetrauit vt templum Idolorū,quod pantheon vocabatur,ædificatum in honorem Cybeles,quam matrem deorum dicebat antiquitas:omnium deorum purgata spurcicia Idolorum conuerteretur in reuerentiam & honorem Virginis gloriosę,quę mater est veri dei & omnium sanctorum,& nunc vocatur sancta Maria rotunda propter circularem ędificij qualitatem. Huius pontificis tempore mulier quędam in Francia sancto Ioanni Baptistę deuota triennio in oratione & deuotione infatigabiliter perseuerans,petijt a deo de membris sancti Ioannis aliquid obtinere.Demum iurauit se nō māducaturā,donec quod petebat acciperet.Septimo vero die ieiunans pollicem sub altare miri candoris vidit,quem

lętā recepit. Tres autem Episcopi accedentes volentes quilibet partem habere tres guttas a pollice stillantes singuli singulas habuerunt.

❡Capitulum.LII.

ERaclius Aphricę procōsularis Focam eo quia dominū suum proditorie & fraudulenter occidit, ipsum regno pariter & vita priuauit, & imperium assumpsit, & annis.xxx.imperauit. Hic fuit multum decorus, visu hilaris, statura mediocris, egregię fortitudinis. Nam leones etiam in arena sępius interfecit: Anno.vj.sui imperij Cosdroe rex Persarum totum Aegyptū Alexandriam, Libyam, atq̧ Carthaginē violēter cœpit: Damascum & Hierosolymam deuastauit, ac venerabilia loca igne consumpsit. xij.M.Christianoꝝ cū Zacharia Patriarcha captiuauit, fereq̧.xc.M.peremit, ac crucis Christi preciosum lignum secum in Persidem asportauit: ob quod dictus Cosdroe proteruiā in tantam atq̧ superbiam prorumpere ausus est, vt ab incolis vicinarum gentium quas nephario suo imperio subiugauerat, coli se iuberet, vt deum & vocari se regem, & dñm dominātium superbe mandauit. Fecit quoq̧ sibi turrim argenteam, in qua interlucentibus gemmis thronū extruxit aureum. Ibiq̧ Solis quadrigam, Lunę ac stellarum imaginem collocauit, ac per subtiles & ocultos meatus aquam spargebat, vt quasi deus pluuiam desup infundere videret. Crucē quoq̧ dñi iuxta se ī dicto cœnaculo quod extruxerat honorifice collocauit. Contra quem Eraclius proficiscens secum ferens beatæ dei genitricis imaginem, quę apud Bisantium est, non hominis manu sed dei miraculo pictam dimicauit, & per intercessionem beatę Marię obtinuit. Grādo siquidem vehemēs super Persarum exercitum cadebat, acie vero Romanorum intacta & illęsa ab ipsa tempestate permanente, & tandem capto dicto Cosdroe per dictū Eracliū sic dixit ei Eraclius: pro eo ꝙ lignū sanctę crucis licet indignus honorasti, si credere volueris dño Iesu Christo, & illius te seruum esse confitearis, regnum tibi Persarum tñ cum tuo patrimonio & vitam, acceptis abs te pacis obsidib⁹ dabo: quod si nolueris mox meo gladio interibis. Cū ꝙ Cosdroe non acquiesceret extracto gladio caput eius amputauit, filiumq̧ Cosdroe paruulū baptizari pręcepit, Persisq̧ prępomsuit, argētū quidē Cosdroe exercitui mandauit distribui, aurum autem ad restaurationem Ecclesiarū. quę per dictum tyrannum destructę fuerant, deputauit: & suscipiens lignum sanctę Crucis veneratione dignissima suo loco restituit. Verum cum dictus Eraclius per portam quam dñs ad passionem exiuit, cum pompa vellet ingredi, porta vltro clauditur, eoq̧ humiliato vltro aperitur: & cruce dñi in templo locata festum Exaltationis institutum est, & vrbis Hierosolymitanę Christianis recuperata, quę tamen per dictum Cosdroe capta extiterat. ❡Elatus igit̃ Eraclius tantis victorijs cœpit Persas, Arabes, Chaldęos, & cōfines nationes crudeli & aspero: & quasi tyrannico premere dominatu: propter quod prędictę nationes quę ante catholicā fidem tenebant, & Romanę Ecclesię ac imperio obediebant; rebellionem contra imperium assumpserunt: & fuerunt principales qui rebellauerunt de Arabia & radice montis Caucasi, quę gens Nabathęa nūcupatur, a Nabaioth primogenito Ismaelis: vnde non Sarraceni sed Agareni siue Ismaelitę dici debent. ❡Dicti igitur populi, scilicet Nabathęi, Persæ, Arabes, & Chaldęi, qui hodie Sarraceni vocātur, adiunctis cōfinibus sibi pro-

Eracli⁹ Focā occidit.

cosdroē rex Persarū has regiones āflixit, & crucē dñi secū aportauit.

cosdroe supbia.

Eracli⁹ cosdroe debellauit ac cepit, & crucem dñi reportauit.

Cosdroes occiditur.

Miraculum sanctę crucis.

Festum exaltationis crucis.

uincijs regiones imperij hostiliter intrauerunt,& vt ab obedientia imperij ita recederent,ꝙ nunq̄ ad reconciliationem seu obedientiam traherentur consilio Machometi,tunc inter Persas diuitis & potentis occasionem diuersi cult⁹ assumunt,vt occasione diuersę crudelitatis & fidei,si fides dici debeat:ad primū dominiū de cętero nō redirent:forte a Hieroboā familiare sumentis exemplum, qui decem tribubus ipsum sequentibus diuersum cultum tradidit,vt ad pristinum & debitum dominiū imperpetuū nō redirēt.Idem quoq̄ fecerūt post multa tempora Grȩci,cupientes em̄ se ab obedientia sanctę Romanę Ecclesię separare,acceperunt diuersum cultum seu diuersum ritum in Ecclesia ministrandi,& scienter prolapsi sunt in diuersos errores,omnes em̄ illorum calogeri qui conseruāt & nutriunt schismata aut sunt Nestoriani,aut Euticites, aut Arrhiani,aut Iacopitę,aut Hebionitę. Quidā tn̄ Historiographus Sarracenorū ab Ecclesia & imperio discessum sequenti prouenisse causa asserit. Cū quidā spado imperatoris Eraclij distribueret togas militib⁹, & īter alios etiā Sarraceni sub imperatore militātes venissent ad accipiendas togas spadone eis indignāter dicēte:vix sufficit impator dare togas militibus quāto magis istis canib⁹:illi dolore & pudore incitati totam Sarracenorum partem ad rebellandum incitauit, cuius verbi occasione sequenti anno Sarraceni capta Damasco Phœnicem & Aegyptum occupant,ac post hæc Hierusalem obsident,eamq̄ post biennium expugnant & capiunt.Contra prędictas nationes quę sic in ore gladij prouincias imperatori vicinas prostrauerant,misit Eraclius imperator maximā militiam quę tota ab hostibus cęsa est.Nam centum quinquaginta millia de exercitu imperatoris,domino sic permittente,prostrata sunt. Aliquę historię tradunt dictum imperatorem ante dictum conflictum Euticis errore maculatum iunctum.Alię tamen historię dicunt ꝙ erat auersus a fide catholica, & corruptus ab Anastasio Patriarcha Iacopitarum,& ita est opinandū.Nam q̄diu tenuit veram fidem omnia sibi prospere successerunt. Nihil em̄ est ꝙ ita nequeat occasui subiacere q̄ vera religio.Nihil quoq̄ lumine clariore pręfulget q̄ recta fides in principe.Peracto igitur dicto conflictu multiplicatur exercitus Arabum & Nabathęorum,ipsis videlicet iunctis Chaldęis,Amonitis,& Moabitis, quibus adiungitur Mahometes, qui tenebat in Arabia principatum. Iste surrexit siue fuit post mortem beati Gregorij per triginta annos seu circa:porro iste Mahometes Sarracenorum & Arabum princeps & pseudo propheta fuit de genere Ismaelis filij Abrahę,qui cum in primęua ętate sua esset mercatot frequenter pergebat cum camelis suis ad Aegyptum & Palęstinam cū Iudęis & christianis,a quibus tam nouum q̄ vetus didicit testamētum,sed & magus perfectissimus est effectus,& cum Corrocanam ingrederetur prouinciam cuius prouincię domina Cadiga vocabatur, & diuersas species quas Mahometes secum attulerat dicta domina miraretur:cœpit eū dicta mulier familiarius attrahere,quam Mahometes incantationum suarū viribus cœpit paulatim inducere in errorem:dicebatq̄ se esse Messiam,quem Iudęi adhuc spectant esse venturum.Suffragabantur quoq̄ verbis ipsius tam incantationum pręstigia q̄ calliditatis eius ingenia copiosa,qua opinione non solum dicta potens mulier est decepta,sed omnes Iudęi ad quos fama eius pertingere potuit,ad eū cum Sarracenis cateruatim tanta rerum nouitate attoniti confluebant,quibus cœpit nouas leges fingere,& eis tradere. Adhibens etiam eiusdem legis testi=

Mahometes.

Causa rebellionis Sarracenorū & de fectiōis ab Eraclio.

Trucidat ipe ratoris exercit⁹ Eracli⁹ deuiat a fide.

Mahometis origo siue genus.

Mahometis astutia.

monia noui ac veteris testamenti, quas leges Hismaelitę seu Sarraceni suas appellant, eumq; suum legislatorem esse fatentur. Pręfata quoq; mulier videns hominem Iudęorum & Sarracenorum pariter testimonio approbatum, & sequela vallatum existimabat diuinam in illo latere maiestatem, & cum esset vidua assumpsit eum sibi maritum. Sicq; Mahometes totius illius prouincię obtinuit principatum. Deinde vero Arabes ei adhęrentes Persarum regnum infestare cœperunt, totumq; imperium orientis inuaserunt. Tantūq; pręualuit hostium multitudo q; Eraclius qui iam auersus erat a fide, resistere non potuit: vnde coactus est omnia sacra quę erant in Hierusalem, & pręcipue preciosum lignum sanctę crucis apud Cōstantinopolim asportare. Iam enim Persę cum Arabibus & alijs prædictis nationibus coniuncti Syriam occupauerant, & partem maximam Palęstinę, quod fuit imperij Eraclij anno. xx. Insuper Mahometes qui a prædictis nationibus tanq̄ summi dei propheta & nuncius colebatur, laborans morbo epilentico sępe cadebat, quod Cadiga vxor eius cernens oppido tristabatur, eo q; homini impurissimo iunctam matrimonio se videret, quam ille placare desiderans, eam talibus sermonibus demulcebat. Dicebat quoq; cum Gabriele Archangelo se habere colloquium. Nec vultus eius splendotem ferre posse, in eius affectu mirifico virtutem suam omnino deficere, & propter hoc ipsum cadere oportebat. Credit ergo mulier eius falsis assertionibus. Crediderunt & alię supradictę nationes, eo q; Gabriel Archangelus sępe ideo ad sanctos homines destinatur: quod ex ore Gabrielis Archangeli Mahometes leges illas susciperet, quarum eis obseruantiam imperabat. Fertur quoq; q; est libellus in partibus transmarinis de eius fallatijs, in quo legitur q; ipse volens sibi conciliare animos populorum dicebat se esse prophetam ad eorum salutem diuinitus destinatum: videlicet q; legem Iudæis & Christianis datam, quę nimis rigida & seuera erat. mitiorum pręceptorum promulgatione temperaret. Et vt ei⁹ iussioni ad instar Moysi attestarent, & signa quędā & prodigia viderentur assignatā die ad certum locum populum conuocauit, legem diuinitus missam in signis & prodigijs accepturum. Tunc eo sermocinante ad populum columba candida quę in vicino loco erat ad hoc fallaciter edocta, aduolans super humerum eius stetit, & in eius aure iuxta morem solitum grana in aure reposita comedens verba legis ei suggerere videbatur. Taurus quoq; similiter ad hoc ipsum consuetudine quadam edoctus, vt de manu eius populum acciperet ad vocem eius coram populo venit, & quasi nouę legis mandata cœlitus missa quę ipse cornibus eius alligauerat detulit. Sed & vasa quædam lacte plena & melle, quæ ipse in certis venis terræ artificiose & latenter immiscuerat: quasi per diuinam reuelationem fecit effodi, & populum velut in signum futuræ abundantiæ, quam per eiusdem legis obseruantiam mereretur, ostendit. Sicq; miraculis & magnalibus diuinis congratulantes & acclamantes seduxit, atq; ad legem suam quasi diuinā recipiendā pertinaciter animauit. ¶ Porro de Mahometi origine, de ipsius furtis & latrocinijs, de ei⁹ crudelitate, de ipsi⁹ ipudicitia & flagicijs q; fals⁹ Propheta fuerit de fabulis ab ipso cōfectis de Alcharano morte & instabilitate sectatorū ei⁹ q; lex ei⁹ nō sit diuia, q̄liter per fallaciā fuit data, de vilitate styli in legis datiōe, de iperitia & fictiōe illi adhętētiū, de noie Mahometi, q; falso dica-

Mahometes morbo epilētico vexatur.

Mahometi mēdacia.

Mahometi calliditas.

Mahometi vita.

tur in throno scriptum,de superstitiosis ieiunijs & lauacris Sarracenorum.de
circuncisione & prohibitione carnis porcinę.& vxoris repudio.de peregrina=
tione ad domum Mœchę,de eo ꝙ in domo illa dicuntur fieri mira:de eo ꝙ Ma
hometes iubet homines ad sectam suam violenter cogi:de vanis promissioni=
bus & minis Mahometi:de descriptione paradisi & inferni iuxta figmēta Ma
hometi longus est sermo. Sed quia per alios scriptores historiarum hęc omnia
plene notantur.& propositum pręsentis operis est historias abbreuiare pro vi=
ribus,quę de Mahometo dicta sunt,pręter id modicum quod immediate seque
tur breuitatis causa sufficiant. Nunc ad seriem historię redeamus. Mahometes
igitur magicis artibus instructus pretextu contemptus imperij dictis nationi
bus persuadet de modo viuendi,& ad augendum diuinum populum multipli=
citer sua arte delusit,& totaliter auertit a fide,dicens ipsos principatum tenere
non posse,nisi a Christianorum fide omnino diuerterent,suaq; documenta ser=
uarent. Simulansq; vt prędictum est,aliquid diuini muneris in se habere,&prę
stigijs multis per ipsum ostensis homines decipiēs Propheta maximus ab om
nibus in dicto populo habebatur. Iudęos & multos vt dictum est ita decepit,vt
ipsum crederent esse missum. His ergo versucijs & sua potentia & ampliatio=
ne legis circa venerea,& promissionibus legis circa futura populos seducebat,
& armorum potentia ad suam perfidiam compellebat. Lege eñ data per Ma=
hometum populi qui arma sumpserant contra imperium si quas regiones oc=
cupabant eos legem Mahometis suscipere compellebant,nolentes autem obe=
dire crudeliter trucidabant. Vnde de Arabia intrauerunt Aegyptum & ibi po=
pulum subuerterunt. Demum transierunt in Aphricā & simile fecerunt. Post=
modum reuenerunt in Hispaniam & eam in parte fidem pristinam dimittere
coegerunt,& sic multiplicati sunt super numerum plus violatione belli q̄ prę=
dicatione sermonis. In his quoq; maximis aduersitatibus constitutus Eraclius
pro maiori parte priuatus orientis imperio:& propter suam infidelitatem de=
stitutus a deo.xxx.imperij sui anno diā clausit extremū. ¶Cap.LIII.

Deusdedit.

DEusdedit primꝰ in cathedra Petri sedit annis.iij.diebus.xxiij.
Hic clerū multū dilexit. Hic cōstituit vt nulla mater propriū
filiū de sacro fonte leuaret. Itē cōstituit vt si aliquis alicuiꝰ fi=
liā de sacro fonte leuauerit,filius eius nō possit eā in vxorē ac=
cipere:vt habetur.xxx.q.j.c.nō oportet. Hic fuit vir sanctissi=
mus,qui dū leprosum quēdam oscularetur statim leprosus cu
ratus est. Eius tpe factus est maximꝰ terręmotꝰ mēse Augusti. Post hęc secuta
est clades in populo.s.percussio scabiei tāta ꝙ nullꝰ mortuū suū recognoscere
poterat. Huius pōtificis tpe duo doctores Ecclesię de prouincia Hispanię flo=
ruerūt:vnus fuit Brālio Cęsaraugustañ Epūs,alius fuit IsidorꝰHispaleñ Eps
de quo quędā historię narrāt ipsum fecisse officiū missę in dicta Ecclia Hispa=
leñ,in qua plura dicūt & legūt diaconi & sacerdotes,& sunt i officio dictę missę
duo mirāda. Vnū est ꝙ qñ leuat Eucharistia diaconus cātat alta voce versus ad
populū dicēs. Videte in quem creditis. Quando autem cātatur Pater noster.in
missa,quot sunt ibi clausulę,tot sunt respōsiones a clero:vnde cū cātatur Pater
noster qui es in cœlis,sanctificetur nomen tuū, totus chorus respōdet Amen.
Cum autem additur Adueniat regnum tuum,fiat voluntas tua sicut in cœlo
& in terra,Chorus similiter respondet Amen. Sed cum subiungitur Panem

Branlio & Isidorꝰ Hispaleñ.

Modus cātādi i Ecclesia Hispaleñ in Hispania.

nostrum quotidianum da nobis hodie:respondet chorus cum modico cātu qui est deus. In omnibus autem sequentibus clausulis respondet chorus Amen. Multaq alia sunt in dicto officio aliena a nostro vsu. Sed prædicta breuitatis causa sufficiant. ¶Capitulum.LIIII.

POst Clotarium regnauit in Francia Dagobertus, dataq fratri Ariberto bona hęreditatis parte regnum Francię solus possedit. Deinde cum reges vicinos pacasset diligenter, diuos martyres Dionysium/Rusticum/& Eleutherium summo cum honore ad Basilicam, quę nunc sancti Dionysij vocatur, rex deferri iubet, datisq annuis prouentibus ad ministrorum sustentationem tapetes varios vnionibus ac gēmis intextos, quibus interior paries tegeretur, attribuit. Insuper & templum in honorem martyrum extructum solido argento texit. At vbi vota complesset Austrasiam atq Burgundiam reuisit, relictaq Gertrude sancta coniuge q sterilis esset Nautildem virginem superinduxit, qua etiam sterili concubitu virginis Raguetiunde filium marem suscepit, appellatusq est *Sigibertus*. Hic natus quadraginta dies a sancto Amando baptizatus est, sed cum de more Christiano post orationes sancto viro nemo responderet, infans ipse Amen expedito sermone personuit. Preterea Dagobertus apud exteros tanta fama percrebuit, vt Sclauones ac Turci controuersiarum diffinitionem ab ipso exposcerent, suum regem acclamantes si ad eos commearet. Verum post hęc instabilis effectus sacrilegijs libidinibusq regnū polluit extrusis e regno qui veritatem prędicabāt. Erant regi multę pellicum caterue, obtinēte tamen Pipino nonnullisq proceribus in vitia licenter nequaq rex defluebat. Quā ob rem sanior effectus resipuit, natusq est ex Nauthilde vxore filius, cui postea Clodoueo nomen fuit. Cui adulto Burgundiam dedit Sigiberto vero Austrasiā. Deinde tributo quingētorꝫ boū Saxones leuauit, eo pacto vt Sclauones in Thoringiā irrūpētes debellarēt: dehinc mortuo fratre Ariberto filioq ei⁹ Vascones primo, deinde Britones in potestatē recipit. Per id etiā temp⁹ dū ad dedicationē Ecclesię sancti Dionysij rex Dagobert⁹ ēpos vocasset, Christ⁹ (vt quidā referūt) templū dedicauit, signis multis pp̄ fidem faciētib⁹. His ita pręclare gestis Dagobert⁹ filios, reges, pōtifices, ac proceres in cōciliū euocat, vbi throno insidebat aureo testamētū cōdidit, cui⁹ curatores filios instituit. Concilioq dimisso paucos post dies alui profluuio anno regni sui. xiiij. diē clausit extremū: sepultusq est apud sanctū Dionysiū. Hui⁹ animā Ioānes Insulanus ęremita a dęmonibus raptā vidit. quę cū ad poenas duce retur crebro Dionysium/Martinū/ac Mauritiū inclamabat, tandē horū ope a dęmonib⁹ erepta coelū petijt: hoc Dauidicū decantans. Beatus quē elegisti & assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis. ¶Capitulum.LX.

Dagobertus.

Institutio coenobij Dionysiani.

Dedicatio Dionysiani coenobij.

Dagobertus morit.

BOnifacius quintus natione Campanus patre Ioanne sedit in cathedra Petri annis. v. diebus. xiij. Hic constituit vt nullus de Ecclesia extrahatur. Item constituit vt testamentum haberet valorem principis iussione. Hoc tempore Theodeluida mortuo Adradaldo vna cū filio regnū Lombardorū sapiēter & integre gubernās inter Lōbardos & Italos pacē decennio continuit Ecclesias multas donis & muneribus ornauit. At Bonifacius rebus diuinis intendens, coemiterium Nicomedis fecit & dedicauit. Hoc tempore

Bonifacius.

floruit Gallus beati Columbani discipulus, Eustatius abbas, Eligius Episcopus, qui apud Parisios monasterium sanctę Aureę, quod nunc sancti Eligij dicitur extruxit. Mortuus est autē Bonifacius anno quinto sui pontificatus, sepultusq́ est in Basilica Petri.

¶Capitulum.LVI.

Honorius.

HOnotius natione Campanus patre Petranio viro consulari sedit in cathedra Petri annis.xij.mensibus.xj.dieb⁹.xvij. Hic erudiuit clerum,& ipsum honestissime ordinauit. Huius tempore Eraclius imperator cum esset Astronomus vidit regnū vastandum a gente circūcisa, quare mandauit Dagoberto regi Francorum vt omnes Iudęos in regno suo baptizari pręciperet, quod & factū est. Sed in hoc deceptus est, quia gens circuncisa fuit, gens Sarracena non Iudaica, quia vtraq circuncisionem obseruat. Siquidem Sarraceni eodem anno Romano imperio rebellant,& deuastata per Sarracenos Syria, crux domini a Hierusalē Constantinopolim transfertur, cuius maior pars post multa tempora ad petitionem Ludouici regis Francorum Christianissimi, anno domini. M.cc.lxvij. Parisius translata est.

¶Capitulum.LVII.

Seuerinus.

SEuerinus primus in cathedra Petri sedit anno vno. Hic fuit vir benignus amator cleri, erga pauperes largus, circa regimen Ecclesiarum diligens: Ecclesias quoq vrbis in prędijs, vineis, vasis, & alijs ornamentis mirabiliter ampliauit. Eo quoq tempore Mauritius Cartularius & Isacius Laterañ episcopium spoliauerunt. Mauritius dolose contra Ecclesiā dei motus consilio inito cum quibusdam peruersis hominibus Romanum excitauit exercitum dicens: quid prodest q̄ tantę in episcopio Laterañ sunt pecunię congregatę,& milites nostri nihil exinde subuētionis habent, immo etiā stipēdia nostra quę nobis pius imperator misit recōdita retinentur. His auditis exarserunt omnes aduersus Ecclesiam,& venerunt animo irritati & armati, qui inuēti sunt in ciuitate Romana a puero vsq ad senem sunt spoliati. Sed gratia protegente Episcopium Laterañ non potuerunt infringere, immo nec intrare permissi sunt, quod videns Mauritius pacem simulans tandem thesaurum deprędatus est, quem multi Christianissimi imperatores pro redēptione animarum beato Petro reliquerant pro pauperibus omni tempore sustinendis: de quo thesauro dictus sacrilega Mauritius Eraclio imperatori partem misit, vt eum sui sacrilegij faceret esse participem. Eo tempore Syrus Alexandrinus & prius Cōstātinopolitanę vrbis Episcop⁹:& Sergius Acephalorū hęresim dogmatizāt. Ex quo est attendēdū quātū malū sequit, qñ dñium est turbatū, tūc eī mali hoīes assumūt audaciā male faciēdi,& se & alios deprauādi in vita & doctrina,& ad principes & populos corrūpendos.

Mauritii sacrilegus.

Syrus alexandrinus.

¶Cap.LVIII.

Ioānes quartus papa.

IOannes quartus in cathedra Petri sedit anno vno, mensibus nouē, diebus.xviij. Hic thesauros Ecclesię distraxit, magnāq militiam congregauit, Dalmatiam & Istriam a magna seruitute redemit. Sed quod fuit huiusmodi facti motiuum non ponunt scriptores historiarum, sed esse potuit, quia forte censuales erant Ecclesiæ dictæ prouinciæ, sed neglectus est ille

census, sicut & alia multa pertinécia ad Romanã Ecclesiam per summos pon= tifices sunt neglecta, vt in Anglia, Cicilia, & Sardinia, & de multis alijs insu= lis contingit, vel sorte fuit motiuum gentis suę sollicitudo ad quam liberandã ipsum mouit seruor & incendium charitatis. quia seruitus erat iniusta. Eodem tempore Mahometes princeps & propheta magnus Sarracenorũ apud Mœ= cham morbo epilentico seu caduco moritur, qui moriens cognatum ad apicem sui principatus ꝓmouit, qui parũq; regnauit, eiq; Humarus in principatu suc= cessit. Ferunt hoc tempore sacerdotem quẽdam Rhotaris Longobardorũ regis corpus apud templum Ioannis Baptistę sepultum noctu aperto tumulo spo= liasse, solent enĩ preciosa quędam cum regum corporibus reponi. Hanc ob rẽ beatus Ioannes homini apparens mortem interminatus est, si deinceps tem= plum suum ingrederetur. Hic pontifex post multa ab eo clare gesta anno pri= mo sui pontificatus moritur: sepultusq; est in Basilica Petri quarto Idus Octobris.

Primus papa q accepit arma ad redimendũ seruitutẽ Dalmatorũ & Istrorum.

Mahometes moriť.

Capitulum. LIX.

THeodosius primus in cathedra Petri sedit annis sex. mensib9 quinq;, diebus. viij. Hic fuit amator pauperum, largitor beni= gnus, & super omnes misericors. Hic constituit benedictio= nem cerei in Sabbato sancto. Dicti summi pontificis tempo re dictus Eraclius imperator moritur, & filius eius Constan tinus ad apicem imperij sublimatur, qui quarto mense sui im perij ab Augusta Martina nouerca sua, & Pyrrho Patriarcha Constantinopo litano veneno extinguiť. Martina vero cũ filio suo Erathona imperiũ violẽter assumit. Sed statim Martina ligua heraclio vero naso abscissis exilianť. Eodẽ tempore Dagobertus Francorum rex moritur, cuius animam ad iudicium ra= ptã contra quem dum multi sancti de Ecclesiarũ spoliatione reclamarẽt, an= gelis malis eam ad pœnas inferni trahentibus, sanctus Dionysius cui pręci= pue deuotus fuerat liberauit.

Theodosius papa.

Dagobertus ope S. Dionysij a dãnatione liberať.

Capitulum. LX.

CLodoueus pro tempore patre Dagoberto Francorum regno atq; Burgundionum potitus est, data fratri Sigiberto hęredi= tatis parte. Huius anno quarto tanta rerum inopia fuit, vt passim in regno Francię multi fame perirent. Cuius rei mo= tu Clodoueus tectum templi Dionysiani quod ex solido ar= gento erat pauperibus erogauit. Hic brachium diui Diony= sij aliquando non satis reuerenter tractans mente captus est, tantaq; aeris ob= scuritas intra templum secuta est, vt qui illic aderant pauitantes citissime au= fugerunt. Rex vero quãuis nondum sanam mentem recepisset brachij partem ablatam auro circundatam, & gemmis multis decoratam corpori restituit. Ve rum nec sic sanus effectus (licet meliuscule haberet) duobus annis hoc morbo afflictus decimosexto regni sui anno interijt. De hoc rege apud historicos ni= hil præclarum scribitur quippe cui auaritię libidiniq; dedito virtutum nulla cura fuit. Huius vxor Batildis ex nobili genere Saxonum Calense monaste= rium ampliauit, in quo cum monialibus sacris religiose vixit. His etiam tem= poribus Gertrudis virgo illustris claruit.

Clodoue9 rex.

Clodoue9 vexatur.

Batildis Francię regia religionẽ ꝓfiteť.

Capitulum. LXI.

Cōstās

COnstans qui & Constantinus dictus est fili⁹ Cōstātini Romani imperij assumpsit monarchiā anno dñi.cccccc.lx.& ab vrbe condita.M.cccc.x.ab initio mundi.iiij.M.ccccc.xxij. imperauitq̧ annis.xxvj. Hic pessimus fuit in omnibus impius & crudelis contra catholicos. Cum em̄ Acephalitarum heresi lapsus esset,qui cum Euticite vnā solam naturā vnāq̧ voluntatem in Christo dño contra voluntatem catholicę fidei asseuerat,plures catholicos eo ꝙ suę nolebāt aequiescere heresi verberauit crudeliter,exiliauit iniuste,& per diuersa loca carceribus mancipauit,qui cum omnibus esset exosus,vtpote quia erat reprobatus a dño cogitauit Italiam de manibus & potestate regum Longobardorum eripere, & ibidem suum dominium dilatare, suamq̧ sedem imperialem constituere in eadem.Et licet quod conceperat executioni demandauerit,cum non proficeret contra Longobardos recedens de Neapoli versus Romam procedit,& cum per duodecim dies in vrbe remāsisset inuidens & dolens Romam tam pulchris,tamq̧ mirabilibus ędificijs adornari,contra ciues & vrbem iniquitatis suę venena diffundens,partem eorum quę ad ornamentum & decorem vrbis constructa fuerat ab antiquo:ornamenta scilicet marmorea,ęrea,& multa alia preciosa impie deponi mādauit,adeoq̧ processit sacrilega eius & prophana impietas,vt etiam Ecclesia beatę genitricis dei Marię & omnium martyrum quę Pantheon vocabatur antiquit⁹,discoperiri ęreis tegulis fecerit,& dicta ornamenta inuexit in Tyberim,fecitq̧ Cōstantinopolim asportari,sed tantarum iniquitatum merito pœnam luit. Nam cum impius imperator secreto in balneo lauaretur sui milites eius sçuiciā ferre non valentes occiderunt eum. Hic est diligentius attendēdū qualia sunt prę mia impiorum,quādiu em̄ bonus fuit,& sanctę Ecclesię debitam reuerentiam exhibuit sibi prospera successerunt.Sed mox cum se auertit a fide catholica infœliciter vixit,& fine infœlicissimo terminauit. Hoc tempore gens Sarracenorum quę Alexandriam & Aegyptum presserat, audientes Christianorum discordiam:subito cum multis nauibus Ciciliam inuaserunt,& Syracusas ciuitatem celebrem Ciciliæ violenter ceperunt,stragemq̧ magnam per totam Ciciliam faciunt populorum,vix paucis euadentibus qui per iuga montium & inuictissima castra fugerunt.¶Sarraceni quoq̧ facta magna cæde hominum recesserunt,prædam secum maximam asportantes vna cum ornamentis,quę Constantinus de vrbe secum tulerat.Vtinam hoc tempore simile non accidat Christianitati.

Achephalitarū heresis.
Cōstātini i deū ipietas, & in vrbē sçuitia.
Cōstātinus occidit a suis.
Notā.
Sarraceni Ciciliā inuadunt.

¶Capitulum.LXII.

Martinus.

MArtinus primus in cathedra Petri sedit annis.vj.mense vno, diebus.xxvj. Huius pontificis tempore Humarus princeps Sarracenorum veniens Hierusalem,vbi fuit olim templum Iudęorum,quod per Tytum destructum fuerat,diligenter iubet inquiri. Loco vero reperto & diligenter mundato cœpit templum ædificare,structura vero non stabat,immo repente cadebat. Sciscitatus quoq̧ cur hoc accideret per quosdam Iudæos reppe rit,ꝙ nisi crux domini quæ erat in monte Olíueti de medio tolleretur ædificare non posset:quod factum fuit.Sublata enim sancta cruce domini,structura tenuit: & Humarus supra sepulcrum domini vnam Ecclesiam ro-

Mirum de cruce

tundam ędificauit,pro eo ꝙ Mahometes dominum nostrum Iesum Christū Huma=
tanq̃ verum dei summi prophetam:non autem tanq̃ deum adorari mandauit. r⁹ supra
Dicit enim in Alcharano Iesum Christum verum fuisse Prophetam,natū de sepul=
Virgine,cōceptūq; de spū sancto:sed nō deū. Et si queras cur cruce dñi existē= crū dñi
te in monte Olyueti structura illa non stabat:ratio esse potuit,quia non patie= sacellū
batur deus templum ibi fieri blasphemiæ preciosa cruce domini ibidem existē ędificat
te:in quo templo dum Humarus sacrificaret,a quodam Persa interfectus est.

¶Capitulum.LXIII.

EVgenius primus in cathedra Petri sedit annis duobus,mens= Euge=
sibus octo,diebus.xxij. & vacauit sedes mense vno,diebus nius.
xxviij.Hic omnibus benignus fuit,& cunctis amabilis.ma=
ximaq; claruit sanctitate:& quãuis Ecclesia orientalis tota
esset hæresibus maculata,& quãtum ad principes & quãtum
ad prælatos,Romana tamen Ecclesia semper sancta & fir=
ma permansit:& quia semper Græcorum Ecclesia respersa
diuersis erroribus vacillabat,& in excellentia & præeminentia semper Roma
num ęmulabatur Episcopum,idcirco domino disponente Romani pontifices Mirū.
prouide circa vrbem multiplicauerunt Episcopos ad concilia congreganda, Quic=
vt obuiare possent erroribus qui continue in Græcia pullulabant. Hoc tem= qd erat
pore paupere quodam a nautis eleemosynam petēte dixit nauclerus:desiste pe mãduca
tere,non habemus nisi lapides & tunc pauper intulit,ergo in lapides conuer= bile i na
tantur,& mox quicquid manducabile erat in naui in lapides conuersum est,co ui i lapi
lore & forma rerum eadem remanente. des vers

¶Capitulum.LXIIII. titur.

CIcti imperatoris tempore post Clodoueum Clotarius, quem Clota=
ex Batilde susceperat,regnum adeptus est.Hic nulla re insi= ri⁹ rex.
gnis fuit,insuper & Ebroinum impium virum palatio præfe
cit.Hic Ebroinus diuo Leodegario Heduorum Episcopo ocu Ebroi=
los effodit,& Lambertum Leodiorum pręsulem exilio dam= nus ipi⁹.
nauit,non multo post tamen impietatis suę pœnas luit.Mor Theo=
tuus est aūt Clotari⁹ post susceptū regnū anno quarto:cui successit Theodo= doricus
ric⁹ frater natu minor.Hic Sardanapalū secut⁹ libidini ac inertię aīm dedit cu volupta
bicularijs regijs cōmissa republica.Huius itaq; mos erat ad Kal. Maij populo ti se de=
se ostendere,a quo salutatus datisq; vtrinq; muneribus domum abire,ibiq; to= dit.
to anno epulis & libidini vacāti rerum nulla cura deinceps erat.Hanc nactus Ebroi=
opportunam occasionem Ebroin⁹ opprimere & vexare plures cœpit rem om n⁹ & the
nem in Theodoricum transferens. Quapropter Franci tantis impietatibus odoric⁹
offensi Theodoricum monasterio includunt. Ebroinum vero ad Lixouium i mona=
Cœnobium mittunt,inde accersita ex Austrasia Childerico regem sibi pręfi= sterium
ciunt,sed cum esset malis moribus iuuenis,innocentes opprimere,multosq; claudūt
proceres persequi cœpit.Vnde cum Franci facti pœniterent coniuratione fa= Childe=
cta in sylua venantem circunsistunt atq; occidunt vna cū Vlcide regina præ= ric⁹ occi
gnante.Reuocatoq; Theodorico rege Lendesillū palatio pręficiūt.At Ebroi= ditur.
nus re cognita monachalē habitū reijcit,ac multa sicariorꝫ hominum collecta Theo=
multitudine bellum aduersus regem mouet.Vbi commisso pręlio victoria ad doricus
Ebroinum inclinauit,fugatusq; rex Ebroino magistratum restituit.Hac vi= reuocat

Ebroinus relicto monachali habitu bellum Theodorico parat.

ctoria elatꝰ Ebroinus Lendesillum post fidem interpositam occidit.tātaqꝫ impietate vsus vt sanctos viros insignesqꝫ presules passim exilio damnaret,cōplures etiā martyrio coronaret:inter quos Leodegariꝰ Heduoꝝ Antistes nobilissime triumphauit. Quod cum resciuissent Pepinus & Martinus aduersum hunc impium Ebroinum exercitum cogunt,sed cum acerrime pugnassent salutem sibi fuga quesiuit. Ebroinus vero cum innoxios semper vexaret insidijs Hermefredi tandem interfectus. At Theodoricus cum annos decem & nouē regnasset,morte interceptus perijt.huic successit filiꝰ eius Clodoueus,qui tertio regni sui anno defunctus est,relicto Childeberto herede. De hoc Clodoueo nihil scribūt Historici perinde ac si dignum memoria nihil reliquisset. Sepultus est autem apud diuum Stephanum in oppido Cauciaco.

Thodoricꝰ moritur.

Capitulum.LXV.

Vitellianꝰ papa. Trāslatio sancti Bñdicti.

Vitellianus in cathedra Petri sedit annis.xiiij.mensibus sex:& vacauit sedes mensibus duobus,diebus.xv. Huius tempore scđm Vincentium corpus beati Benedicti de monte Cassino translatum fuit Aurelianū,& in monasterio Floriosensi reconditum iuxta reuelationem factam Mumulo abbati monasterij supradicti. Hoc tempore Cesarea Persarum regina nesciente marito cum paucis fidelibus venit Constantinopolim anno sexcentesimo tertio ac.lxxx. Que licet quidē ab īpatore honorifice suscepta nō multo post characterem baptismi suscepit,cuius rei causa venerat:hoc vbi intellexisset Persarum rex legatos statim Constantinopolim mittit,qui vxorem ab imperatore repetant,respondet imperator in arbitrio regine esse standi & descendendi,proinde eam sciscitentur.interrogata regina respondet nunq̄ rediturā in patriam nisi rex Christiani nomen susciperet,qui statim recognita cū quadraginta millibus hominum Constantinopolim pacato agmine veniens perbenigne ab imperatore susceptus vna cum militibus suis baptizatus in regnum cum vxore reuertitur.

Persatū regina baptisatur,nec ad marītū regē redire vult nisi baptisetur.

Capitulum.LXVI.

Adeodatus papa optimus.

Adeodatus in cathedra Petri sedit annis quatuor,mensibꝰ duobus,diebus quinqꝫ. Huius pontificis tempore fuerunt pluuie magne,tantaqꝫ tonitrua quāta nulla meminit etas hominū, ita vt innumera hominum & animalium multitudo fulminū ictibus,& fluminum inundationibus perierūt. Hic pōtifex benignus & quietus fuit omnes maiores & minores benigne suscipiens,& quod ab eo postulabatur prouide ac benigne cōcedens, & omnes ad se venientes consolatos remittebat atqꝫ cōtentos,sepultusqꝫ est autem ad Basilicam Petri sexto Kalendas Iulij.

Capitulum.LXVII.

Cōstantinꝰ imperator

Constantinus filius Constantini assumpsit imperium anno domini.cccccc.lxxxvj.& ab vrbe condita.M.cccc.xxxvj.imperauit ānis.xvij. Hic fuit bonꝰ fide catholicus & modestus. Primū quoqꝫ qđ fecit/iusta & debita vindicatio mortis sui patris,quoniā omnes quos in mortem patris conspirasse reppererit crudeliter iterfecit,Ecclesiaqꝫ que tempore Eraclij proaui sui in imperio ab hereticis destructe fuerunt,reparauit. Contra omnes clericos & laicos,principes & prelatos, Acephalorum & Moriathelitarum heresi

maculatos,tanq̃ verus catholicus & zelator fidei catholicę sine remissione processit. Et per istum secũdum omnes historias reparata est fides in Gręcia,quę tempore patris sui tota corrupta fuerat,& reintegrata est etiam pax & fides inter Latinos & Grecos,extirpatis hæreticorum zizaniis per principem memoratum,in quo est mature,& prouide attendendum quãtum facit bonitas pietasq̃ principis ad soliditatẽ fidei & bonũ & quietũ statũ Ecclesię,& ecõtra malitia & infidelitas principis,quãtũ nocet:qđ ostẽdũt isti duo principes Cõstãtinus tertius & Constantinus quartus:pater scilicet & filius:pater eñ,quia malus & infidelis fuit,& vilis hęreticus fidem in oriente corrupit,statumq̃ Ecclesię anihilauit. Filius vero quia bonus iustus & catholicus erexit Ecclesiam & fidem catholicam reparauit. Nota.

¶Capitulum.LXVIII.

Anno quarto imperii ei9,Donus in cathedra Petri sedit anno vno,mensibus quinq̃,diebus decem:& vacauit sedes mensibus duobus,diebus quindecim. Huius tempore apparuit stella in oriente clarissima,cuius radii cœlos penetrare videbantur. De cuius apparitione omnes gentes & prouincię mirabãtur,& a gallicantu vsq̃ mane scđm Damasum,per tres menses apparuit:post quam apparitionem maxima mortalitas secuta est in partibus orientis. Donus papa.

¶Capitulum.LXIX.

Agathon in cathedra Petri sedit annis duobus,mensibus sex,dieb9 quatuor:& vacauit sedes vno anno,mensibus.vii. diebus.xv. Hic fuit benignus/mansuetus/hilaris/& iocundus:clerum quoq̃ diuersis honoribus ampliauit. Huius pontificis tempore sexta Synodus apud Cõstantinopolim celebrata est, qua Cirilli, Athanasii,Basilii,Gregorii,Dionysii,Hilarii,Ambrosii,Augustini, Hieronymi, sententia conclusum est duas naturas & operationes in Christo esse,explosaq̃ illorum pertinacia qui vnicam in domino esse voluntatem dicerent,vnde Monothelithę vocati sunt. Prima Synodus trecentorum &.xviii. patrum Nicę habita est,pontifice Iulio ac Constantino principe contra Arrhium,qui diuersas in Trinitate substantias ponebat. Secunda Constantinopoli centum & quinquaginta patrum Gratiani principis & Damasi papę temporibus contra Macedoniũ & Eudoxum negantes deum esse spiritum sanctum. Tertia in Epheso ducentorum patrum magno Theodosio principe & pontifice Cœlestino contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum,qui Virginem non Dei sed hominis tñ genitricem, appellauit,quiq̃ aliam personam carnis,aliam faceret diuinitatis,& seiunctim alterũ esse filium Dei, alterum hominis prædicaret. Quarta Calcedonię,quę vrbs regione Bisantii est,sexcentorum & triginta patrum,Leone pontifice & Martiniano principe contra Eutichen Constantinopolitanũ abbatẽ,qui asserebat Christũ post assumptã humanã naturam nõ ex duabus naturis cõsistere,sed sola diuina contentũ esse. ¶Quinta Constantinopoli contra Theodorum & hęreticos omnes,qui Mariam virginem solum hominem peperisse dicebant,qua in Synodo cõstitutũ est vt beata virgo theotocos diceretur. Sexta Synodus superius ample declarata est. Pontifex vero Agathon cuius tempore post Lunę ac Solis eclipsim peste & grauissima laboratũ est. Pontificatus sui anno secundo,mẽse sexto,die.xv. moritur:sepultusq̃ est ad sanctum Petrum quarto ides Ianuarii.

[Margin: Agathon papa. / Synod9 apđ cõstãtinopolim. / Quatuor cõcilia. / Primũ. / Scđm. / Tertiũ. / Quartum. / Quĩtũ.]

¶Capitulum.LXX.

Leo secundus papa.
Cōpositio cantus Ecclesiastici.

LEo secundus nātione Siculus in cathedra Petri sedit mensib⁹ decem, diebus.xvij. Hic fuit eloquentissimus lingua gręca & latina eruditus, erga pauperes sollicitus. Pręterea hic beatus pontifex adeo musicen calluit, vt psalmœdię cātum composuerit, Hymnosq; ad meliorem concentum redegerit, arte, exercitationeq; confirmans. Idem quoq; instituit, vt in celebratione populo pax daretur. Septimā Synodum ita probauit vt eosdem anathematizauerit, quos sancta Synodus damnauerat. At sanctus pontifex cum omnes verbo & exemplo confortasset, pontificatus sui mense decimo moritur, sepeliturq; collachrymantibus omnib⁹ tanq̄ parente orbati, ad Basilicam Petri quarto Kal. Iulij. Breuis fuit huius sanctissimi viri pontificatus, sed gloria tanta vt diutius vixisse appareat cum eius nomen omniū laudibus merito celebretur. ¶ Circa ista tempora scd̄m Paulum qui Longobardorum scripsit historias, corpora beati Benedicti & sororis suę Scolasticę in Franciā sunt translata. Causam quoq; trāslationis asserit Paulus prędictus fuisse solitudinem loci scilicet montis Cassini. Nam Rhomoaldus rex Beneuētanus filius Grymoaldi regis Longobardorum prędictum locum destruxerat: qui quidem Rhomoaldus totam Apuliam suę potestati subiugauit. Hoc em̄ fuit proprium Longobardorū, q̄ quātum quisq; poterat tātū de terra occupabat, & suo dominio submittebat, ad quod tp̄s prohdolor deuenimus. ¶ Capitulū.LXXI.

Benedictus secundus papa.

BEnedictus secundus in cathedra Petri sedit mensibus decem, diebus.xij. & vacauit sedes mensibus duobus, diebus.xiij. Hic fuit paupertatis amator, humilis, mansuetus, patiens, pius, largus, atq; benignus, Tempore istius apparuerunt signa in cœlo, quę in pluribus significatiua sunt effectus in terra. Nam tunc luna eclipsim passa est, & eodē anno quinto nouas Maij viij. hora diei Sol fuit eclipsatus. post quas eclipses grauis pestilentia Romę, & in circuitu est secuta tribus mensibus Iulio, Augusto, & Septembri. Tanta em̄ fuit his tribus mensibus multitudo morientium, vt etiam parentes cum filijs, fratres cum sororibus bini in feretro positi ad tumulum portarentur. Duo etiam Angeli, vnus bonus, & alius malus eodem anno Romę visibiliter apparuerunt per ciuitatem pergentes, iussuq; boni angeli, angelus malus cum venabulo quod tenebat in manu, vnāquāq; domum percutiebat, & quotiens venabulo feriebat tot mortui inueniebantur in domo illa: quod solum in vrbe Romana dicitur accidisse. Tunc orantibus sanctis viris apud dominum pro istis maximis vexationibus remouendis reuelatum est cuidam viro vitę sanctissimę q̄ ista pestilentia non cessaret quousq; reliquię sancti Sebastiani deferrentur ad altare sancti Petri ad vincula, quod factum fuit, moxq; pestilentia cessauit. Eodem tempore fuit quidam in Britannia a morte resurgens, qui de pœnis inferni & gaudijs paradisi multa quę viderat enarrauit. Eodem tempore regnū Bulgarorum exoritur, cuius regni gens a Schytia egrediens adeo contra Romanorum rempublicam excursus inualuit, ipsumq; imperatorem adeo terruit vt facta pace cum eis pacta soluere sit coactus. ¶ Ferunt quidam hoc tempore ex Veseuo monte Campanię tantum ignem erupisse vt loca circūquaq; posita exusta sunt. sed & nō multo post, cędes, rapinas, incendia, mortes principū subsecutas esse constat: maxime vero Benedicti pontificis: qui vt ęque omnib⁹

Regnū Bulgarorū oritur.
Ignis eruptio.

in vita charus fuit, ita post mortem ab omnibus vt sanctus, & bene de humano genere meritus celebratur. Sepultus est autem apud beatum Petrum. Benedictus moritur.

¶Capitulum.LXXII.

IOannes quintus in cathedra Petri locatur: & sedit annis tribus, diebus. x. Hic fuit vir strenuus, moderatissimus, & scientia clarus. Suo tempore iuxta vigilias noctis cœlo sereno inter Natiuitatem domini & Epiphaniam stella apparuit omnimode obumbrata, veluti sub nube cum Luna est constituta. Post hoc mense Februario media die stella ab occasu apparuit cum magno fulgore in partes orientis declinauit. Post hęc in Martio mons Bobius vel Delius dissectus est, qui mons est in Cāpania per aliquos dies eructauit incendium, & omnia virentia ex incendij cineribus circūquaq; siccata sunt. Eodem tempore gens Sarracenorum infidelis & deo inimica in multitudine graui transiuit in Aphricam ex Aegypto, obseditq; & cœpit Carthaginem, depopulatamq; eam atq; adiacentem proxime regionem deuastant, & ad solitudinem redigunt. Verum aduersus hos motus imperator Iustinianus tantum terroris eorum duci Abimelech incussit, vt vltro pacem petierit, atq; Aphricam restituerit. Ioānes quintus papa. Carthago a Sarracenis eripitur Iustinianus aphricā recuperat.

¶Capitulum.LXXIII.

COnon in cathedra Petri sedit mensibus. xj. diebus decem: & vacauit sedes mense vno, diebus. xviij. In cuius electione magna dissentio facta est. Clerus enim Romanus in Petrum Archipresbyterum intendebat, exercitus autem totus in Theodorū presbyterum. Tandem diuino ducti consilio sacerdotes & clerus in templo Lateranēn vnanimiter Cononē pontificem elegerunt, in quo erat aspectus angelicus, veneranda canicies, quies morum, religiosa vita, sermo verus, prouecta ętas, simplex animus, qui se nūq̄ causis, actibus secularibus immiscuerat. Conon papa. Electio nis pōtificis altercatio

¶Capitulum.LXXIIII.

IVstinianus secūdus fili⁹ Cōstātini prędicti assumpsit imperiū anno dn̄i. dcc. iiij. & ab vrbe cōdita. M. cccc. liiij. & imperauit annis. x. Hic fuit bonus prudēs & largus, & Romanum imperiū nō modicū ampliauit, Ecclesiasticaq; officia q̄plurimū honorauit. Anno decimo sui imperij Leoncius patricius cōspirāte secū Tyberio principe & Gallinico Patriarcha Iustinianū capiēt, naribusq; amputatis eū ad Cerzonā exilio relegāt, pręfatorūq; militū Leōci⁹ patricius armis munit⁹ impialē arripuit dignitatē, & tradūt aliquę historię q̄ illo tpe Iustinianus in fide errabat, ideo deus permisit q̄ imperio priuaretur: sed postmodū Iustinianus pœnituit, & ad fidē catholicā rediēs cū auxilio Bulgarę gētis recuperauit imperiū, Leoncio & Tyberio pariter interfectis. Eodē tpe Beda venerabilis clarauit, qui in extremo natus orbis angulo salutaris doctrinę abundantia totum mundum illuminauit. xxxvj. volumina notabilia edidit. Iustinianus imperator Iustinianus do lo capit & naris b⁹ trūcatur. Beda venerabil.

¶Capitulum.LXXV.

INterea regnum Francorum sed tionibus vexabatur, vnde & Gillemaro repentina morte absumpto qui patrem a magistratu deiecerat Pepinus rerum potitus Dagobertum, qui Secundus appellatus sub tutela Plentudrę suę vxoris tradidit: hęc dum regni gubernaculo esset intenta Carolus Mattellus Pepini ex pellice filius ex Plentudrę custo= Gillemarus morit. Pepin⁹.

Carol⁹ Martellus repetit præfecturam palatij. dia Pleutride qua apud Coloniam tenebatur elapsus est. Vnde mox celsiore animo effectus exercitum comparat, vt præfecturam palatij quam pater Pepinus ob discordiā amiserat recuperaret, digladiantibus tū Francis Theudoaldum quē Pepinus in suum locum substituerat, magistratu pepulerunt, ac Raugafredum in eius locum suffecerunt. Sed Dagobertum mors abstulit, ac Danielem sacerdotem quēdam Franci profectum sibi deligunt mutato nomine Danielis in Chilpericū. Quib⁹ cognitis Martellus exercitū aduersus Chilpericum ordinat, cōmissoq; prælio fusus Martellus in fugā se vertit. Receptis tamen deinde ex fuga militibus cum diu pugnatum esset Chilpericum sacerdotem Martellus bello superat: Franci vero Martelli consilio Theodoricum Dagoberti filium regno præficiunt præfectura semper apud Martellum remanente: itaq; comparato grandi exercitu Sueuos, Bangarēses, maximamq; Germaniæ partem vsq; qui vltra Danubium incolunt bello deuicit, sicq; cum præda spolijsq; victor in Franciam reuertitur. Erat tunc temporis Eudo quidam Vasco dux Acquitaniæ, qui Chilperico suppetias aduersus Martellum tulerat, cui cum pepercisset Martellus perfidi animi Vasco quomodo hunc decipiat animo voluit, inde ad Hispanos profectus Abidiraniū religionis Christianæ infestissimum hostem sollicitat, Galliam adeat, gētem inermem belliq; expertem, Francorum gentem asserens, atq; ita fore vt nullo labore gentē omnem bello opprimat. Abidiranius igitur coacto vndiq; exercitu nō modo vincere Galliam omnem, sed in ea perpetuas habere sedes decernit, adductisq; mistitum vxoribus cum liberis vtrius sexus quasi regno potiturus ad Burdegalā castra ponit, eaq; expugnata templa incendit ac diripit, atq; ita omnem regionem late deuastans Turonum tandem adoritur. Sed hosti occurrens Martellus tanto impetu eum cum gente expugnat, vt in eo prælio trecenta octoginta quinq; millia occubuisse testentur Historici: ex Martelli vero agmine mille tm̄ quinquaginta desiderata sunt. Eudo vero cum se nihil proficere cōtra Martellum cerneret pacem petit, qui receptus in gratiam statim ex Sarracenis qui remanserant grandem stragem fecit. His ita gestis Martellus facile Burgundiones rebellantes compescuit, mortuoq; Eudone Vasconiam omnem in fidē recepit. Hic post multas tum Phrysonum/tum etiā Vandalorum præclaras victorias Gothos tandem omnes Luprandi Longobardorū regis auxilio bello supat, vincitq;. Tandē vero reb⁹ optime gestis cū suū adesse finē sentiret, filijs regna diuisit, Carolo magno Austrasiā/Sueuiā/Alemaniā/& Thorigiā: Pipino Frācīam dereliquit, Griffonis qui minor natu erat oblitus. Moriturq; Martellus anno.xxv. suæ administratiōis: sepultusq; est apud diuū Dionysiū in sepulcro regū iuxta maius altare. Hui⁹ pclara facinora meminerūt satis Historici oēs, de quib⁹ etiā in sequēti pontificū annotatione scribem⁹. Circa hæc tempora Michael Archangelus Autbertum Abrincensem Episcopum tertio monuit vt ad ripam maris monasterium ædificaret, vnde nihil moratus pontifex Cœnobium in honorem Michaelis extruxit, vsq; ad hæc tempora hominibus frequens.

Martellus in fugā vertitur.

Abidiranius Hispanus.

Sarracenorum strages.

Martellus Gothos vicit.

Martellus moritur.

¶Capitulum.LXXVI.

SErgius natione Syrus patria Antiochenus patre Tyberio Adeodati pontificis tempore Romam veniens in clerum Romanum asciscitur. Deinde vero ob eius doctrinam & diligentiam circa mysteria, ac rem diuinā per ordines conscendens sanctæ Susannæ ad duas

domos ptesbyter cum titulo eius loci creatur. Frequētare tñ magis atq; magis cœmiteria cœpit eisdemq; in locis solennia celebrare, qua ex re tātū sibi nomi=nis comparauit, vt defuncto Conone in eius locū suffectus sit. In cuius electio ne orta fuit magna diuisio. Nā vna pars cleri elegit Theodorū Archipresby=terum, altera vero Paschalē Archidiaconū. Cūq; vnus alteri non cederet inito consilio clerus & exercitus Romanę militię ad sacrum palatium perrexerunt: demum pertractantes quid fieri deberet, qualiterve duorum altercantium con=tentio sopiretur deo adiuuante in personam dicti Sergij vnanimiter consense=runt. Hic in sacrario sancti Petri inuenit cappam argenteam in loco obscurissi mo tantę vetustatis q argentea non apparebat, in qua inuenit crucem precio=sis lapidibus ornatam, & magnam portionem dominicę crucis interius reposi tam, quę in die sanctę crucis ostenditur & ab omnibus honoratur. Huius pon tificis tempore rex Anglorum siue Saxonū qui multa bella strenuissime gesse rat in patria sua ad fidem Christi conuersus Romam ptofectus est. Et est attē=dendum q Saxones occupauerunt insulam Britannię post obitum regis Artu ri, & ab eisdem nominata est Anglia. Hi quoq; Saxones gentiles erāt. Veniēs antem Romam dictus rex a papa Sergio baptismum recepit, & appellatus est Petrus, & adhuc constitutus in albis vestibus quas in baptismo susceperat in=firmitate pręoccupatus ad cœlestia regna migrauit. Et sic nota q non sunt vl=tra septingenti anni q Anglici sunt Christiani, nisi velles dicere q populus esset Christianus, & rex Paganus, quod non videtur verisimile. Et si vis dicete q antea erant Christiani fateri habes q effecti erant infideles & hęretici. Su=perius tamen dictum est q tempote Eleuterij summi pōtificis Lucius tex Bri=tonum, & capitur ibi Britannia pro anglia, petijt fieri Christianus, & fact9 fuit vna cum gente sua. ❡Interea Iustinianus perfidia vsus pręter pacis fœdera Sarracenos & Bulgaros pręlio adoritur, a quibus multum incōmodi accipiēs Constantinopolim se recipit: vbi Synodo contra Christianam pietarem habi ta cum intelligeret Sergium pōtificem sibi aduersari Zachariam militię prin cipem Romam mittit, vt Sergium ad se vinctum duceret, quod vbi intellexe re milites Heiarcatus Italici sumptis armis pontificem tutati sunt, Zachariā= q fugauerunt. Dum hęc Romę aguntur Leontinus patritius Iustinianū im=petio deiecit: eūq; truncis narib9 in Cherronesum ponti exilio relegat: qđ vbi Sarracenorum tex Abimelech intellexit statim Aphricam inuadit, cui cū vel=let occurrere Leontius seditione inter Gręcos orta Tyberium quēdam ciuem Constantinopolitanum imperatotem creant, qui confestim Constantinopo=lim adnauigans Leontium & eodem affectum supplicio quo Iustinianus fue=rat, in carcerem conijcit, maiori ludibrio hominem reseruans. Inter hæc ponti=fex Sergius non ocio aut somno deditus pæclaras ędes construxit. Atq; vt Agnus dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis, ter canetetur in fractione corporis dominici constituit. Letanias etiam a sancto Adriano quotannis du=ci per vrbem die annunciationis sanctę genitricis ac Simonis instituit. Qui=dam volunt sub hoc pontifice passum Lambettum Antistitem Leodiorum vi rum sanctissimum, qui dum regentem Francię constanter ob stuprum argue=ret martyrium subijt. At pontifex multis operibus clarus anno. xiij. sui ponti=ficatus mortuus est, & sepultus in Basilica Petri.

Dissensio in eligēdo pōtificem. Theodorus.

Inuētio crucis.

Rex angliæ ad fidē conuersus. Saxões Britanniā occupant, & Angliā nominant

Lucius anglus baptizatur.

Iustiniani ipietas.

Leontinus imperium inuadit. Leonti9 capitur.

❡Capitulum. LXXVII.

Ioãnes sextus papa.

IOannes sextus in cathedra Petri sedit annis tribus, mensibus duobus, diebus .xxiij. Hic pontifex (vt Martinus scribit) martyrio coronatur, sed a quo historiẹ non declarant. Hoc tempore Iustinianus a Cherroneso insula fugiens ad Carannum Bauarum peruenit, a quo ita benigne susceptus est vt ei filiam daret vxorem: ipse tamen postea corruptus pecunia prodere generum Tyberio instituerat, quod cum resciuisset Iustinianus ad Trebellium Bulgarorum regem confugit, a quo non multo post vi & armis in imperiũ restituitur. Hoc etiam tempore Sarraceni superata Libya & Aphrica ex septa soluentes transmisso Athlantico freto omnes Hispanias præter Cantabros & Astures occupauere vna cum Bethica Hispaniẹ, quam nunc Granatã vocant, quam vsq ad nostra tẽpora tenuere. His etiam temporibus Strabo & Haymo viri docti Bedẹ venerabilis fratres sunt habiti, quorum alter plerasq Homilias eleganti sermone composuit: Alter vero Genesim commentatus est.

Iustinianus i imperiũ restituit.

¶Capitulum.LXXVIII.

Ioãnes septim⁹ papa.

IOannes septimus in cathedra Petri sedit annis tribus, mensibus septem, diebus .xxvij. & vacauit sedes mensibus nouem. Hic fuit eruditissimus scientia, & facundissimus eloquentia. ¶Huius tempore Arripertus rex Longobardorum donationem patrimonij alpium Cociarum, quẹ quondam ad ius & proprietatem Romanẹ Ecclesiẹ pertinere solebant, sed a regibus Longobardorum per longa tempora fuerant occupatæ iniuste Ecclesiæ restituit, & donationem solennem fecit, quam literis aureis scribi voluit, eamq summo pontifici destinauit. Sunt quoq alpes Cociẹ quasi tota ripatia Ianueñ, quẹ de iure ad Romanam Ecclesiam pertinet. Leontio igitur ac Tyberio, qui imperium vsurpauerãt iugulatis, Iustinianus imperauit post reassumptum imperium annis septem. Hic Cherronesum vbi missus fuerat in exilium statuit prorsus euertendam, & ad hoc peragendũ collectis multis nauibus Mauritium Patricium destinauit, qui omnes prẹdicti loci habitatores exceptis infantibus interfecit, principemq illius ciuitatis cũ .xl. primoribus ad imperatorem misit, sibiq septem reseruauit, quos in verubus ligneis igni applicatos fecit assari. Tristisq imperator de reseruatione paruorũ, magnum nauigium aliud mense Octobris misit, prẹcipiens vt pueri reseruati morti traderentur. Sed totum illud nauigium quod ad innocentium mittebatur interitum iustitia dei operante submersum est. Quo agnito Iustinianus ẹstuans & furens aliud misit nauigium, prẹcipiens totum locum illum arari, & ad pauimentum sterni: quod audientes homines illius prouinciæ, Philippum quẽdam qui ibidem exulabat imperatorem creauerunt, qui confestim cum magna militia Constantinopolim nauigans dictum Iustinianum & Tyberium eius filium pariter interfecit.

Arripertus rex Longobardorum.

Cherronesus destruit.

Iracundia & mira crudelitas Iustiniani in Cherronesũ.

Naufragium.

¶Capitulum.LXXIX.

SIsinnius natione Syrus patre Ioãne in cathedra Petri sedit .xx. diebus: & vacauit sedes mẽsibus septem. Quo in tempore magnum schisma in Ecclesia fuit includendo altercationes & diuisiones quas habuit cum alijs summis pontificibus dictus Iustinianus. Temporibus enim ipsius etiam Leontij & Tyberij fides fuit multum corrupta. Nam hæretici per dictos principes quibus non modicum indigebant magnos habebant fauores.

¶Nota quandoq; in summis dominijs fiunt violentię,errores multiplicātur, quia non est qui errantes corrigat,& a malo coherceat. Isti siquidem errores & ista schismata vsq; ad tempus huius Sisimi durauerunt. Tunc enī Iustinianus reassumpto imperio se correxit,& ad gremium sanctę matris Ecclesię redijt. Verūtamen nihilo melior effectus Rauēnates maximis cladibus affecit ꝙ pontifici Romano audirent,Fœlicemq; pontificem catenis ligatum Constantinopolim per Spatarium adductum orbatum luminibus in ęneo vase concauo,ac quidem cādente diu inspecto in Ponthum insulam relegauit. Hoc tēpore Romani Syriam peruagantes multa millia Sarracenorum interfecerunt. Hoc tēpore sancta Ododa ducissa Acquitanię claruit, quæ maxima eleemosynaria fuit:suis enim eleemosynis Ecclesias,& monasteria,& alia pia loca ditauit. — Nota.

¶Capitulum.LXXX.

Constantinus primus in cathedra Petri sedit annis. vij. diebus xv. Hic fuit vir mitissimus & ita benignus ꝙ ab omnibꝰ amabatur. Huius tempore in Roma fuit per triennium maxima fames,quam secuta est tanta vbertas ꝙ fertilitas famis præteritę sterilitates absorbuit. Hoc tempore Carolus Martellus bellum maximum habuit cum Sarracenis,qui tantum pręualuerant in occidentali plaga ꝙ ciuitatem ceperant Auinionen̄. Ipse tamen ciuitatem aggreditur,& sicut de Hierico legitur,cum strepitu hostium,& sonitu tubarum,vrbem munitissimā cepit,& hostes fidei nostræ contriuit:vt latius patet in historia regum Francię. ¶Hoc tempore Arripertus iunior rex Longobardorum vir pius,& eleemosynis deditus,iustitię & ęquitatis amator,qui solitus erat aliquando secrete & priuatim ire per regnum & inuestigare quid de eo diceretur per singulas ciuitates & diligenter inquirebat qualem iustitiam iudices sui populo faciebant,regnabat.

Cōstāti nus im= perator

Carolꝰ Martel lus cum Sarrace nis pu= gnat.

Arriper tus pius rex Lō= gobar= dorum.

¶Capitulum.LXXXI.

Philippus Romanum assumpsit imperium anno dn̄i.ccccccc. xxx.& ab vrbe condita.M.cccc.lxxx.& imperauit anno vno, & mēsibus sex:sed scd̄m alios annis duobus. Hic dū esset apud ponthum relegatus Iustiniani iussa timens Iustinianus ne aduersus se quempiam molitetur classem in ponthum mittit eo animo vt Philippus interficeretur deficientibus ab Iustiniano ad se militibus,eadem classe vsus cum Iustiniano & Tyberio dimicans eos vicit & interfecit. Deinde Ipanem monachum Hęresiarcham in locum Cyri catholici pontificis suffecit:insuper & ipse factus hæreticus omnes picturas & imagines sanctorum de Ecclesijs pręcepit auferri,in oībus malus fuit,& idcirco male interijt. Nam Anastasius cognomento Arthemius impietatem Philippi videns arma capit,atq; cum Philippo confligit,eumq; captum oculis priuat,eiusq; vendicat imperium.

Philip= pus im= perator hęreticꝰ Iustinia nū inter fecit.

¶Capitulum.LXXXII.

Anastasius assumpsit Romani imperij monarchiam,& imperauit anno vno:hic fuit vir ad modum catholicus,atq; literas ad Constantinum pontificem mittit,quibus se defensorem catholicę fidei asserebat:insuper & sextam Synodū cæteraq; pōtificum decreta se tutaturum rescripsit. Verum hic quoq; triēnio post assumptum imperium ꝓtetus ab exercitu imperio

Anasta sius im= perator benignꝰ

deijcitur,in cuius locum Theodosius suffectus a quo sacros ordines suscipere coactus presbyter mortuus est.Hunc autem Theodosius sacris initiari coegerat,ne denuo ad imperium vlla spes esset:& habuit pugnam cum Theodosio a quo victus extitit,& depositus ab imperio fuit in presbyterum ordinatus.

¶Capitulum. LXXXIII.

Theodosiꝰ imperator benignus.

Theodosius assumpsit Romani imperij monarchiam,& imperauit anno vno. Hic gesta sex Synodorum, quę a Philippo imperatore delata fuerant,fecit depingi.Benignus fuit & humilis,& pacifice gubernauit imperium,quem Leo potentissimus deposuit de imperio, & fuit Theodosius in presbyterũ ordinatus.

¶Capitulum.LXXXIIII.

Leo tertius papa.

Leo tertius assumpsit imperij dignitatē anno dñi.dcc.xxxvj.& ab vrbe condita.M.cccc.lxxxvj.& imperauit annis.xxiiij. Hic a quodam apostata fidei deceptus omnes imagines Christi & beatę Marię,& omnium sanctorum deponi fecit,& igne comburi:de quo errore Gregorius tertius ipsum valde redarguit,& cum esset incorrigibilis ipsum excommunicauit,Romamq; & totam Italiam & Hispaniam ab illius dominio & potestate deficere fecit,eiq; vectigalia interdixit. Hoc tempore Sarraceni totam Hispaniã occupauerunt. Cunq; eam sub suo dominio per decennium tenuissent in Acquitaniam transeunt,quibus Carolus Martellus generosus princeps occurrit,& cũ eis bello cōgrediens ex eis plusq̃.ccc.millia interfecit,de suis quoq; amissis tm̃ mille quingenti.Circa hęc tempora Sarraceni Cōstantinopolim obsident,sed cum ob infinitam multitudinem Christiani in desperationem venirent auxilio beatę dei genitricis,quam semper inuocabant,Sartaceni fame/frigore/& siti perierunt:multi etiam submersi sunt. Anno sequenti cũ bellum reintegrassent igne cœlesti ac grandine conteruntur,addo vt ex infinita multitudine vix quinq; naues suis cladem nuntiare potuerunt.Eo tempore apud Constantinopolim pestilentia perierunt.ccc.millia hominum & amplius.Eo tempore Luprandus rex Longobardorum audiens ꝙ Sarraceni depopulata Sardinia locũ in quo erant ossa beati Augustini condita dehonestabant,illuc solennes nuncios destinauit,qui dato multo auto preciosas illas reliquias secũ vsq; Ianuam detulerunt,quibus pręfatus rex occurrēs cum magno gaudio Papiam detulit. ꝙ autem corpus sanctum ibi quiescat signo stupendo monstratur.Siquidē in crypta qua sanctum corpus iacet puteus est,qui in festo eius aliquot annis inũdans totam cryptam pereffluit,mundans eam a sordibus,sicut sancti Augustini doctrina effluens hęreses ab Ecclesia dei detersit & detergit.

Sarraceni igne pereunt

Luprandus rex Longobardoꝝ

¶Capitulum.LXXXV.

Gregorius papa.

Gregorius secundus patria Romanus patte Matcello in cathedra Petri sedit annis.xvj.mensibus octo,diebus.xx.& vacauit sedes diebꝰ.xxvj.Hic fuit vir castus,diuinis scripturis eruditus,loquela facundus,constans animo,rerum ecclesiasticarum defensor sollicitus,& hostium Ecclesię fortissimus impugnator.Hoc tempore claruit sanctus Egidius.Eo etiã tempore Carolus Martellꝰ Saxones debellauit,Alemanos,Sueuos,atq; Barbaros

perlustrat, Phrysones subijcit, Sarracenos quoq̃ veniētes in prouinciam apud Arelatem omnia deleuit, in qua pugna magna dei miracula sunt ostensa. nec putet quispiam hanc eandem esse pugnam cum his quę superius scriptę sunt, nam Carolus multotiens ad interitionem Sarracenos deleuit. Eo tempore flu uius Tyberis intātū excreuit q̃ egressus alueum suum magnam Romanis intulit lęsionem. Eodem tempore Rarcordus rex Phrysonum prędicatione Vulfrani Senoneñ Archiepiscopi ad hoc deductus est vt baptizari vellet. Cumq̃ vnum pedem in lauacrum posuisset, alterum retrahens interrogauit vbi plures maiorum suorū essent in inferno: an in paradiso. Et audiens q̃ plures erant in inferno, positum pedem in lauacro retraxit dicēs. Sanctius est plures sequi q̃ pauciores, & ita ludificatus a dæmone spondente sibi incomparabilia bona dare, die tertia subita morte peremptus est. Eo tempore vir patronus eius Brixieñ hortatu dicti Gregorij montem Cassinum petijt, vt ipsum repararet, destructus enim fuerat a Longobardis. Hic cooperante diuina misericordia cum locus præfatus a centum & decem annis omnium hominum habitatione fuisset destitutus, multorum monachorum pater est effectus, & factum cœnobium in statum pristinum fuit reductum. At Gregorius claris virtutibus insignis cū Germanos ad fidē reduxisset, pręclaraq̃ ædificia extruxisset, anno decimosexto, mense octauo mortem oppetijt, sepeliturq̃ apud Basilicam Petri.

Calor⁹ Martellus Saxones vincit.
Rarcordus phrysonum rex ab baptismo retraxit pedē & noluit baptizari.
Moritur Rarcordus

¶ Capitulum. LXXXVI.

GRegorius tertius natione Syrus patre Ioanne anno domini septingentesimo quinquagesimonono pōtificatum inijt, atq̃ in cathedra Petri sedit annis nouem, mensibus octo, diebus xxiiij. Huius pontificis tempore gens Sarracenorum innumera in locū qui dicitur Sarepta venit, & inde transfretantes in Aphricam vniuersam iterum occupauerūt regionē Hispanię: deinde post aliquod tempus Acquitaniam intrauerūt cum vxoribus & filijs, vt eam habitationi haberent. ¶ Carolus autem Martellus eisdem occurrens. ccc. lxxxv. millia ex ipsis interfecit, nec fuerunt isti Sarraceni, quos alias in Acquitania debellauerat. De quo Carolo legiturq̃ propter multitudinem hostium necessitatus decimas Ecclesiarum militibus concessit habendas. Animam vero ipsius post eius mortem sanctus Eleuterius Episcopus Aurelianeñ vidit in inferni supplicijs detineri, quod valde est notandum. Ego vero his minime assentio, cū eum fuisse virum apprime catholicū constet, nec decimas occupauit, nisi cōsentiente clero: fortasse Eleuterius infernū pro purgatorio igne voluit accipere. Dicti etiam pontificis tempore Sarraceni ex Aegypto veniētes Palęstinam cum maximo exercitu: videlicet cum tribus millibus nauium Constantinopolitanam ciuitatem obsiderunt, & triennio obsessam tenuerunt. Constantinopolitani quoq̃ ad auxilium accitis vulgaribus cōtra Sarracenos congrediuntur, orantibus vero sanctis viris in regia ciuitate. xxxij. millia ex Sarracenis sine suorum lęsione prosternunt: Sarraceni quoq̃ residui quorum erat innumerabilis multitudo per orationes sanctorum virorum, fame, frigore, bello, ac pestilentia perierunt. Vnde quarto anno confusi ab obsidione recesserūt, nauibus partim igne consumptis, partim demersis: ex tanta nauium multitudine vix quinq̃ naues ad propria redierunt. intra ciuitatem triginta millia hominum pestilentia perierunt.

Gregorius papa.
Carol⁹ Martellus Sarracenos debellat.
Sarraceni vincuntur.

Capitulum.LXXXVII.

Cõstãtinus imperator Cõstãtinus dæmonib⁹ imolat. Cõstãtin⁹ dum baptizatur pdigiose cãtat. Pestis homies absumit

Constantinus quintus filius Leonis assumpsit imperialis dignitatis honorem anno domini.ccccccc.lx.& ab vrbe condita.M.cccc.& imperauit annis.xxxv. Hic fuit pessimus & vilis hęreticus & apostata catholicę fidei:nam sacrificia dęmonibus immolauit.Hic sanctarum legum persecutor toto tempore vitæ suæ maleficijs & magicis artibus operam dedit,& turpibus luxurijs & dissolutionibus deseruiens cum summa diligentia iniquitatib⁹ deseruiuit.Hic dũ baptizaretur a patriarcha Geranno in baptismo cantauit,magnum dans pręsagium ꝙ Ecclesię dei futurus esset in scandalũ.Hic Synodum.ccc.xxx.Episcoporum Constantinopolim congregauit,in qua de deponendis Christi & sanctorum imaginibus terribile promulgauit edictum,& ex tunc cõtra Catholicos cœpit tyrannidem exercere,& licet monitione pręmissa vt se a sua nequitia coherceret,ipse vt alter Pharao indurat⁹ in malo permansit,ob quod mors pestilens incipiens a Sicilia & Calabria in regiam vrbem,& ita eam deuastauit,vt in ea infinitę domus integrę clauderẽtur,nec erat qui eas inhabitaret:ferebantur enim in plaustris ad sepeliẽdum cadauera mortuorum.Mortuus est etiam miserabili viscerũ dolore Anastasius Patriarcha falsus.qui Cõstantino ob cupiditatem rei gerendę in omnibus fauebat.Hoc etiam tempore cinis de cœlo cecidit.

Capitulum.LXXXVIII.

Carlomanus. Pipin⁹. Griffo.

Erant Martello filij tres:primo nomen erat Carlomanus,cui Austrasiam/Sueuiam/Alemaniam/ac Thuringiam iure hęreditatis possidendam reliquerat.Secundus Pipinus vocabatur,& huic moriens Martellus Francię administrationem cõmisit.Griffoni vero minori natu nihil hæreditatis reliquit.Huic erat mater Simahildis Odonis Baioarię ducis neptis,quę iniquo animo ferens filium hæreditate priuatum filium mouet hæreditaris portionem repetere. Nihil itaq̃ moratus iuuenis Laudunum vi occupat/bellumq̃ fratribus indicit.Quem Lauduni obsessum vltro ad se venientem fratres capiunt, atq̃ in castello nouo prope Arduennam in custodia asseruari iubent,inde aduersus Aquitanos mouentes duce Hunaldo superato prouinciam subiugauerunt.Redeunti Carlomano Alemani ab eius imperio defecerunt,quo cognito bellum in eos mouet,atq̃ incensis agris,direptisq̃ vrbibus eos audientes sibi fecit.Sed cum animum intentum haberet ad deum belli strepitus exosus curasq̃ seculares deponens post Saxones bello a se superatos Pipino fratri rerum administrationem attribuit.Deinde Romam veniens relicta regni gloria monachus efficitur in cœnobio,quod suis impensis extruxerat deo militans, verum cum multi Francorum proceres ad visitandum Carlomanum sese conferrent societate hominum pertęsus montem Cassinum adijt. Pipinus vero cum sibi cuncta prospere succedere videret regum Francię vecordia perspecta cum domi delitescerent,nec reipublicæ procurationem vllam susciperent, legatos ad Zachariam pontificem mittit,eumq̃ rogat vt regnum Franciæ sibi authoritate sua confirmet. postulatis annuit pontifex quippe cuius auxilio aliquando vsus Longobardos deuicerat,sed & eum regni sui gubernaculo idoneum iudicans, Bonifacium

Carlomanus Alemanos vincit.

Pipin⁹ cõsulit põtificẽ de noie regio.

Maguncię Epiſcopum (qui Catalogo ſanctorum inſcribitur) mittit: vt more regio vngeretur. At Childericus nullius rei curam gerens in monaſterium raſo capillo detruditur, atq; ita progenies Clodouei finita eſt anno domini ſeptingẽteſimo quinquageſimo. Eodem anno Saxones aduerſus Pipinum arma mouent, ſed iterum atq; iterum victos in ſuam poteſtatem rex ſuſcepit.

Pipin⁹ in regẽ vngitur. Childericus in monaſterium trudit᷑.

His ita fœliciter geſtis rex in ordinem Eccleſiaſtica officia, authore ſancto Remigio Rothomagorũ Antiſtite, redegit. Hoc etiam tempore mortu⁹ eſt Griffo quem cum Pipinus duodecim comitatibus donaſſet permoleſte ferens Pipino ſubijci, Saxones ad arma concitat, ſed cum ſic aduerſus Pipinum nihil proficeret in Baioram contendit, atq; a Taſſilone benigne exceptus, eum poſtea ducatu exturbat. Ea recognita Pipinus in Griffonem progreſſus eũ capit, ac Taſſilonem reſtituit: Griffonem vero (vt ſupra diximus) quo meliore eſſet animo duodecim comitatib⁹ donauit, quibus non contentus ad Gayfirum Acquitaniæ ducem defecit. Hic tamen a quibuſdam interemptus diẽ clauſit extremũ.

Saxões vincũt᷑.

Griffo morit᷑.

Capitulum. LXXXIX.

IN cathedra Petri ſedit Zacharias annis. x. menſibus. iij. diebus. xv. Hic fuit vir mitiſſimus: omni bonitate ornatus, amator cleri: tardus ad iraſcẽdũ, nulli malũ pro malo reddẽs, neq; vindictam ſcd̃m demerita faciens. Huius tempore filij Caroli Martelli adeptis partibus regni prout cuilibet cõpetebat exercitus parant contra Vualdum Acquitanorum ducem, & contra Odilonem ducem Barbarorum, & de vtroq; triumphant.

Zacharias papa.

Demũ Carolus Magnus filius Martelli Romam proficiſcitur, & coram Zacharia papa ſe totundit, & a dicto ſummo pontifice veſtes ſacras accepit, & ad montem Caſſinum ſe traſtulit. Et Pipinus frater ſuus totum dominium aſſumpſit, & contra Saxones bella multa ſtrennuiſſime fecit, in nullo a patre degenerãs. Dicti põtificis tempore monachi montis Caſſini cum Carolo Magno Romam venerunt, humiliter ſupplicantes papę, vt regi Francorum Pipino literas dirigeret, vt corpus beati Benedicti, quod Floriaceñ monachi furati fuerant monaſterio montis Caſſini reſtituerent. Annuit ſummus pontifex & per ſolennes nuncios dicto regi Pipino ſuas literas deſtinauit, quos rex pręfatus benigne recipiens quod petiuit frater mandauit, tum propter reuerentiam Romanæ Eccleſiæ, tum propter præſentiam fratris ſui, quem tenero diligebat affectu, tradiditq; eis in comitatu Remigium Rothomageñ Archiepiſcopum, Pipini fratrem cum tribus alijs ad celerem expeditionem facti atq; ſolennem. Cunq; ad Floriaceñ monaſterium acceſſiſſent monachi Floriaceñ ieiunantibus & flentibus nuncij qui corpus auferre debuerant percuſſi ſunt cęcitate, & ſic ab opere incœpto deſiſtunt. At pontifex Zacharias nequaq̃ ocio vacans multas Baſilicas reſtituit, porticum & turrim ante Baſilicam Lateranenſem a fundamentis erexit, bibliothecam beati Petri reſtituit, Venetis ſub anathematis pœna interdixit, ne ſeruos Chriſti ſigno notatos Sarracenis venderent, vt mercatores facere conſueuerunt: poſtremo quatuor libros Dialogorum Gregorij e latino in Græcum vertit: mortuus eſt hic beatus pontifex poſt annum ſui pontificatus decimum, ſepultuſq; eſt in Baſilica beati Petri.

Carol⁹ Magn⁹.

Capitulum. XC.

Stephanus secundus papa.

STephanus secundus natione Romanus in cathedra Petri sedit annis.v.diebus.xxviij.& cessauit sedes mense vno,diebus decem.Hic fuit Ecclesię Dei verus & fidelis amator ,pauperum Christi nutritor,verbo dei in magna constantia prędicator,viduarum & pupillorum defensor.Huius tempore Pipinus rex francię obsedit Astulphum regem Longobardorum in Papia,& ipsum cepit.Ad restituẽdum bona Ecclesię Romanę coegit,Rauẽnam etiam cepit,totamq Pantapolim Romãgiolę cum ex archatu in quo est Bononia acquisiuit,& omnia beato Petro obtulit.Simile fecit Carolus Magnus filius eius,vt infra patebit.Hic Pipinus cœnobium Figiaceñ,quod tunc Figiacum vocabatur in diœcesi Caturcensi fundauit.¶Hoc tempore in Syria terribilis terręmotus est factus,ita vt multę vrbes ex toto subuerterentur, alię vero cum muris domibus integrę & salųę a montauis ad subiecta campestria per sex milliaria transmigrauerũt:in Mesopotamia terra dirupta est vsq ad duo milliaria.

Pipinus rex Frãcię Lõgobardos vincit.

Trãslatio Romani imperij a Græcis in Francos.

¶Hic pontifex vltimo anno sui pontificatus Romanũ imperium transtulit de Græcis in Francos in personam magnifici principis Caroli Magni.Ratio ponitur extra de elec.c.venerabilem.Imperatore Leone tertio in sua impietate defuncto circa depositionem sanctarum imaginum,vt superius est dictum.Successit ei filius Constantinus,qui patre deterior & magis impius fuit,& quia in nullo iuuabat Ecclesias,immo ipsas grauabat: motus fuit dictus pontifex diffinire & ordinare ꝙ translatio imperij fieret de Gręcis in Francos,quorum fauore & beneficio iam Ecclesia Romana per Pipinũ in multis necessitatibus experta fuerat,tunc etiam fuit ordinata translatio imperij Romani.Sed in personam Caroli Magni a magnitudine animi & virtutis sic nominati fuit executioni demandata.Cuius instituendi causa hęc fuit.

Astulphꝰ rex Longobardoꝝ tributũ vult imponere Romanis.

Stephanꝰ i Frãciã venit petens auxiliũ Pipini i põtificẽ obsequium.

Astulphus Longobardorum rex auaritię studens Romanos grauissimis vrgere tributis cœpit:volebat eñ censum vniꝰ aurei per singula capita sibi quotãnis impendi.Huic malo volens occurrere Stephanus primo Astulphum verbis pacare nititur,sed cum frustra id diu tentasset,a Cõstantino imperatore tũc Constantinopoli agente auxilium petit, vt Ecclesię iam vi armorum labefactę succurrat,quod cũ renueret ad Pipinum legatos qui Romanorum calamitatem regi Francorũ nunciarent mittit,quibus auditis accenso aio se suppetias laturum pontifici Pipinus pollicetur,qui dum expeditionem pararet Stephanus in Franciam concedit,cui occurrens Carolus filius Pipini(cui ob virtutes postea Magno nomen fuit)ad centesimum lapidem pontifici fit obuiã, idem facit Pipinus tertio ab vrbe lapide:qui ex equo descendens pedes sanctissimi viri exosculatus est,& a freno equi quo pontifex vehebatur pedes nunq̃ descessit,donec hominem in vrbem perduxerit,& in cubiculo vbi diuersaturus erat collocaret.Hęc vbi Astulphus agnouit sibi suisq rebus timens Carlomanum fratrem Pipini,quem supra memorauimus monachũ supplex adit,vt Pipinum a proposito diuertat,fratremq adhortetur,ne in Longobardos arma capiat.Verum rex pietate insignis ac virtutibus clarus,vbi fratrem monachum huius rei causa legationem suscepisse agnouit,non modo nõ obtemperat quin potius eũ ad Viennẽse monasterium detrudi iubet.vbi ęgritudine contracta non diu superuixit.Pipinus igitur vbi iustas copias contraxisset in Longobardos mouet.Cui occurrens Astulphus ad alpium angustias

aditum intercludere nititur, sed Francorum impetum ac ferocitatem non sustinens fugę pręsidio tutatus ęgre ac difficulter Papiam se recepit: vbi Francorũ obsidione cinctus cum de rebus desperaret obsides quadraginta Pipino dat. In super & multo plura q̃ pontifici abstulerat se restituturũ promittit, quã ob rẽ obsidione relicta credens Astulphum quę promiserat breui daturum in Franciam reuertitur: verum non modo Astulphus promissa non seruat, sed tumultuario exercitu contracto Stephanũ subsecutus Romam obsidione cingit, omniaq; suburbia ac oppida circum vastat & incendit maiore (vt aiunt quidã) pro pe damno accepto q̃ trecẽtis iam ante & quatuor quadraginta annis ab inclinatione imperij sensissent. Eamob rem Pipinus exercitum quãta potest celeritate cõparat, superatisq; alpibus Astulphum Papię obsidet. Obsidione pressus Astulphus quicquid Padum & Apenninum interiacet, a Placẽtinis vsq; ad stagna Venetorum, & quicquid inter Isaurum flumen Apenninum & Adriaticum continetur pontifici restituit, nec prius Italia discessit Pipinus q̃ intelligeret Astulphum morte absumptum. his ita gestis Pipino in Franciam reuerso Tasillo dux Baioarię regi gratificans se suosq; perpetuo Pipini imperio submisit. Saxones vero quibus odio semper est nomen Francum Pipinum proficiscentem in Saxoniam aditu intercludere conati sunt, sed irruptione facta Pipinius hostem retro abire coegit, quibus hoc vectigal imposuit, vt quotiẽs bellum geri oporteret trecentos equites auxilio mitterẽt. Stephanus vero vir sanctissimus bene de deo ac de patria meritus pontificatus sui anno quinto moritur, sepeliturq; in Basilica Petri collachrymantibus omnibus.

Astulphꝰ fidẽ frangit Pipino.

Pipinꝰ exercitũ reparat cõtra Astulphum.

Tributum Saxonum.

Stephanus moritur.

Capitulum. XCI.

Paulus primus patria Romanus patre Constantino Stephani secundi frater in cathedra Petri sedit annis decem, & mense vno: & vacauit sedes anno vno, & mense vno. Hic cum paucis familiaribus suis per cellas infirmorum & pauperum & incarceratorum de nocte secrete currebat, victum eis deuote ministrans, viduis/pupillis/& orphanis/opem ferens. Hic constituit diuina officia celebrari ante horam sextam in quadragesima. Hoc tempore sanctus Iangulphus claruit in Burgundia, qui in Francia fontẽ emit, & in Burgũdia scaturire a dño impetrauit. Hic cũ vxorem adulterã dimisisset a clerico adultero Iangulphus occidit, vxor vero cũ derogaret miraculis sancti dicens. Si Iangulphus miracula facit auus meus cantet, ita secutum est in sui punitionẽ q̃ semp cũ loquebatur auus suus cãtabat, & sexta feria nõ cessabat, qa tali die verbũ stultũ ꝓtulit. Hoc tpe Turci qui de mõtibꝰ Caspijs exisse dicũtur, Armeniã maiorẽ infestant multipliciter & deuastant. In quoꝝ patria cũ olim pestilẽtia fuisset suasione Christianoꝝ in modũ crucis se totunderũt, & a pestilẽtia statim liberati sunt. Et qa per hoc signũ salus patrię reddita est: hũc postmodũ ritũ tõdẽdi semp obseruauerũt. In Syria quoq; ciuitate Hierico Iudęi imagini Saluatoris nostri oĩa fecerũt opprobria quę olim Iudęi Christo intulerãt. Tandẽ latere eiꝰ aperto exiuit sanguis & aqua, quę illi ampulla supposita sanguine infirmos spargebant, & statim cõsequebantur de suis infirmitatibus sanitatem: vnde Iudęi cõpuncti ad Christũ cõuersi sunt. Quibꝰ baptizatis pręcepit Epũs vt singulis annis quinto Idus Nouẽbris passionẽ dñi celebrarẽt. Eodẽ tpe Pipinꝰ Saxones & Alemanos virtuose subegit. Deinde contra Gayfirum Acquitanorum ducem pro iustitia Ecclesiarum seruanda cõgre

Paulus papa.

Turcę Armeniã vastant.

Pipinꝰ Alemanos & Saxões subegit.

ditur,& multas ciuitates & castella cepit in Auernia & Lemonicensi prouin=cijs,quia vt testatur Isidorus.xiiij.Etymo.omnes prouinciȩ quȩ cinguntur a fluuio Ligeri & Garūna de Gallia Acquitanica dicebātur:quod dn̄ium tūc nō includebatur in regno Francorum.Item tertio iter Pipinus faciens cepit Bitu=riceñ ciuitatem & castra q̄plurima.Inde postea cepit Catureum,& sic de toto ducatu triumphat,quo suis occupatoribus libertas solita est Ecclesijs restituta. Eodem tempore idem Pipinus fecit magnam Synodum congregari,vbi fuit magna altercatio circa venerationem imaginum,& fuit diffinitum Christi & sanctorum imagines esse venerandas,licet hȩretici contrarium suaderent,eo quia eis species Idololatriȩ videbatur,sed non esse verum,quia imago fert in=tellectum humanum in ipsum imaginatum:vnde quod latet adoramus,& de=bita veneratione tecolimus.Nec est eadem ratio de imaginibus & sculpturis Idolorum,quia ibi malignus spiritus iungebatur,qui in eisdem dabat respon=sa,cui nulla debetur reuerētia.Sed non sic de sanctis imaginibus.Post dictam Synodum iterum Pipinus Acquitaniam contendit,quam intrans cum exerci tu copioso cepit munitissimas ciuitates:scilicet Narbonam quȩ hodie propriā habet prouinciam,Tholosam quȩ propriā prouinciam habet,Albigensem re gionem cum castris ipsarum,inde vsq Garūnam perueniens Xanctonas ce=pit,in qua matrem Gayfiri sorores & nepotes cepit:inde venit Petragoricas, ipsamq cepit,& ibidem cum Gayfiro duro bello congreditur,ibiq Gayfirus interficitur,& sic victor totam Pipinus acquisiuit Acquitaniam,quam suo re=gno coniunxit.Liberata est igitur tota Acquitania per reges Francorum:pri=mo a Gothis,secūdo a Sarracenis,tertio a Normanis.Pipinus vero multis vir tutibus insignis,cum aduersantes sibi nationes bello deuicisset,annis iam gra=uis morbo intercutis vitam finiuit,sepultusq est apud sanctum Dionysium cum fletu omniū quasi essent cōmuni patre orbati.Ferunt hoc tempore natum Robertum cui nomen Diabolus ob vitȩ turpitudinem ex Auberto & Ida Bur gundorum ducis sorore,qui tamen postea resipiscens nomen sanctitatis adeptus est.Hoc tempore factum est gelu maximum in Italia in oriente,& maxime in septentrionali parte:Pelagus ad cētum milliaria prȩ glaciei rigore in duriciem lapidum versum est,habens in profundum.xxx.cubitos,& nix iacebat desu=per altitudine.xx.cubitorum,& mense Februarij gelu instar montium cōcus=sum est in diuersas partes.Eodem anno stellȩ cadentes de cœlo apparuere,ac si finis mundi euenisset.Constantinus vero Leonis pater plaga pessima diuini=tus percutitur,adeo vt viuꝰ se exustū clamitaret,sicq eiulans miserabiliter dies finiuit.Aiunt quidam hunc lepra fuisse percussum.

Quid operantur imagines.

Capitulū.XCII.

Leo papa.

LEo quartus Romani imperij assumpsit monarchiā anno dn̄i dcc.xcv.& ab vrbe cōdita.M.cccc.xlv.& impauit annis.v. Hic malus fuit,sed non ita malus vt pater.Hic cū cupiditate insaniret,circa lapides p̄ciosos quādā coronā quȩ erat i Eccle=sia Cōstātinopolitana habentē carbūculos cōcupiuit,quā ac=cipiēs dū portaret in capite exierūt de corona carbūculi,& ca=ptus a febre defunctꝰ est.Hic Leo impurissimꝰ hoim cū ascitꝰ esset in partē im perij,iussu Constātini patris,Irenem Atheniensem mulierum pulcherrimam in vxorem duxit,fœdusq cum Sarracenis inijt,stomachum orthodoxis Chri=stianis facturus.

Capitulum.XCIII.

Constantinus secūdus in cathedra Petri sedit anno vno & mēse vno. Hic tyrānice subintrauit, & ideo parumper sedit, quia statim vt cognitum est abijcitur, & oculis priuatur. Puniuit ergo deus Sergium Episcopum qui ipsum consecrauit. Aruit em̄ manus eius & os. Isto falso papa eiecto Stephanus eligitur, & sedit in cathedra Petri annis tribus, mensibus quinq, diebus.xxviij. Constantinus vero inter alia mala quę intulit Christianitati sunt ista, q̄ subditos suos super lignum crucis iurare coegit, ne aliquam Dei, sanctorumq imaginem venerarentur, genitricem dei inuocantes, vigilias dei agentes, eleemosynas dei facientes, religiose viuentes, a iuramentis & immundicijs abstinentes, sanctorumq reliquias penes se habentes, patrimonijs priuabat, & cruciabat, presbyterorum vero barbis pice & cera illitis adurebat, monachos vt vxores, moniales vt viros ducerēt compellebat: vnde sub tali persecutione plures martyrizati sunt.

Cōstāti nus antipapa. Sergius qui ipm̄ cōsecrauit punitur. Stephan⁹ papa succedit. Cōstātini antipapę impietas.

Capitulum.XCIIII.

Tephanus eius nominis tertius patre Oliuo Siculo natus deiecto Constantino pontifex omnium voce creatur, seditq annis.iij. mensibus.v. diebus.xxviij. vir vtiq eruditus & in rebus agendis strennuus: qui vbi pontificatum iniit, statim e Gallia præsertim & Italia Synodo congregata Constantinum prædictum qui papatum inuaserat, & cuncta quę ordinauerat abrogauit. Quibus optime ex sententia gestis institutum in ea fuit, ne quis de cætero, nisi per gradus Ecclesiasticos ascendisset, pontificatum adire præsumeret sub anathematis pœna: vt habetur in de.xlix. dist.c. oportebat. Promulgatumq est in ea Synodo vt quæcunq idem Constantinus in re sacra egisset pręter baptismū & chrisma irrita haberētur. Quib⁹ peractis iam itū est p̄cessionaliter ad sanctū Petrum cum maxima deuotione: videlicet nudis pedibus, & a pōtifice & ab alijs oībus qui aderant: tandem hic verus Petri successor & Christi Iesu imitator omnibus consummatis, quę ad verum & optimū Antistitem attinebant.v.Kl. Ianuarij quieuit in pace, sepultusq in beati Petri Basilica.

Stephanus terti⁹ papa. Constitutio ne quis nisi p gradus ecclesiasticos ascēdat.

Capitulum.XCV.

Onstantinus sextus filius Leonis cum Irene matre sua assumpsit Romani imperij dignitatem anno domini.dccc. & ab vrbe condita. M.ccccc.l. & imperauerunt simul annis decem. Horū imperij anno octauo facta est vniuersalis Synodus in Nicena.ccc.l. sanctorum patrum, in qua pręsentibus Constantino & Irene cunctis subscribentibus fides catholica roboratur, & hæresis damnatur sanctorum imagines abdicantium, & pronunciatur spiritum sanctum a patre filioq procedere. Huius imperatoris tempore apud Constantinopolim quidam inuenit laminam auream, & in ea virum sepultum cum hac scriptura, Christus nascetur de virgine Maria & ego credo in eum. Decimo quoq anno imperij sui circa finē anni Constantinus matrē suā Irenā priuauit imperio, & solus imperauit quinq annis, vel.vij. scd̄m alios, Irene pro erepto sibi imperio rancorem simulat, sed more fœmineo cōcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Nam filiū suū Constātinū oculis & imperio priuauit venenosa mater, & imperauit ānis quatuor. Dicti imperatoris tempore

Cōstātinus cū Irene matre impat.

Irene crudelis mater.

amota dicta Irene ab imperio, & in quodã monasterio reclusa, pro eo quia Carolo magno nubere voluit. Greci in imperatorem elegerunt Nicophorum.

¶ Capitulum. XCVI.

Carol⁹ Carlomanus.

Defuncto Pipino Carolus eius filius regnum Francię adept⁹ est. Carlomanus vero alter eius frater Suessionum regni diadema suscepit, cui tamen post susceptum regnum breuior vita, vnde Carolus fratri succedens toto regno potitus est. Hunuldus vero nescio qua ratione mot⁹ Acquitaniam aduersus Carolum suscitat, quod vbi cognouit Carolus inimicum persequitur, captumq; in Franciam secum adducit, at Caroli aduentum legati pontificis Hadriani prestolabãtur, quo aduersus Desideriũ Longobardorum Ecclesiam vexantem auxilium peterent, quibus auditis mox Desiderio mandat, vt ab iniurijs desistat, omniaq; quę Romano põtifici abstulisset, sine mora restituat, alioquin discrimen belli se excepturum certo sciat. Desiderius vero vbi legationem audiuit comparato grandi exercitu angustias montium mox occupat, verum vbi aduentare Carolum sensit copiosę multitudini confidens Desiderius pugnandi potestatem facit, superatus tamen a Carolo Papiam se recepit. Ceciderunt in eo prelio Amicus & Amelius generosi ex Francia equites, tanta formę similitudine ac amoris fœdere coniuncti, vt vnum ab altero discernere crederetur impossibile, fuit magna in eo prelio cadauerum strages, adeo vt locus ille Mortaria sit appellatus. Nihil tamen territus Desiderius acerrimis viribus Papię inclusus aduersus Carolum se tuetur: quod cum cognouisset rex relictis quibusdam fortissimis proceribus ad obsidionem Romam proficiscitur, visendi Adriani causa: cui vrbem appropinquãti (vt refert Platina) ad tria millia iudicum occurrerunt: pontifex vero cum cleto suo in gradibus sancti Petri hominem expectabat, quem quidem accedentem mira beneuolentia complexus est: nec tenere eum potuit, quo minus pedes eius exoscularetur, inde data exceptaq; vtrinq; salute iurarunt mutuo Carolus ac pontifex Romani, ac Franci perpetuam se amicitiam seruaturos. Quibus ita gestis cũ bona Adriani gratia Carolus Papiam rediens eam vi oppugnat, Desideriumq; vna cum vxore & liberis captum Leodium relegauit. Hic est Desiderius Longobardorum vltimus, Longobardi itaq; quarto & ducentesimo anno postq̃ in Italiam venerãt regnũ amisere. Quib⁹ bñficijs vt põtifex aliquid gratię impẽderet Carolum multis ornauit priuilegijs, quorum illud maximum fuit, donare Ecclesias idoneis sacerdotibus posse id quod nunc inuestitura vocatur. Preterea concilio centum quinquaginta tribus Episcopis sancitum est Romanum pontificem sine Caroli iussu eligi non debere: his ita bene pro sententia gestis Carolus in Franciam reditum parat, audiuerat em̃ Saxones ob suum in Italiam discessum rebellasse Frãcis, qui cum essent deorũ superstitionibus dediti Francos habuere semper exosos. Hos vi armorum ad veram fidem reuocauit Carolus eosq; sibi audientes impositis viuendi legibus, acceptisq; decem millibus obsidum in Franciam reuertitur. Ex his Brabantinos Flammigosq; esse prognatos referunt historici, quippe qui Saxonum ferociam moresq; seditiosos ad hec tempora hereditatis iure sibi vendicãt. Interea vero Hispani Mahumetica prauitate imbuti Christianos bellis infestant in quos conuersus Carolus grandẽ hostium stragem fecit. Aeptimum Pampilonem in saltu Pyreneo vrbem, des

Margin notes: Desiderius rex Longobardorum vincit. — Carol⁹ magn⁹ Adrianũ põtificẽ visitat. — Carol⁹ Desideriũ cum vxore capit. — Põtifex Carolo inuestiturã dat. — Origo Flãmigorũ ac Brabãtinorũ. — Vide sanguinũ.

inde Cęsaraugustam ferro igneq; vastauit. Deinde in Galliam rediens Vasconum insidijs deceptus quãuis acerrimis viribus se tutaretur Carolus, magna tamen clade affectus est. Nam inter montes constitutus Caroli exercitus, nec retrocedere nec in iugum euadere poterat. In eo prelio Anselmus & Egesibardus pręclari duces, nec non & Rolandus vir insignis roboris Caroli ex sorore nepos: insuper & Oliuerius paris nobilitatis strennuus comes, nõ sine magna strage Vasconum in Christo occubuerunt. Vascones vero tandem a Carolo superati perfidię pœnas paulo post exsoluerunt. Hanc exercitus proditionem a Gauelone factam quidam scribunt, quo cognito Carolus Gauelonẽ Aquisgranũ duci, ibiq; q̃tuor equis ferocissimis distrahi mẽbratim iubet. Britões per id tẽpus a Carolo defecerãt, sed his non difficili negocio superatis in Tassilonẽ Desiderij generum, qui tum sollicitatis finitimis rebellabat, statim arma mouet. Quod quidem bellum tanta celeritate Carolus confecit, vt prius finitũ sit q̃ inchoatum crederetur. Superato tamen Tassilone Carolus pacem non negauit, acceptis prius obsidibus. Sunt qui scribant per id tempus Adelgisum Desiderij filium qui ad imperatorem cõfugerat, comparato exercitu in Italiã venisse, ac duces Italię subornasse, quo in Carolum arma mouerũt, sed his inanibus comitibus obuians Carolus sua authoritate omnes in officio continuit Adelgiso supplicio affecto. His temporibus cum Sclaui & Huni (quos nunc Hungaros dicimus) orbem incursionibus vexarent volens Carolus opẽ ferre miseris aduersum eos circa Danubium copias mouit. hi tum opibus tum etiã populi multitudine freti Francos parui habebant: inito itaq; vtrinq; prælio cũ acerrimis viribus Hunorum gens validissima pugnaret, fusi tamen & præsentibus & futuris ludibrio habiti sunt. Nam ea olim orbis domina eo prelio adeo attrita est, vt priorem gloriam cum summo dedecore comutauerint. Gessit pręterea Carolus bellum cum Franconibus, quos facili negocio in suam potestatem redegit.

Bellum in Vascones.

Gauelonis dira mors.

Huni a Carolo vincũt.

❡Capitulum. XCVII.

ADrianus primus natione Romanus patre Theodoro sedit annis. xxiij. mensibus. x. diebus. xviij. Hic ex magnitudine animi consilio doctrinaq; atq; vitę sanctitate cum quouis optimo pontifice comparari potest: cuius amicitiam quęrens Desiderius rex Longobardorum frustratus est, dicente eo non posse ei cõfidere qui totiens fidem fregisset. Quibus responsis indignatus Desiderius plurima Ecclesię damna intulit. Vnde cum põtifex ad Carolum Magnum reclamasset Desiderius tandem de regno eiectus est, atq; pontifici a Carolo restituta quę Desiderius abstulisset, quibus & addidit Beneuentum ac Spoletum, & sic de Longobardis opera Caroli securus Adrianus septimam Synodum. cccl. Episcoporum habuit, in qua primum Fœliciana heresis de imaginibus tollendis abrogata est: vt testatur Gratianus in. c. septima de cõse. dist. iij. Et cum conuictam a bellis adeptus esset ad exornandam vrbem, sacrasq; ędes animũ adiecit. Et primo caput beati Pauli laminis argenteis inclusit, & altare beati Petri pallio aureo exornauit, ac nonnullas basilicas vetustate collapsas restituit. Multos quoq; aquęductus, turres, vrbes, & muros magna impensa instaurauit, quibus expletis moritur, sepeliturq; in Basilica sancti Petri. vj. Kal. Ianuarij.

Adrianus papa

Septia synod⁹.

❡Capitulum. XCVIII.

Nicephor⁹. Hic nota auctorē Grgcie ipe ratores continuasse.

Nicephorus assumpsit Romani imperij dignitatem anno domini.cccccccc.xix.& ab vrbe condita.M.ccccc.lxix.& imperauit annis nouem.Aliqui dicunt annis octo,postq̄ Stauratius filius eius mensibus quatuor imperauit,quo mortuo quēdam Michaelem ad imperium Grgci prgfecerunt.

Capitulum.XCIX.

Michael. Caroli magni laus.

Michael assumpsit honorem Romani imperij:& imperauit annis duobus.Illo eñ tempore orientale imperium ad nihilum fere deuenerat.Romani quoq qui a Constantinopolitanis imperatoribus omnino discesserāt eo prgcipue ꝙ Romanā Ecclesiam & vrbem non iuuabant,vno eñ omnium cōsensu ad Carolum Magnū cōuertunt animos,virum magnificum maximum,Romanę vrbis & Ecclesię defensorem prgcipuum.A dicto Adriano papa duo filij dicti Caroli vncti sunt in reges.Pipinus quoq fact⁹ est rex Italię,Ludouicus quoq rex Acquitanię.

Capitulum.C.

Leo terti⁹ papa

Mortuo dicto Adriano,Leo tertius in cathedra Petri sedit annis.xxij.mensibus.v.diebus.xvj.Fuit quoq vir castus,loquela facundus,in diuinis scripturis pollens,animo constans,tardus ad irascēdum,velox ad miserādum,mitis inter dyscolos,& cum his qui oderunt pacem pacificus.Hic in Letania minori Romę captus excęcatus est,& lingua truncatus,qui in custodia positus nocte per murum euasit.Et restitutis sibi lingua & oculis diuina virtute iuit in Franciam ad Carolum principem gloriosum,a quo honorifice susceptus est:qui cum ipso pontifice Romam veniens iniuriam dicti pontificis vltus est.Dictusq pontifex die celeberrima Natiuitatis dñi in missa coronam imperialem capiti eius imposuit.& a cuncto populo Romano est acclamatū Carolo Augusto a deo coronato vita & victoria de cœlo sumministretur.Est tamen sciendum ꝙ priusq̄ assumptus fuerit ad imperialem dignitatem ipso existente rege Francorum ad petitionem imperatoris Constantinopolitani copioso cum exercitu vltra mare transfretauit,totamq terram sanctam recuperauit,& ea recuperata venit Constantinopolim:cui cum imperator preciosa munera,auri,& argenti,& lapidum preciosorum offerret,Carolus eas recusauit omnino,solas Christi & sanctorum reliquias postulādo,dataq est ei domini nostri Iesu Christi corona spinea,& vnus clauus cum vno frusto ligni dominicę crucis,Christi etiam sudarium,& camisia beatę Marię in qua Christum peperit,& fascia qua puerum Iesum in cunabulis cinxit,pariter & brachium sancti senis Symeonis,quę omnia religiosus princeps mundissimo in vase posuit,& secum apportauit.

Leo a romanis captus multis iniurijs afficit. Leo ad Carolū aufugit a Romanis.

Carol⁹ Magn⁹ imperator.

Carolus vero Magnus rexit Romanū imperiū translato imperio ex causis & rationibus antedictis de Grgcis in Frācos.Cœpit quoq anno dñi.dccc.ij.& ab vrbe condita.M.ccccc.lxxx.& imperauit annis.xiiij.Hic fuit corpore decorus,sed visu ferus,statura eius octo pedum suorum qui maximi erant.Renibus fortissimus,ventre cōgruus,brachijs & cruribus proportionabiliter munitus.Omnibusq membris fortissimus.Facies eius palmæ & mediæ habebat longitudinem.Barba faciei conueniens erat.Nasus dimidium pedem habebat.Oculos habebat grandes & vegetos,faciem hilarem,caniciem pulchram & reuerendam.Tantę fortitudinis erat,ꝙ

militem armatum rectum stantem super palmam suam a terra vsq ad suũ caput sua manu faciliter leuabat. Erat quoq in donis largissimus, in iudicio iustissimus, locutione facundus, in cibo temperatus. Vini autem & omnis potus ita temperatus fuit, q raro in cœna plusq ter bibebat, & vinum aqua modeste temperabat. Artes quoq liberales studiosissime coluit. Earumq lectores q̃plurimum honorauit, studiumq quod de Grecia Romę ad vrbem translatum fuerat Parisius transtulit. Liberos quoq suos liberalibus studijs quibus ipse operam dabat: censuit instruendos. Et cum primum patiebatur ętas filios more Francorum equitare armis ac venatibus exerceri faciebat. Filias vero lanificio vel operibus sericis exerceri mandabat, ne vitam ducerent ociosam. De nocte sic cubabat vt somnum quater aut quinquies non solum expergiscẽdo, sed etiã deserendo interrũperet. Cęterũ per omne vitę suę tempus ita cũ summo amore omnium atq fauore conuersatus est, q nunq̃ ei alicuius crudelitatis, vel cuiuscunq indecentię nota potuerit obijci vel opponi. De ipso legitur q tot fundauit monasteria & dotauit, quot sunt literę in alphabeto Latinorum, & scd̃m ordinem literarum sculpi auream faciebat, prout in suo gradu monasteriũ ędificari contingeret. Hic gloriosissimus imperator per Acquitaniam nouem comites de genere Frañ. sub se ponens ordinauit: Tholosę Torsinũ. Bituris Vmbertum, Pictauis Anonem, Lemonicis Rogerium, Burdegalis Segnium, Petragorum Ginterium, Auernis Iterium, Vallagię quę nunc est Auiciẽ diœcesis Bullum, Albię Aymon. Constitutus apud Aquisgranum iam dies extrema vocante domino appropinquaret, signa portentaq non modica pręuenerunt. Primo quidem eclipsis Solis & Lunę, vltra solitum cursum naturę fuit. Apparuitq in Sole per septem dierum spatium macula nigri coloris, porticus quoq quem inter Basilicam beatę Marię, & domum regiam Aquisgrani operosa mole construxerat, die Ascensionis domini subita ruina vsq ad fundamẽta collapsa est. Pręterea pons rheni apud Mãgociacum quem ipse decennio labore ingenti de ligno construxerat, ita vt perenne durare videretur, ita trib⁹ horis conflagrauit incendio, vt pręter id quod in aqua erat, ex eo nec vna quidem assula remaneret. Qui pręuidens signa mortis vocato filio suo Ludouico eidẽ tradidit coronam imperij Romani, suumq in memotato imperio cõstituit successorem: postq condidit suum testamentum, in quo omnibus bonis suis mobilibus deum & pauperes hęredes constituit. Hic per omnem vitam inter tot bella, reiq publicę sollicitudines prospera semper valitudine vsus, febre tandẽ corripitur, qua quinto Kl. Februarias absumptus est, ãno salutis octingesimo decimoquinto: vixit annos septuaginta duos: regnauit quadraginta septem, & imperauit quatuordecim. Tempore dicti imperatoris Tuellinus rex Vngarorum se & patriam dedit Carolo, & baptizatus fuit. Et q̃q̃ imperator dictus bona fecerit Christianitati indicibilia, inter alia hoc singulare egit, q infideles expulit ab Hispania, scd̃m quod dicit Turpinus recitans q Carolo quiescente tribus apparuit vicibus beatus Iacobus dicens, q expediret iter vsq ad sepulcrum suum propter dominium Sarracenorum supprimendum, & eum iuuaret apud dñm precibus suis. Cõuocato igitur Christianorum exercitu, & cruce vbiq terrarũ prędicata, dictum iter Carolus expediuit, omnia Idola Hispanię destruens: qui cum multo labore & sudore Sarracenos fugauit, & Ecclesiã beati Iacobi in Compostella ędificauit. ¶Capitulum. CI.

Hęc a Guaguino ipro bantur.

Caroli mores.

Ludouicus pi⁹ imperator.

LVdouicus primus assumpsit Romani imperij monarchiam anno domini.dccc.&.xvj.& ab vrbe condita.M.ccccc.xciiij. & imperauit annis.xxvj.Hic fuit natura clemens,& propter hoc cognominatus est Pius,pręceptorũ domini etiam in aduersitaribus seruator humillimus,& legis sanctę feruentissimus executor.Hic adiecit secularibus legibus quędam capitula valde vtilia.Hic habuit duas vxores:ex prima genuit tres filios:scilicet Lotharium,Pipinum,& Ludouicum.Ex secunda genuit Carolum. Lothariũ Cęsarem fecit, eiq Italiam regendam comisit.Pipinum Acquitanię regem fecit.Ludouicum Bauaris & Germanis in regem concessit.Carolum vero Francię ac Burgundię regem constituit.

¶Capitulum.CII.

Stephanus papa.

STephanus quartus in cathedra Petri sedit mensibus septem, diebus.xviij.vacauit sedes diebus.xviij. Hic ad Gallias veniẽs a Ludouico honorifice suscipitur,quem in imperatorem coronauit,omnesq exules,qui captiui tenebantur in Francia propter scelera,suasq iniquitates quas in Leonem papã perpetrauerãt redemit,& ad propria secum reduxit.Eodẽ anno Luna eclipsim patitur, nonis Februarij hora noctis secunda.Sed & cometa portentuosus apparuit in signum sagittarij,non carens effectu.Nam pręter multas alias seculi nouitates Stephanus papa paulo post a suo reditu de Frãcia Romę diem clausit extremum.

¶Capitulum.CIII.

Paschalis papa

PAschalis primus in cathedra Petri sedit annis septem, diebus xvij.Hic innumera corpora sanctorum in Ecclesia sanctę Praxedis de vrbe per ipsum reparata collecta ex cœmiterijs recondidit.Eodem tempore apparuerunt in diuersis partib⁹ magna prodigia.Fuit quoq terręmotus magnus in palatio Aquẽsi & nocturno tempore ibidem sonus inauditus.In Italia vna imago beatę Marię puerum tenens in gremio,& Magorum imagines offerentium munera,ob nimiã vetustatem obscuratę,& pene totũ erant obolitę.Sed subito imago virginis & pueri benedicti & etiam pictura munerum Magorum tanta resplenduerunt luminis claritate ꝙ omnem splendorem cuiuscunq nouę picturę vinceret,imagines vero Magorum in nullo mutatę sunt.Et sic triduo in fulgore dictę imagines remanserunt.In aliquibus Italię partibus cũ ipsa grandine veri lapides ingentis ponderis ceciderunt.Domus quędam ictu fulminis destructę sunt.Hominesq & animalia passim eisdem ictibus pręter cursum solitum mortua sunt inuenta.In Saxonia inaudita tonitrua,& inuisa fuerũt fulgura.Nam.xxiij.villę populosæ crematę sunt cum magna hominum lesione.In territorio Tullensi virgo quędam post cõmunionem in pascha primo per.x.menses a pane,deinde ab omni cibo & potu per triennium abstinuit, & postea ad cõmunem vitam hominum redijt.In Thuringia cespes longitudinis pedũ.xiiij.altitudinis vero de terra.vj.sine manibus pręcisus vltra.xxvi pedes trãslatus est.Postq secuta est pestilentia inaudita atq mortalitas generalis,quę per Franciam vniuersaliter transiens,multos vtriusq generis interfecit.Sub hac tempestate Paschalis papa moritur & multi principes per totũ orbem debitum naturę persoluerunt.

Dira ꝓdigia.

¶Capitulum.CIIII.

DIcti imperatoris tempore Eugenius in cathedra Petri sedit annis tribus,& mensibus duobus. Hic venerabilis vir & pręclarus magnę simplicitatis & humilitatis fuit,mundum respuēs sola quę Christo erant placita diebus ac noctibus cogitabat. Huius tempore paucis diebus ante solstitium ęstiuale in territorio Augustudrineñ aere subita mutatione in tempestatem conuerso,ingens fragmentum glaciei cuius longitudo.xvj. latitudo.xv.grossitudo duos pedes habebat,cum grandine de cœlo cecidisse dicitur. Eodem tempore Luna eclipsim bis in eodem anno passa est. Postq̧ magna & horribilia circa statum imperij contigerunt. Dicto tempore Heriodus rex Danorum cum vxore sua & filijs,magnaq̧ parte Danorum Magunciç baptizatur.

Eugenij papa.

Heriodus baptizat.

¶Capitulum.CV.

VAlentinus patria Romanus patre Leontio sedit diebus.xl. Tantę virtutis fuit vt adhuc diaconus in pontificem sit electus. Fuerat enī apud Paschalem & Eugenium viros sanctissimos a teneris annis enutritus,a quibus non fabulas aut poetica figmenta,sed bene viuēdi rationem edoctus populo pręesse dignus habitus est. Itaq̧ omni consensu pontifex creatus non secus q̄ in priuata vita se habuit pietatis clementię ac liberalitatis operib9 vacans adeo, vt nulli maiorum pontificum secundus sit habitus,verum exigētibus meritis populi.xl.die sui pontificatus obijt,sepultusq̧ est in Basilica sancti Petri collachrymantibus cunctis. Eo tempore Sicardus dux Beneuenti tyrannicam vitam exercens Deusdedit montis Cassini abbatem in carcerem cōiecit,sperans ab eo pecunias se accepturum. Verum pauper monachus sancte vita functus impium hominem fefellit.

Valentinus.

Sicard9 tyrānus

¶Capitulum.CVI.

GRegorius quart9 in cathedra Petri sedit annis.xvj. Hic de voluntate imperatoris & omnium Episcopoꝝ Gallię atq̧ Germanię festum omnium sanctorum,quod quarto idus Maij celebratur ad Kl'.Nouembris transtulit. Eius tempore quidam scelerati Christiani miserunt ad Soldanum Babylonię vt veniret Romam. Nam leuiter posset totam Italiam possidere. Tanta igitur Sarracenorum multitudo superueniens intrauit Italiam,vt totā superficiem terrę quasi locustę viderentur implere,ac per portum sanctū Centelensem intrans Romam cepit,ciuitas quorum Leonina spoliatur omnino,& Ecclesia sancti Petri stabulum equorum efficitur,& non solum per eos Roma capitur,sed etiam magna pars Tuscię deuastatur. Tandem ad petitionem papę Gregorij Gingo Marchio Longobardię cum Longobardis,& Ludouic9 cū Gallis venientes ipsos cum multa effusione sanguinis fugauerunt. His temporibus portentum cometæ apparuit,signum valde singulare, & primo in signo Virginis,in signū Leonis,Cancri,Geminorū & Tauri cucurrit,ibiq̧ se figens globum igneum emisit,iubarq̧ prolixitatē deposuit. Imperator quoq̧ ista diligenter examinans cum Eginaldo Philosopho contulit,sed eius effectum exprimere noluit. Tunc imperator subiunxit ꝙ regni mutationē,principisq̧ mortem pętendebat:tunc Eginaldus ad confortationem principis prophetę testimonium introduxit dicens. Signum cœli ne timueritis quę gentes pauent. Et tunc imperator nil aliud inquit timere debem9,nisi illum qui nostri

Gregorij papa

Irruptio sarracenorum in Roma.

& huius creator est sideris, sed eius clementiam laudare tenemur qui nostram inertiam, cum peccatores sumus, talibus amouere dignatur indicijs: quia ergo talia portenta cum apparent omnes cõmuniter tangunt, ideo omnes pro posse ad meliora festinare debemus, vt misericordiã in illo dominante consequi valeamus. Et licet tunc impressio illa Ludouicum non tetigerit, tetigit tamen totum statum Ecclesię ex aduentu Sarracenorum ad partes Romanas: vt dictũ est. Et quia dictus Gregorius & Ludouicus quasi eodem tempore decesserunt, sunt notanda quę circa finem vtriusq; contigerunt. Vnde appropinquantibus ad mortem fuit maxima Solis eclipsis, tantũq; fuit obscurat9 aer & obtenebratus sicut de nocte, & ita vt de nocte sidera apparebant. Item Luna sic recessit a Sole, q lumen recipere videbatur eo modo quo recipit in nouilunio. Post hęc autem ęgritudo imperatorem grauiter inuasit, qui statim prouide de imperio & animę suę salute disposuit, & ecclesiastica sacramenta suscepit, multaq; cũ

Mors Ludouici Pij. deuotione migrauit ad Christum. Gregorius quasi eodem tempore diem clausit extremum. Dicunt quidam hoc tempore Ludouicum a Gregorio obtinuisse vt festum omniũ sanctorum Kl'. Nouembris celebraretur, quod factum a Rabano carminibus & sermone mirũ inmodum est laudatum.

¶ Capitulum. CVII.

Lotharı9 ipe rator. LOtharius filius Ludouici Romani imperij monarchiã assumpsit anno domini. dccc. xlij. & ab vrbe condita. M. ccccc. xxj. Imperauitq; annis. xv. Hic patre vita functo inconsultis fratrib9 Ludouico & Carolo, vsurpauit imperiũ, & regna Frãcię & Germanię. Fr̃es sui vidẽtes sic se destitutos hęreditate paterna cõtra eũ insurgũt, aduersus quẽ & apd̃ Fõtanetũ in Pago Antisiodorẽsi acrib9 virib9 decertãt. Tãta quoq; hincinde facta est strages, q nulla meminit ętas tantam stragem hominũ factam in gentem Francorum propter quam sic vires eorum attritę sunt, vt qui aliorum consueuerant potenter & virtuose fines inuadere fines iam suos non potuerint defendere. Victoria tamen Carolo & Ludouico prouenit, iuuantibus Christianis & prouincialibus, qui cum duce Garico superuenerunt. Sed cum nec a bello fratres desisterent consilio optimatum electis de qualibet parte. xl. primoribus de pace agitur. Ipsi primiores tandem ipsos concordauerunt fratres. Hic imperator post xv. annos sui imperij mundo renunciauit, & in monasterio habitum monachalem assumpsit. De cuius anima in obitu suo maxima inter angelos & dęmones fuisse legitur concertatio, ita q cunctis videntibus corpus ipsius videbatur detrahi, tandem orantibus monachis dęmones sunt fugati.

¶ Capitulum. CVIII.

Sergius papa. SErgius secundus in cathedra Petri sedit annis tribus, mensibus duobus. Hic ante papatum Osporci vocabatur. & quia nomen erat inhonestum & inconueniens tantę dignitati, nomine mutato Sergius vocatus est, a quo tempore omnes Romani pontifices nomen proprium mutauerunt. Huius tempore Sarraceni in multitudine graui venientes de Aphrica Romam deuastauerunt, & Ecclesiam Apostolorum Petri & Pauli multum dehonestauerunt. His temporibus. xiiij. duces Bohemię ac Polonię cõuertuntur ad fidem. Eodem tempore Romani Galliam crudeliter tractauerunt. Et primo

in Acquitania per ipsos concrematę sunt Herix insula, Burdegallia, Lemonicas, Xanctona, Eugelisma, Pictaui consequenter Andegaui, Turoni, Aureliani, Parisius, & Beluacum. Eodē tempore Canonici sancti Marcialis Lemonicen̄ sponte monasterium habitum & regulam assumpserunt. Econtrario monachi sancti Martini Turonis abiecto monachali habitu & regula canonicalem habitum assumpserunt. Sed mox in eos vindicta deuenit, quia omnes vna nocte mortui sunt inuēti. Et nota ꝙ de arctiori ad laxiorem non licet transgredi religionē, ecōtrario bene ex iustis causis. Illo tempore Pipinus rex Acquitanię frater imperatoris Angeliacen̄ cōstruxit monasteriū, vbi caput beati Ioannis Baptistę recondidit, q̄uis alij apud Constantinopolim illud esse asseuerent. Alij vero apud castrū Nogēti retro Carnoten̄ diœcesis esse dicūt. Alij vero dictū caput credūt esse Romę in Ecclesia sancti Syluestri.

Nusq̄ legi hoc tpe Galliā a Romanis vastatā cū & ipi Francorū ditionis essēt regnabat ei lothariꝰ filiꝰ Ludonici pij.

¶ Capitulū. CIX.

LEo quartus in cathedra Petri sedit annis octo, mensibus tribꝰ, diebus. vj. Hic multę patientię & humilitatis fuit, largus, pius atq; benignus, amator iustitię, ac plębis feruentissimus gubernator, diuinarum quoq; scripturarum indeficiēs perscrutator, in quo & serpentis astutia, & columbina simplicitas habitauerunt. Hic de cōsilio imperatoris ad defensionem Basilicę principis Apostolorum ipsam Ecclesiam cinxit muris lapideis, & dictā clausuram a suo nomine Leoninū appellauit. Hoc tpe Adulphus rex qui primus totius Anglię obtinuit monarchiā Romā veniēs cum Leone papa nummū argenteum de vnaquaq; domo pro tributo obtulit sancto Petro in anno, quod vsq; hodie soluitur & sterlingus vocatur. Eodē tpe in Bricia tribus diebus & tribꝰ noctibus sanguis fertur pluisse. Hic beatus pontifex tantę sanctitatis fuit vt basiliscum serpentem, cuius venenato anhelitu perierant in fornace sanctę Lucinę depulerit, crucisq; signo maximum illud incendium extinxit, quod diu per domos Saxonū & Longobardorū vagatū fuerat, & diui Petri Basilicę appropinquabat. ob cuius rei memoriam mandauit assumptionis octauas, qua intercedente hoc miraculum impetrauerat perpetuo celebrandas. Hoc etiā tempore Sarraceni cum ingenti classe Neapolitanos, Romanosq; incursibus vexauere, quibus statim auxilio fuit beatus pontifex quanta potuit manu, qui anteq̄ in pugnam ventum esset oratione: Deus cuius dextera beatū Petrum &c. ad dominum fusa, signo crucis cōtra hostes dato pugnandi potestatem facit, atq; ita post longum certamen hostes cū ingenti suorum strage fusi sunt: inde cū gaudio reuertens fores beati Petri a Sarracenis direptas ex eorum manubijs restituit. Migrauit hic pōtificatus sui anno. viij. sepultusq; est ad Basilicā Petri, atq; inter sanctos relatus. xvj. Kl. Augusti celebratur.

Leo q̄rtꝰ papa.

¶ Capitulum. CX.

LVdouicus secundus Romani imperij assumpsit monarchiam anno domini. dccc. lvj. & imperauit annis. xxj. Huius tempore in diœcesi Maguntina malignus spiritus patietes domorū quasi malleis pulsando & manifeste loquendo, furta etiā prodendo, discordias seminando, multipliciter homines inquietabat, & vbicunq; intrabat domus illa confestim exurebatur, ita ꝙ hominibus regionis illius nisi in agris nullus locus remanserat manēdi. Ob hoc quoq; sacerdotibus & religiosis Letanias dicentibus, & aquam benedictam spargentibus malignus spiritus contra eos lapides iaciebat, & multos cruenta

Ludouicus secū dus.

Mirum de dæmonibꝰ

bat,& sic per trienniũ homines illius regionis molestauit. Hoc tpe Hetispons Carolo regi Francorum voluntarie se subiecit,& ex tunc Britãnia regibus Francorum cœpit esse subiecta. Eodem tempore Trebelius rex Bulgarorum cum gente sua ad fidem Christi cõuertitur,& adeo in fide catholica solidatur, vt maiore filio suo in regem sublimato, ipse factus est monachus. Sed cum fili⁹ eius ad gentilitatis cultum rediisset,& Christianos persequeretur pater resumpta militia filium dure persequitur, eumq; cepit,& tetro carceri mancipauit, aliũq; filium suum catholicũ in regni fastigium sublimauit, quo facto regnoq; disposito monachalem habitum reassumpsit,& in dei seruitio vitam finiuit.

Bulgari conuertũtur. Trebeli⁹ Bulgarorũ rex efficit̃ monachus.

¶ Capitulum. CXI.

Ioãnes Anglicus papa.

IOannes Anglicus in cathedra Petri sedit annis duobus, mẽsibus septem, diebus quatuor. ¶ Hic vt fertur fœmina fuit,& in puellari ętate a quodam amasio suo in virili habitu Athenas ducta est, quę in diuersis sic profecit scientijs, vt nullus sibi par inueniretur, quę Romam se transferens ibidem triuialem sciẽtiam legit: aliqui dicunt ꝙ per triennium legit. Cũq; magnos magistros discipulos haberet,& in vrbe vita & scientia ac magnę opinionis esset, in papam concorditer eligitur,& in papatu per suum familiarem impręgnatur. Verum tempus partus ignorans de sancto Petro in Lateranum tendens angustiata peperit inter Coliseũ & Ecclesiam sancti Clementis,& ibidem (vt dicitur) mortua fuit. Hanc viam quando dñs papa relinquit dicitur a plerisq; ꝙ propter detestationem facti hoc agit, nec ponitur in catalogo pontificum Romanorum propter muliebrem sexum. Aliqui Historiographi pręmittunt istum Ioannem Benedicto tertio,& aliqui postponũt.

Ioanna enixa ẽ & moritur.

¶ Capitulum. CXII.

Benedictus tertius.

BEnedictus tertius natione Romanus patre Petro, Ioanni mulieri suffectus est, seditq; annis duobus, mensibus quinq;, diebus. ix. qui tantę sanctitatis fuit vt merito Benedictus diceretur. Hic cum esset omni consensu pontifex electus flendo deũ & sanctos testes faciebat se tantę sedis indignum esse, sed ab omnibus coactus pontificium munus suscepit, inde in ieiunijs & orationibus vacans misericordię operibus semper intentus fuit. Nam & funeribus sacerdotum semper interesse voluit, visitabat infirmos, alebat pauperes, desperatos & calamitosos consolabatur, nec non & viduas, pupillos, oppressosq; acerrime tutabatur, multas etiam Ecclesias vetustate collapsas restituit, eisq; multa dona obtulit, tandem vir sanctus moriens suum corpus ante fores Ecclesię beati Petri sepeliri mandauit. ¶ Defuncto Ludouico pio Carolus cognomento Caluus regnum Frãcorum possidet. Cui fratres Lothari⁹ & Ludouicus ob regnum Francię illi a patre relictum inuidentes aduersus eum bellum parant. Quo cognito Carolus cum consilio Frãcorum celsiore animo etiam cum grandi exercitu fratrib⁹ fit obuiã, diu pugnatum est vtrinq;, tantaq; strages ex vtraq; parte facta est, vt nusq̃ tantos viros in vno prælio cecidisse lectum sit. Victi tamen fratres apud Aquisgranum Lotharius, Ludouicus vero vbicunq; repperit sese receperunt. Hos insequẽs cum victore exercitu Carolus illas conditiones legis ab eo accipere coegit. Cuius hęc formula fuit, Lotharius eo ꝙ esset natu maior imperij diadema cum Austrasia, quã postea de suo nomi-

Benedict⁹ moritur. Carol⁹ caluus Francis impat. Carol⁹ frẽs vincit.

ne Lothoringiam vocauit: insuper & prouinciam adeptus est. Ludouico vero Germania, in qua Baioarij sunt, in partem venit. Carolus regnum Francię hęreditatis iure sibi vendicauit. Rebus vero ita cōpositis Lotharius tędio pręsentis vitę religionem professus est, relicta filijs quos tres habuit hęreditate. Nam Ludouicus imperium, Lotharius Austrasiam, Carolus vero Prouinciam cum parte Burgundiæ adeptus est. Verum non multo post defuncto Lothario Carolus Caluus rex Frācię Austrasia potitur, ac de more apud Mettim rex inungitur. Quapropter indignatus Ludouicus a pontifice obtinuit, vt qui ex incolis Austrasię Carolo pareret, a sacra Christianorum cōmunione pelleretur, sed cum id nihil sibi prodesse intelligeret, Ludouicus armis partem suā nititur repetere. Legatorū tamen opera factum est, vt eo qđ cuiq; obtigebat maxime cōtentus esset. Habuit quoq; Carolus aduersum Normanos bellum, qui cum Andegauia vrbe iam potirentur pressi obsidione a Caroli exercitu conditiones pacis acceperunt. Lothoringia vnde vocet. Lotharius religionem ingreditur.

¶ Capitulum. CXIII.

Nicolaus primus in cathedra Petri sedit annis. ix. mensib9 duobus, diebus. xx. Et vacauit sedes diebus septem. Hic post sanctum Gregorium in Romana sede tenuit principatum in sanctitate. Huius tempore sanctus Cirillus corpus sancti Clementis Romam transtulit, quod in Ecclesia sancti Clemētis reconditur. Hic instituit ne vllus secularis princeps aut rex pręsumeret vsurpare ea quę sunt sacerdotum: vt testatur Gratianus in. c. imperium. x. dist. Constituit etiam vt pontificum decretales epistolę vim vbiq; obtinerent in. c. Romanorum. ix. dist. Voluit quoq; nuptias publice celebrari nō clandestine. xxx. q. j. c. nostrates. Ordinauit pręterea vt in cœna domini Gloria in excelsis caneretur: de consecra. distin. j. c. gloria in excelsis. Hic demum gloriosus pōtifex optime de deo deq; hominibus meritus suum corpus ante fores Basilicę sancti Petri sepeliri mandauit. Hoc tempore Tyberis adeo Romam vexauit, vt lyntribus tm̄ de vico ad vicū transire liceret, creditum fuit a multis diluuium tunc inchoare. Nam hac inundatione multę domus euersæ sunt, & plures arbores euulsę, & sata passim disecta. Neq; hoc semel eo āno, sed iterum Decembri mense Romę accidit. Nicolaus. Tyberis inundatio.

¶ Capitulum. CXIIII.

Adrianus secundus in cathedra Petri sedit annis quinq;. Hic pontifex cum esset in pauperes munificus quadraginta denarios quos a Sergio aliquando dono acceperat, distribui pauperibus dispensatori domus mandauit, qui cum videret ne minimę quidem parti posse satisfacere ad Adrianū rediēs rē ipsam exponit. Tum Adrianus accepta pecunia ad pauperes veniēs & ternos denarios singulis pręstitit, & totidem sibi rei familiari satisfactur9 reseruauit, cuius rei causa etiā nolens pontifex creatus est, quod Ludouico imperatori valde gratū extitit. Tandē cū sanctissime suo munere esset functus moritur, & in Basilica Petri sepelitur. Hic Lothariū fratrē imperatoris & regē Lothoringię ꝓ adulterio excōicauit, qui Romā veniēs vt se excusaret ꝓ suę innocētię ostēsione ad cōionē corporis Christi inuitauit, & etiā suos optimates: sed oēs qui indigne perceperunt ipso anno mortui sunt. Rex etiam rediens de vrbe Placentię defunctus est. Huius pōtificis tpe gens Danorum Angliam pertur Adrianus. ij.

Dani Angliā iuadūt. bauit,tegemq; Christianum Aimundum capitali sententia condemnauit,cui⁹ caput lupus famelicus deportās in insulā iter anterioꝝ pedū amplex⁹ seruādo custodiuit,& dum quęreretur dicitur talem vocem emisisse.Her,her,her.quod sonat latine hic,hic,hic,sicq; manifestato martyrio gens Anglorum lętatur.

¶Capitulum.CXV.

Ludouicus. LVdouicus Romani imperij assumpsit dignitatem,& imperauit annis.xxj. Hic habuit prelium cum Normanis.Hoc tempore Normani Acquitanię terminos repetēres Andegauum, Turonum, Pictauum, inde vastant.quibus Ranulphus dux Acquitanię perimitur,& cęteri tanq̄ oues a lupis perimūtur. Hoc tempore Carolus minor filius Ludouici Germanorum regis a dęmonio vexatur patris & optimatum eius in conspectu fatetur sibi illud accidisse,quia cōspirationem moliebatur aduersus patrem. Huius imperatoris tempore Italia Brixię tribus diebus ac noctibus sanguis de cœlo pluisse legitur.

¶Capitulum.CXVI.

Ioānes viij. IOannes octauus patria Roman⁹ patre Gundo Adriano suffectus est,seditq; in cathedra Petri annis decem. Hic ad Carolum regem Francorum missis nuncijs Romam propere vocat,ac imperatorem decernit Augustumq; vocat. Ea propter a Romanis captus in vincula cōijcitur,quibusdam tamen amicis adiuuantibus ad Ludouicum Balbum Caroli filium fuga prolapsus se contulit,& ibidem per annum mansit. Inde Romam rediēs a Romanis susceptus est,ibiq; Ludouicum imperatorem fecit. Habuit hic pontifex

Concilium apd̄ Trecas apud Trecas vrbem Gallię cōcilium vbi inter cætera constituit. Si quis sacerdos aut laicus homicidium faceret perpetuo irregularis habeteur,& ad sacros ordines nullaten⁹ admitterent,nec decętero missam celebrare p̄sumeret: vt habetur in.c.miror.dist.l. Statuit etiā si quis sacrū de non sacro aut non sacro abstulisset sacrilegij pœna mulctaretur.xvij.q.iiij.c.si quis. Tandem vita functus

Carol⁹ Caluus morit̄. in Basilica Petri sepelitur. Scribunt quidam hoc tempore Carolum Caluum venenata potione quam ei epotādam sanitatis causa dederat Sedechias Iudeus medicus emortuum esse siue corruptus pecunia siue Christianę religiōis odio. Huius corpus Versellis inhumatum est in diui Eusebij ęde anno octingentesimo septuagesimo octauo: vnde post annum septimum exemptum in diui Dionysij templum delatum est. Eius certe Caroli extant pręclara monumenta. Nam multa cœnobia deuotus rex ędificauit.

¶Capitulum.CXVII.

Ludouicus Balbus. LVdouicus Balbus filius Caroli mortuo patre regnum iure hereditatis assumpsit anno salutis octingentesimo septuagesimo octauo. Hoc tempore cum Ioannes octauus pontifex a quibusdam comitibus vexaretur Ludouicum Francię regem adijt opem ab eo aduersus prędatores postulans,cui cum se id curaturum respondisset Ludouicus apud Trecas imperij diademate coronauit,augustumq; appellauit: in eo concilio diffinitum est vt sacerdotes qui suis sedibus sine licentia papæ abijssent ad eas redirent. Flādris vero qui tum primum ex locis nemorosis ad meliorem & optimū cul=

tum venerant Episcopus datus est. Imperator vero cum audisset Bernardum Marchionem belli motus excitare in hunc mouens lecto decubuit, relictoq; Carolo hęrede paucos post dies morte apud Compendium absumptus est, ac sepultus in Basilica diuę Marię anno dñi octingentesimo octogesimo.

Capitulum.CXVIII.

Ludouicus.

LVdouico Balbo e vita sublato filius eius Ludouicus non sine magna procerum controuersia regnum obtinuit. Nam Gosselmus quidam homo potens cum Theodoricum & Rosimũ regis tutores haberet exosos: Conrardum Parisiorum comitem sollicitat, vt suas partes sectetur: deinde Ludouicũ Germanię regem prępropere vocat, qui rebus Francorum moderaretur, qui primum Mettin veniens a proceribus acceptus Verduniũ postea contendit, sed cum regis tutores viribus impares se agnoscerent, relicto regi Germanorum Austrasię regno Franciam liberam dimitti deposcunt, quod annuens Ludouicus in patriã redijt. Quo abeunte Normani ad flumen Ligerim infestis incursionibus patriam vastantes mox magna strage ab exercitu Ludouici affecti sunt. Nam eorũ nouem millia occisi sunt, cõpluribus in flumen demersis. Hoc etiã tempore Ludouicus Germanię rex a Francia reuertẽs, Normanorũ multitudinẽ, quę ab Italia venerat, mox fugauit: Saxones tamen multo damno affecerũt. Interea vero Rosimus Viennam vi armorum ceperat, aduersus quẽ Ludouicus duceret exercitum cum Carolo fratre vrbẽ obsidet: verũ cum audisset Normanos Franciam incursionibꝰ vexare, in eos se cõuertit. Est enĩ gens illa Normanorũ pręter cęteras nationes barbara, fallax, & immanis, ac christianã gratiam & omnem proximorũ mansuetudinem exosa. In eos tamen cõmisso pręlio multos Ludouicus fugauit ac occidit. Interim vero cũ bellum sursum instaurarent, rei militaris curam Theodorico commisit. Ipse vero morbo correptus apud Turonum moritur: & in Basilica sancti Dionysij sepelitur.

Normani interficiũtur.

Normani fallaces.

Capitulum.CXIX.

Carolꝰ

CArolus itaq; accepta fratris morte, relicta parte copiarum ad obsidionem Viennę citus ad proceres Francos concessit. Per id tempus Normani ex Germania mouentes, templa, vrbesq; cum magno christianę reipublicę incommodo diripuerunt. Aduersus hos Carolus exercitum ducens pacem inijt, eo pacto vt fidem Christi reciperẽt, qua conditione accepta eorum dux Godefridus Christianus efficitur, at Carlomanus & frater eius Ludouicꝰ, Ludouici Balbi ex pellice filij regni moderatione accepta Normanos rebellantes iterum vincunt, nouem millibus interfectis. Huius Carlomani filius Ludouicus, Nihil faciens, ob inertiam appellatus est, qui nulla re insignior fuit q̃ virginem monialem ex Calensi monasterio abductam duxit vxorem. His diebus Normani contemptis inducijs quas cum Carolo firmauerant Galliam irrumpunt, ac deuastant: quibus occurrens Hugo abbas tantam Barbarorũ cędem fecit, vt ne vnus quidem superesset qui calamitatis nuncium deferret. Hic est ille Hugo qui prędia monachis & monialibus abstulit, adhibito moderamine victus & vestimentorum. Circa hęc tempora Ludouicus ille iners & nihil faciens moritur, relicto hęrede Carolo Simplici.

Normani ecclesias vastant.

Godefridus christianus efficitur.

Normani vicũtur.

Ludouicꝰ nihil faciens.

Ludouicꝰ moritũ

Capitulum.CXX.

Martinus.ij.

MArtinus secundus natione Gallus, patre Palumbo Ioanni pontifici suffectus est. Sedit anno vno, mensibus quinq. Nihilq memoria dignum gessit, quippe qui malis artibus pontificatum esset adeptꝰ, ideo parumper imperauit.

¶Capitulum.CXXI.

Carolꝰ Siplex.

Normani Franciam vastant.

Rollo dux normanorum baptizatur.

CArolus Simplex Ludouico Inerti defuncto regnum sub tutela Eudonis regnū Frācię recepit, sed cū inutilis ad imperium esset, Normani duce Rollone per oēm regionē Francię populationes faciunt, omnia perdētes, quibus cum nemo resisteret virgines in stuprum & seruitutem abducūt. Nulli tēplo ignē non miserunt, flagrantibus vndiq agris atq vrbibus, quibus calamitatibus vexati Franci regis inertiam accusant, clamitant, ac latrāt: quorum clamoribus excitatus rex cum Rollone paciscitur, hoc pacto vt accepta Gilla filia Caroli sacris initiatur, attributa pro dote filię Neustría. Conditionem accipit Rollo, ferocitatēq omnem deponens Rothomagum adijt, ibiq fidem Christi suscipiens Robertus mutato nomine appellatus est. Pacatis vero Normanis regni proceres a Carolo desciscunt. Sed postea reconciliati aduersus Robertum cum vrbes aliquot vi cepisset prælium ineunt, ibi Robertꝰ prope Suessionem occisus est. Hebertus vero Viromandorum comes regi quasi gratulaturus obuius venit, quem Peronam ducens, vbi arcem ingressus est, Carolus mox in vincula conijcitur. In cuius locum Arnulphus (qui & Radulphꝰ dicitur) eiꝰ nepos diademate coronatur apud Suessionem, qui cum Sarracenos Burgundiam vastantes debellasset post.xij.administrationis annum dei nutu pediculari morbo breui consumptus est, cum eñ esset primo quidam strennuꝰ, ac Normanos multis cladibus affecisset, victoria elatus in ecclesiasticos desęuit. Et apud Senones in ęde sanctę Columbę inhumatur.

¶Cap.CXXII.

Hadrianus.iij.

HAdrianus tertius patria Romanꝰ patre Benedicto post Martinum in papā eligitur, qui initio sui pontificatus tanti animi fuit vt legē ferret ne in creādo pontifice imꝑatoris authoritas expectaret̃, vtq libera essent & cleri & ppl'i suffragia: vt Gratianus refert in decre.lxij.dist. per totū annū tñ superuiuēs in pōtificatu Hadrianus clerū ac populum futurę virtutis spes fefellit, eo repēte sublato. Sepultusq est in Basilica Petri.

¶Cap.CXXIII.

Stephanus.v.

STephanus.v. sedit in cathedra Petri ānis.vj.diebꝰ.viij. Huiꝰ tpe metu Normanorum totā Galliam deuastantiū corpꝰ sancti Martini de Turonis Antisiodorum est deportatū, ac in Basilica sancti Germani locatū. Sed cōtēdētibꝰ monachis, & quilibet suo sancto q̄ fiebāt miracula ascribētibꝰ ꝑ determinatiōe leprosus iter sanctos.s. Martinū & Germanū statuit̃, cuiꝰ pars ad sanctū Martinū versa curata esset, iterū sequēti nocte alia ꝑte ad sāctū Martinū mūdata ē, sc̄tō Germāo nō ipotēte sed hospitē honorāte.

¶CXXIIII.

Formosus.

FOrmosus Episcopus Portueñ in cathedra Petri sedit annis quinq, mensibus.v. Hic per picturam renouauit totam Ecclesiam sancti Petri. Hic metu Ioannis papæ Episcopum Portueñ deseruit, nolensq redire anathematizatus est, & tandem per dictū Ioannem vsq ad laicalē depositꝰ est statum, iuramento se astringēs, nec Romam, nec ad Episcopatum se re-

gressurum. Post ideo a Martino successore Ioannis restitutus, nedum Romam rediit: verum contra iuramentum Romanum pontificatum suscepit. Dicti imperatoris tempore septem pontifices sequẽtes scd̃m aliquos Historiographos sederunt successiue in cathedra Petri, sed computatis annis quibus imperator dictus imperauit, & quibus pontifices sederunt: posse stare non video. In hoc tamen non est magna vis. Sufficere enim vobis debet numerum pontificum & imperatorum scire, & quę eorum temporibus contigerunt stupenda.

¶Capitulum. CXXV.

Bonifacius sextus in cathedra Petri sedit diebus quindecim: vel vt Platina scribit, diebus triginta, cuius gesta propter temporis breuitatem nulla sunt. Bonifacius. vj.

¶Capitulum. CXXVI.

¶Stephanus sextus qui omnes ordinationes Formosi inanes diffiniuit.

Stephanus sextus sedit anno vno, mensibus tribus in cathedra Petri, qui omnes ordinationes Formosi inanes & irritas esse diffiniuit: nec his contentus corpus eiusdem papę, qui eum Episcopum Arriagnię fecerat in concilio positum, papali veste exutum, laicali reinduit, & duobus digitis dextrę manus abscissis manum eius in Tyberim fecit iactari. Stephanus. vj.

¶Capitulum. CXXVII.

Romanus in cathedra Petri sedit annis tribus: secundum alios dicitur quod solum sedit mensibus quatuor, diebus viginti tribus. Hic Stephani pontificis decreta & acta statim improbat & abrogat. Romanus.

¶Capitulum. CXXVIII.

Theodosius secundus in cathedra Petri sedit annis duobus, diebus quindecim. Hic Synodum fecit Rauennę. lxxiiij. Episcoporum, vbi Synodus Stephani contra Formosum extitit reprobata. Hoc tempore coenobium Cluniaceñ constructum extitit, Berno comite in abbatem instituto. Theodosius. ij.

¶Capitulum. CXXIX.

Ioannes nonus patria Romanus Theodoro suffectus est. Hic inito pontificatu Formosi causam pro viribus tutatus est, cui populus Romanus apprime contradicens seditionem fecit. Quapropter fugiens Ioannes Rauennam concilium. lxxiiij. Episcoporum habuit: ibi Stephani acta cassauit, & Formosi causam restituit, inuidia Stephanum fuisse percitum in iure dicundo. Obiit autem pontificatus sui anno secundo. Ioãnes nonus. Conciliũ apd̃ Rauennam.

¶Capitulum. CXXX

Benedictus quartus patria Romanus cum esset clementiæ deditus, pontifex creatus est. Huius eximia laus est quod in valde corruptis temporibus grauiter & constanter vitam duxit: nihil tamen memoria dignum suo tempore accidit. Mortuus est autem anno tertio sui põtificatus mense quarto. Benedictus. iiij papa.

¶Capitulum. CXXXI.

Leo quintus post Benedictum eligitur. Hunc post triginta dies, alibi habetur quadraginta ordinationis suę, Christophorus presbyter captum in carcere trusit, & per inuasionem rapuit præsulatum, & post Leonem, Leo. v. papa.

¶Capitulum. CXXXII.

Chriſto phorus papa.

CHriſtophorus in cathedra Petri ſedit mēſibꝰ ſeptem,quibus elapſis Chriſtophorꝰ a Sergio papa deponitur,& in carcerem tāq̄ inuaſor detruditur.Alij dicunt q̄ eiectus a papatu monachus efficitur.

Epilo= gꝰ quo= rūdā q̄ ſupiꝰ di cta ſūt. Carolꝰ

¶Capitulum.CXXXIII.

CArolus huius nominis ſecundus Romani imperij aſſumpſit monarchiam,& imperauit annis tribus,& menſibus nouem. Contra iſtum a Ludouico fratre ſuo rege Germaniȩ,eo q̄ ſe inconſulto imperium vſurpauit,bellum paratur.Et cum Carolus ſufficientem exercitum non haberet,per alpes in Franciam redire diſponens,a quodā Iudȩo paſſionatus in loco qui dicitur Marcua,mortuus eſt.Hoc tempore Comitatus Flādreñ ſumpſit exordium.Flandria eñ tunc modicȩ famȩ fuit,& a regis Francorum foreſtarijs regebatur:quo in tempore Franci pluſq̄ quinq̄ millia Romanorum perimūt,& poſtmodū in ſylua Frāciȩ dicta Carbonaria a Frācis pluſq̄ nouē millia ꝓſternuntur.Dicti Normani fere antea per.xl.annos regnū Francorum deuaſtauerunt,ſed per fratrem regis in territorio Carnotenſi ita deuicti ſunt,vt ſe peterent fieri Chriſtianos,quod & factum eſt.Nā Rolloni duci Normaniȩ Carolus dedit Gillam filiam ſuam,& totā Neuſtriam.Hic fuit primus dux Normanorum Chriſtianus.Hic genuit Guillermum,& Guillermus Richardum ſecundum,& hic Richardus genuit Richardum tertium,ac Robertum Richardi.Hic Robertus Apuleiam,Calabriam,& Ceciliam acquiſiuit,Venetoſq̄ & Alexium imperatorem Grȩcorum deuicit.Hic genuit Guillermum,qui interfecit in bello Carolum regem Anglorum. ¶Capitulum.CXXXIIII.

Initiū comita= tus Flā driȩ.

Sergiꝰ.

SErgius tertius in cathedra Petri ſedit ānis ſeptem,diebus ſexdecim.Hic diaconus a Formoſo papa factus reprobatus a papatu,& tandem papa factus ad Franciam ſe contulit,Francorumq̄ auxilio Chriſtophorū inuaſorem papatus incarcerat,& Romam latenter ingreſſus papatum obtinuit,& in vltionem ſuȩ repulſȩ Formoſum ex tumulo extractum,in ſede pōtificali ſacerdotaliter indutum decollari prȩcepit,& in Tyberim iactati:& omnes per ipſum ordinatos deordinauit.Quē Formoſum poſtea a piſcatoribꝰ inuētū,& in loculo ad Eccleſiā beati Petri aſportatum quędā ſanctoꝝ imagines adoraſſe & venerabiliter ſalutaſſe viſȩ ſunt. ¶Capitulū.CXXXV.

Carolꝰ iunior.

CArolus Iunior huiꝰ noīs tertiꝰ fauētibꝰ ſibi quibuſdā Romanis imperiū adeptꝰ eſt:& īpauit ānis.xij.Huiꝰ tpe maxima fames fuit per totā fere Italiā.His diebꝰ gens Vngaroꝝ Aſturia egreſſa Pānoniā primitus venit,& eiectis inde Bauaris ibi vſq̄ hodie permāſit.Hec gens illo tpe adeo inculta fuiſſe narratur,vt carnibꝰ ad cibū,humano vero ſanguine vteref ad potū queadmodū & Phalangi,q̄ vltra Ruthenos morātur. ¶Cap.CXXXVI.

Anaſta ſius. Landul phꝰ grȩ cos ſu= perat.

IVius imperatoris tpe.Anaſtaſius.iij.natione Romanꝰ poſt Benedictū in cathedra Petri ſedit annis duobꝰ,mēſibꝰ duobꝰ Huius eximia laus eſt q̄ ꝓdeceſſores ſuos coluit,ac veneratus eſt,nemini iniuriam ac ignominiā inferēs,ab hoc tamen memoria dignum nihil geſtum eſt.Hoc quoq̄ tempore Landulphus Beneuentanus princeps Grȩcos graui prȩlio ſuperauit

in Apuleia,mortuus est autem Anastasius anno secundo mense secundo,sepul tusq; in Basilica Petri sepelitur. ¶Capitulum.CXXXVII.

LAndo Anastasio suffectus est,seditq; mensibus sex,sed cum eius vita fuerit obscura nonnulli hunc ex numero pontificum abradunt,a quo etiam nihil quod laudari possit posteris relictum est: mortuus vero in Basilica Petri sepelitur. ¶Capitulum.CXXXVIII. Lando.

IOannes decimus in cathedra Petri sedit annis.xiiij. Hic fuit filius Sergij papę. Huius consilio & auxilio Sarraceni:qui tunc dominabantur in Italia prope vrbem primo deuicti sunt. Deinde ipse papa cum Marchione Albirico in Apulia cōtra Sarracenos durum bellū habentes victores sunt effecti,& redeuntes a populo Romano cum honore sunt suscepti,sed post discordia interueniente Marchio prędictus expulsus misit pro Vngaris vt venientes terrā Romanā possiderent,qui venientes totā Tusciam depopulando mares & fœminas:& quicquid tollere poterant in Vngariam deportauerunt, propter quod Romani Marchionem trucidauerunt. Vngari vero annuatim per magnum tempus Romam vastare solebant. Dictus Ioannes papa a militibus comitis Guidonis captus:& in carcere positus super os eius ceruicali posito strangulatus est. In cuius loco alter Ioannes subrogatur,sed quia male intrauerat mox eiectus fuit,nec in numero pōtificum collocatur. ¶Arnulphus nepos prędicti imperatoris ad imperium sublimatur,& imperauit annis.xij. De isto Arnulpho legitur q̄ longa infirmitate tabefactus nullo medicamine adiuuari potuit,quin a pediculis fuerit cōsumptus. ¶Cap.CXXXIX. Ioānes decim⁹.

LEo sextus natione Romanus in cathedra Petri sedit mensibus sex,diebus.xv. Hic præclaris moribus imbutus nihil tyrannicum gessit,omnesq; ad concordiam reuocare studuit,ac Barbaros Italia pellere sæpe nisus est,quibus operibus inrētus tandē moritur,ac sepelitur in Basilica Petri. Leo.

¶Capitulum.CXL.

STephanus septimus natione Romanus defuncto Leone sedit in cathedra Petri annis duobus,mense vno,dieb⁹.xij. Hic admodum religiosus & pius ea quę dei sunt semper quęrens. Eo tempore Vngari Alemaniam & Saxoniā populantes ab Henrico Germanorum rege magna clade affecti sunt. Scribunt etiam quidam Rodulphum Burgūdię ducem Italiā ferro ac flamma vastasse,ac secūdo Berengarium imperio priuasse,propulsus tamen postea ab hostibus in Burgundiam se recepit. Moriens autem Stephanus in Basilica Petri sepelitur. ¶Capitulum.CXLI. Stephanus.xij. Rodulphus. Stephanus moritur.

IOannes vndecimus in cathedra Petri sedit annis quatuor,mensibus decem,diebus quindecim. Huius anno primo Ianuę fons sanguinem fluxit,prętendens forte subsecutam vrbis ruinam,quę eodem anno a Sarracenis Aphricanis illuc cum classe venientibus capta fuit,cunctis ciuibus,exceptis paruulis & mulieribus,captis aut occisis,& thesauris expoliatis. Quidam hunc Ioannem Sergij pontificis filium asserūt, non autem eum de quo nuper scripsimus. Hoc etiam tempore Vngari Italiam depopulati sunt,abductis secum paruulis & mulieribus:verum dum Pelignorum fines attingerent,a Marsis opprimuntur. ¶Capitulum.CXLII. Ioānes vndecimus.

Leo. LEo septimus natione Romanus in cathedra Petri sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus duodecim. Huius tempore Sol cœlo sereno est obscurat⁹, per fenestras domorum radios quasi sanguineos emittebat. Item homini cuidam manu sua ferro amputata post annum nocte quadam dormienti restituta est integra, in loco coniunctionis linea quędam quasi sanguinea apparebat, mortuus autem sepultus est in Basilica Petri.

¶Capitulum. CXLIII.

Stephanus. STephanus octauus patria Germanus Leoni suffectus est, seditq; annis tribus, mensibus quatuor, diebus. xv. Hic a Romanis adeo turpiter truncatus & mutilatus fuit, vt in publicum exire post susceptum pontificatum ausus non fuerit, itaq; vitam priuatam agens nihil memoria dignum gessit, sepultus est autem in Basilica Petri.

Stepha n⁹ a Romanis occidit.

¶Capitulum. CXLIIII.

Ludouicus. LVdouicus pręfati imperatoris filius imperauit scd̃m aliquos annis. x. scd̃m alios annis sex. In isto Ludouico incœpit deficere progenies Caroli Magni in regno Germanię. Et cessauerunt Fraci imperare, quod apud eos fuerat circa. c. xx. annos. Exempto igitur imperio a Fracis fertur ad Italicos scd̃m sententiam Romanorum, quia Francigenę non iuuabant Romanam Ecclesiam contra Longobardos, propter quam causam tempore isti⁹ Ludouici diuidi cœpit imperiũ: quidã tm̃ in Italia, quidã tm̃ per Alemaniam imperabant vsq; ad Othonem primum, qui resumpsit vtrobiq; imperare. Hic Ludouicus propter Tyrannorum Italię insolentiam, & malorum incongruentiam benedictionem non habuit imperialem. Quidam hos imperatores superioribus temporibus ascribunt.

¶Capitulum. CXLV.

Martinus. MArtinus tertius patria Romanus pontificatum iniit post Stephanum, seditq; annis tribus, mensibus sex, diebus. xiiij. vir quidẽ pietatis ac mansuetudinis plenus. Huius tempore cum vndiq; ob nimiam bellorum ingruẽtiam tumultuaretur, ipse religioni deditus ad pacem & concordiam omnia reducere nitebatur. Pugnatum est acerrimis viribus in Europa cũ Othone aduersante Lothario. Hoc bellum maxima fames secuta est. Opera tm̃ Martini discessum est ab armis, qui postea moriens in Basilica Petri sepelitur.

¶Capitulum. CXLVI.

Agapitus. Odo abbas. AGapitus in cathedra Petri sedit annis octo, mensibus sex, diebus decem. Huius tempore sanctus Odo Abbas Cluniaceñ dormiuit in Christo, cui Ademarus succedit, qui cum sex annis texisset, sanctum Maiolum abbatem substituit: virũ eximij feruoris & abstinẽtię, & reparatorẽ monasticę disciplinę. Hic pontifex vir quidem magnanimus fuit, qui Othonem Germanię regem aduersus Berengarium in Italiam vocauit, cuius opera inter hunc pontificem & Berengarium lites compositæ sunt. Fuit etiam hic pontifex innocens & religionis Christianę præcipuus amator. Mortuus autem sepelitur in Basilica Petri.

¶Capitulum. CXLVII.

COnradus huius nominis primus pręfati Ludouici imperatoris filius, qui successit patri in imperio solum apud Theutonicos: & imperauit annis septem. Ipse tamen vti pater benedictione caruit imperiali, & quia non imperauit in Italia non computatur inter Imperatores Romanos. Hic anno septimo moriens coram principibus regni regem designat Henricum filium Othonis ducis Saxonum, & sic prorsus progenies Caroli in regno Germanię terminatur. Contradus.

¶Capitulum.CXLVIII.

BErengarius primus apud Italos cœpit imperare: & imperauit sc̃dm aliquos annis septem: sc̃dm alios ãnis quatuor. Iste prudẽs in armis fuit, & habuit bellum cum Romanis. De isto Berengario primo, nec de secundo, nec de Hugone, de Henrico, de Berengario tertio, de Lothario, nec de Berengario quarto, qui in Italia imperauerunt nullam facit mentionem Vincentius, sed solum incipit ad Othonem primum horum imperatorem. Berengarius.

¶De Ioanne duodecimo a diabolo percusso. Capitulum.CXLIX.

IOannes duodecimus natione Lombardus in cathedra Petri sedit annis septem, diebus sex. Pater istius Romanoꝝ nobiles cũ esset potens iuramẽto astrinxit, vt filiũ suũ mortuo Agapito promoueret, quod est factũ est. Hic venator & totus lubricus fœminas publice tenebat, propter quod quidam Cardinales Othoni imperatori literas scripserũt, vt Ecclesię scandalo compatiens Romã veniret. Quod Ioannes papa pręcipiens Ioanni diacono cardinali: huius facti consiliario, nasum, & Ioanni subdiacono, qui literas scripsit, manũ amputari fecit. Demũ per imperatorẽ & clerum monitus cum corrigi nõ posset, collecto consilio Episcoporũ Italię Leo adhuc laicus substituitur, sed postmodũ idem Ioãnes papa collecta Synodo per Ro. Leonem deposuit, & gesta eius cassauit. Tandẽ cũ vxore cuiusdã se oblectans a diabolo in tempore percutitur, & sine pœnitẽtia moritur. Et quia vt mox dictũ est cardinales cõtra summũ põtificem ad Othonem imperatorem recursum habuerũt, satis liquet ꝙ de illis qui in Italia imperauerũt etiã paruipendit, scribere tamen vt sciantur qui & quot annis imperauerũt. Est sciendũ ꝙ dicto Berengario successit Berengarius secũdus, qui imperauit in Italia annis sex. Martinus tñ dicit ꝙ annis octo, cui successit Hugo, qui imperauit annis sex. Vincentius tñ nec Martinus nullã faciunt mentionẽ de isto Hugone. In Almania impauit Henricus post Conradũ sc̃dm Vincentiũ annis.xviij. & quia nõ imperauit in Italia, nec fuit per papam coronatus, inter imperatores non computatur. Berengarius terti9 regnauit in Italia annis.vij.vel.viij. Cuius tẽpore magnum schisma fuit in Italia annis duobus. Huius tempore factus est Sol sicut sanguis: vnde post paucos dies cędes hominum magna secuta est. Ioãnes. Ioãnes a dęmone suffocatur.

¶Capitulum.CL.

CVm apud Peronã Carolus Simplex in vinculis esset, Ludouicus eius filius qui ad Anglos confugerat, adhortantib9 quibusdam primoribus in Franciam reuertitur, atq in regem inungitur. Secundo anno regni eius visi sunt homines in ethere bellantes: vnde anno sequenti principes Francorum a rege deficiunt. Tantaq hoc anno caritas annonę fuit, vt frumenti Ludouicus.

Discessio Frācorum a rege.

sextarius quatuor & viginti libris venderetur. Tantis malis pressus Ludouicus regis Germanorum amicitiam orat, qua obtenta veriti Franci proceres Ludouici potentiam in regis gratiam vt melius possunt sese insinuant. Hebertus vero Virodomansis comes iniurię quam Carolo intulerat oblitus tum aderat cum cęteris vt regis gratiam promereretur, quem conspicatus rex non immemor iniurię in eum commento cursoris Angli vsus a furca suspendere iussit.

Guillerm⁹ normanus dolose occidit.

Hoc tēpore Guillermus Normanorū rex a satellitibus Arnulphi perfidi Flādrēsiū comitis insidiose pimit. Interea vero rex acceptę aliqn̄ a Guillermo gr̄ę īmemor filiū eius Richardū crudelissime tractat conuicia in eū coniectās, qua propter Bernardus Danus eius tutor dolo Osmondi Richardum ad se reuocat implorato Hugonis Magni Parisiorū comitis auxilio, quapropter Ludouicus cōsilio Arnulphi perfidi vsus Hugonē magnis pollicitarionib⁹ ad se allicit, q coacto exercitu Normanos statim aggreditur, conuentu tamen habito ab armis discessum est.

Frāci occidunt a Danis. Ludouicus capitur.

Interea Bernardus Danorū regem in auxilium asciscit, quibus volens occurrere Ludouic⁹ cōpluribus Francis occisis rex perniciosissimo equo vectus fuga sibi salutem quęrit, in manus tamen cuiusdam Dani veniens vinctus Rothomagum ducitur. Inde conuentu habito datur filius eius Lotharius obses cum duobus Episcopis Hildrico Beluacensi, & Guidone Syluanectensi. Iniuriam tamen sibi a Normanis factam rex frequenter animo voluēs Othoni imperatori mandat se Lothoringiam illi daturum si Normanos deuincere posset, qua spe allectus Otho coacto exercitu Rothomagum cum Ludouico obsidet, aduersus quos ciues eruptionem facientes magna clade eos afficiūt.

Ludouicus moritur.

Ludouicus autem hoc anno mortuus in diui Remigij templo sepelitur.

¶Capitulum.CLI.

Berengarius.

Berengarius quart⁹ regnū Italię cū imperio adeptus est anno dn̄i.dcccc.xl.scd̄m Martinū: sed scd̄m Richardū.dcccc.xlvij & regnauit cū filio suo Alberto ānis.xj. Apud Theutonicos vero regnauit Otho prim⁹ Henrici pręfati fili⁹. Berengarius vero feritate valida Italiā premebat, & Dalmadā Lotharij imperatoris relictā in carcere tenebat. Otho vero rex Alemanię in manu valida intrās Italiā, Berēgario repulso, reginā liberat. Eaq̧ sibi in matrimonio copulara, Natale dn̄i Papię celebrat. Postq̧ Berēgario ab Othone in gratiā recepto, Lōbardiā sibi reddidit, excepta Marchia, Triūsina, Veronis. & Aquileia. Sed paulo post a sede ap̄lica & Lōbardia venerunt legati ad Othonē de Beregarij tyrānide cōquerētes. Otho veto ꝑ corona imperij vocat⁹, Romā proficiscēs cū in Lōbardiā venisset Berengariū captiuauit, & Bauariā in exiliū misso, a Ioāne papa.xij. & a Romanis solēniter est recept⁹. Sicq̧ imperium ad Theutonicos ꝑ gloriosa victoria, Ecclesięq̧ defensiōe trāsiuit.

Mōstrū in Vasconia.

Hoc tp̄e in Vasconia mulier ab vmbilico sursum diuisa, duo capita & duo pectora habēs, vna comedēte vel dormiēte, altera nūq̧ neutrū peragebat. Vixerūt multo tp̄e, tādē vita finitę sunt.

¶Capitulum.CLII.

Otho.

Otho prim⁹ cœpit primo regnare apud Theutonicos, & tam apud illos q̄ Romanos impauit ānis.xxxvj. Hic ī bonis opibus insistēdo in allodio suo apud Madelburgā Ecclesiā mirę pulchritudinis ad honorē sācti Mauritij fabricauit, magnisq̧ possessionib⁹ dotauit, ibiq̧ fuit tumulat⁹.

¶Cap.CLIII.

Benedictus quintus in cathedra Petri sedit annis duobus, diebus .xx. Hunc Romani viuente Leone papa in papam elegerunt: propter quod Otho imperator Romam obsidens, a Romanis sibi traditum, Benedictus ipsum deposuit, & in Saxoniam in exilium mittit, ibiq́ moritur. Alij dicunt ꝙ in carcere strangulatus fuit ab imperatore. Imperator vero Leonem restituit in sede Petri. Benedictus.

¶ Capitulum. CLIIII.

Leo octauus in cathedra Petri sedit anno vno, mensibus quatuor. Hic constituit vt nullus papa fieret sine consensu imperatoris, quod ideo factum fuit, quia Romani suos intrudebāt in papatu. Hic omnes donationes factas Ecclesię Romanæ per Iustinianum imperatorem, per Aripertum, per Pipinum, & per Carolum Othoni remisit, & reuocauit: concedens eas Othoni & suis successoribus, vt regnum Italię ab inuasoribus liberaret. Hic Othonem filium Othonis coronauit. Leo.

¶ Capitulum. CLV.

Otho secundus Romani imperij assumpsit monarchiā, & imperauit annis viginti. Hic cum Græcos in Calabriam incaute persequeretur, amissis militibus exiliens de manu ipsorum euasit. Demum exercitum congregans Beneuentum obsedit, qua capta ossa beati Bartholomęi (vt dicitur) inde portauit, ac Romę in quadam concha collocauit: erat em̄ tunc summa pax inter papam & imperatorem. Accidit illo tempore ꝙ Agareni & Barbati Calabrię fines ingressi, omnia igne & ferro vastabāt, contra quos Otho imperator cū Theutonicis/Longobardis/& Gallis/& Romanis/procedens acriter dimicauit. Sed Romanis & Beneuentanis terga vertentibus, Christianoꝶ exercitus pene est extinctus. Imperator vero ad mare perueniens quosdam rogauit vt eum in nauim reciperent, se asserens vnum ex militibus imperatoris, qui eo suscepto in nauim considerantes dispositionem & decorem ipsius loquebantur gręce, credentes eum non intelligere, ꝙ ipse esset imperator, & volebāt ipsum Constantinopolim ducere ad imperatorem eorū. Quod imperator intelligens & grauiter dolens circūuenit ipsos, se asserens magnam pecuniam habere absconditā in Sicilia, rogās vt illuc irent, & accepta pecunię summa gaudenter properarent. Ipsis autē propter hoc ad littus accedentibus vidit imperator Episcopū in armis, cui nomen Sanson, & inuocato Episcopi auxilio imperator cum Episcopo omnes nautas trucidauerunt, quod nec vnus euasit, virtute sancti Petri Apostoli, quem imperator sollicite inuocauerat, & sic ad imperatricem perueniens, ab ipsa suisq́ baronibus gaudenter est susceptus, & Romam rediens post paucos dies obijt. Otho. Christiani vincuntur.

¶ Capitulum. CLVI.

Ludouico successit filius eius Lotharius. Hic initio regni sui aduersus Richardum Normanorum ducem diuturnum bellum habuit, quem cum intercipere dolose rex animo agitaret accersitis ad auxilium Balduino Flandrensi, Godofredo Andegauensi, & Theobaldo comite deceptus, ipse quod proposuerat perficere nequaq̄ potuit. Richardo apud Rothomagū sese continente. Quibus indignatus Lotharius Ebroicam Normanię ciuitatē vi armorum expugnat, captam vero Theobaldo Carnotēsi cōmittit pręsidio Lotharius.

impoſito.Richardus autem cum ſe viribus inferiorem cerneret,ad Erardũ Danorum regem mittit,auxilium ab eo petens.Qui ſtatim dictis annuens Franciam cum valida manu ingreditur,longe lateq́ omnia non ſecus ac ingens turbo proterens atq́ deuaſtans:firmata tamen poſtea pace opera pontificum fœdus inierunt,in quo Ebroica ciuitas duci reſtituta eſt:poſt quod non diu viuens Richardus morte abſumptus eſt.At Lotharius regnum Auſtraſię,quod Ludouici patris fuerat volens armis repetere Aquiſgranum cum valido exercitu celeriter ſe contulit.In palatio prandebat Otho cum vxore,qui de Francorum celeri aduentu nimium perterritus fuga elapſus.Franci vero prę́da contenti Frãciam repetunt,quos inſequens Otho cum ingenti exercitu caſtra e cõſpectu Lutecię Pariſiorum ponit.Sed eruptione facta Othonis nepos cum plurib⁹ alijs occiditur,quod videns Otho fugę ſe dedit,incenſis ſuburbijs Pariſiorum.Hũc perſequens Lotharius ad Iſaram vſq́ tanta clade Othonis exercitum affecit,vt ex cadaueribus occiſorum alueus oppletus ſit,atq́ a conſueto fluxu impeditus in agros ſeſe effudit.Auſtraſiam tamen poſtea conſilio procerum Othoni reſtituit.Lotharius inde non multo poſt apud Remos moriens in Baſilica diui Remigij ſepelitur anno dñi nongẽteſimo octogeſimo ſexto.

Otho Frãcos perſeq̃tur.

¶Cap.CLVII.

Ioãnes xiij.a p̃fecto vrbis icarceratus.

IOannes decimuſtertius in cathedra Petri ſedit annis quinq́, menſibus octo.Hunc præfectus vrbis Petrus incarcerauit in caſtello ſancti Angeli,deinde in Campaniam in exilium eſt miſſus.Poſt decem menſes & decem octo dies Romam eſt reuerſus.Otho vero imperator nobiles vrbis, quos culpabiles inuenit:Alios trucidauit,alios ſuſpendit, pluribus ad Sardinię & Saxonię partes in exilium miſſis.

¶Capitulum.CLVIII.

Benedictus a Cithio ſtrangulatus.

BEnedictus ſextus patria Romanus poſt Ioannem in cathedra Petri ſedit anno vno,menſibus ſex.Hic Ioanni in pontificatu & calamitatib⁹ ſuccedẽs a Cinthio Romano ciue prępotẽti captus in Hadrianum molem(quam ſancti Angeli caſtrum vocant)vincitur, atq́ in eodem loco ſtrangulatur:vel vt alij volunt fame moritur.

¶Cap.CLIX

Donus ſecũd⁹.

BEnedicto ſurrogatus eſt Donus ſecundus natione Roman⁹ in cathedra Petri ſedit anno vno.Hic vir modeſtus fuiſſe ſcribitur:itaq́ nulla ignominia notatus vitam duxit quietã.Hoc tempore rex Vngarorum ab Adalberto Bohemo Pragẽſi Antiſtite baptizatur:profectus deinde in Pruſiam dũ fidẽ Chriſti prędicat,martyrio coronatur.Ferunt etiam beatum Eduardum Anglię regem ſanctitate & in precio tum habitũ fuiſſe.Donus autem moriens in Baſilica Petri ſepelitur.

¶Capitulum.CLX.

Ludouicus.

LOthario ſucceſſit Ludouicus filius eius,Quę autem geſta ab eo ſunt ſilentio ab Hiſtoricis prętermittuntur,vel ꝓpter breuitatem regnãdi,vel quia iudicauerunt ea quę geſſit non eſſe recẽſenda:mortuus autem apud Compendium ſepultus eſt.

¶Cap.CLXI.

Bonifaci⁹ ſacrilegus.

BOnifacius ſeptimus in cathedra Petri ſedit anno vno,diebus duodecim.Et vacauit ſedes diebus viginti.Malis autem artibus pontificatum adeptus fuerat:quã ob rem a ciuibus Romanis exire vrbẽ coactus precioſiſſima quęq́ ex Baſilica Petri ſecum abſtulit,atq́ Conſtantinopolim tranſfugit.Inde ve

ro ex sacrilegio magnam pecuniam secum afferens ciues Romanos largitioni bus corrupit, cui cum Ioannes diaconus vir probus obsisteret, adiuuantibus quibusdam perniciosis statim oculis priuauit. Hic pontifex postmodum turpiter vitam finiens subito est extinctus. ¶ Capitulum.CLXII.

Benedictus septimus in cathedra Petri sedit annis duodecim, mensibus sex: vacauit sedes diebus quinq;. Huius tempore in Remensi Ecclesia fuit Archiepiscopus vir venerabilis nomine Radulphus, quem Hugo tunc rex Francię odio habēs, conuocatis Episcopis allegans illum illegitimum deponi procurauit, Gilbertum monachum, imo potius necromāticū substituendo. Quod summus pontifex intelligens legatum misit, & Remis cōuocato concilio Gilbertus deponitur, & Radulphus restituitur. De isto Gilberto qualiter tandem factus fuit summus pontifex inferius ostendetur. ¶ Tempore huius pontificis Edoardus Anglię rex a nouerca dolo occisus martyr effici meruit. Benedic⁹.vij. ¶ Capitulum.CLXIII.

Defuncto Ludouico frater eius Carolus regni tutelam recipere nisus est. Hunc tamen Landuni agentem proditione Anselini vrbis Antistitis Hugo Capet⁹ intercipit, atq; Aureliam vna cum vxore in custodiam mittit. Hugonis vero potētiam omnes formidantes obsistere illius conatib⁹ nemo ausus erat atq; ita suo arbitrio rebus vtens regni diademā suscepit. Hic Hugo ab Hugone magno Parisiorum comite & Aigundę Othonis imperatoris sorore prognatus erat, qui iccirco Capetus dictus est q; alijs capitia per ludum auferebat. At huius temeritatem Arnulphus Flandrensis comes volēs reprimere bellum parat, sed hunc statim fugauit Hugo ablato Arthesio comitatu, quem tamen postea suasu Richardi Normanorum ducis restituit. Interea vero cum sibi omnia licere arbitraretur Arnulphum Lotharij fratrem nothum Remorum pontificē a sede deposuit, atq; in vinculis coniecit, substituto in eius locū Gilberto magicę artis experientissimo, quę summus pōtifex audiens Arnulphum restituit, reuocato Gilberto. Hugo vero cū administrasset moritur, atq; in Basilica Dionysij sepelit, hęrede Roberto relicto. Catol⁹ Hugo Capet⁹ Arnulph⁹ Flādrensis. ¶ Cap̄.CLXIIII.

Ioannes quatuordecimus in cathedra Petri sedit mensib⁹ nouem: vacauit sedes dieb⁹.x. Hic in castello sancti Angeli per quatuor menses fame afflictus moritur, & in Vaticano sepelitur. Hoc tempore Berengarius Turonensis amplitudine doctrinę confisus circa Eucharistiam errauit, errorem tn̄ postea confitens publice in concilio Romano pauperib⁹ omnia erogauit, & de labore manuum vitam quęsiuit. Ioānes xiiij. ¶ Capitulum.CLXV.

Ioannes decimusquintus patria Romanus patre Leone presbytero pontificatum adeptus, clericos miro odio persecutus est. Hic oīa siue diuina siue humana cognatis & amicis elargiebatur: vnde odio merito ab omnib⁹ habitus est. Apparuit his temporibus cometes futurę calamitatis indicium, nam & fame & peste diu laboratum est, & terręmotu Beneuentum ac Capua concussa, eaq; mala ob superbiam & rapacitatē pontificis, contemptūq; dei ac hominum accidisse putatum est. Moritur tn̄ deo volente octauo sui pon Ioānes xv.

tificatus mense,sepeliturq; in Basilica Petri. ¶Capitulum.CLXVI.

Ioãnes xvj. IOannes.xvj.qui sedit in cathedra Petri annis.x.mẽsib⁹.vij. dieb⁹.x.Hic multos libros cõposuit..Hũc Crescẽti⁹ patrici⁹ persequebat intantũ ꝙ vrbem reliquit,& Tusciã intrauit,qui nũcios ad imperatorẽ mittens a Crescentio hoc percipiente reuocatus est ad vrbem.& ab eodẽ cum senatu ad pedes veniã postulauit,sicq; papa pace factaRomę obijt.

¶Capitulum.CLXVII.

Otho iij. OTho tertius imperauit annis.xix.Fuitq; tandem veneno perẽ emptus,& prędicti tres Othones per successionem generis re= gnauerunt.Hic Otho a Gregorio quinto est in imperatorem coronatus.Post obitum dicti Othonis sanctitum fuit,vt per imperij officiales imperator eligeret,qui sunt septẽ:videlicet Archiepiscopi Magũtineñ,Colonieñ,⁊Treuerẽsis.Marchio Brandeburgeñ camerari⁹,Palatinus dapifer,dux Saxonię ensem portans.pin cerna rex Bohemus.Vnde versus. Magũtinensis, Treuerensis,Coloniensis, Quilibet imperij sic cancellarius horum,Et Palatinus dapifer,dux portitor en sis.Marchio prępositus,camerę pincerna Bohemus.Hi faciunt dominum cũ= ctis per secula summum. ¶Capitulum.CLXVIII.

Grego= ri⁹papa Iste pa= pa Ale= manus stabili= uit im= riũ Ale manis. GRegorius quintus sedit in cathedra Petri anno domini.M.v. vacauit sedes diebus.xv.Hic dictus fuit Bruno,& ad instan= tiam dicti imperatoris cũ esset consanguineus ei⁹,in papã est electus.Sed post modicum tempus Crescentius consul vrbis Placentinum Episcopum venientem de legatione de Cõstan tinopoli propter magnam pecuniam quam portabat intrusit in papatu,quod audiens imperator ad vrbem reuersus Crescentium in castro sancti Angeli tãdiu obsedit,quousq; ipsum cum castro habuit,& captum eum capite truncauit. ¶Capitulum.CLXIX.

Ioãnes xvij. IOannes decimusseptim⁹natione Grec⁹,Placẽtinus Epus,sedit mẽ sibus decem,per Crescentium vrbis consulem dando pecuniam,vi uente Gregorio fuit intrusus:post per imperatorem exoculat⁹ fuit, & membris cæteris debilitatus.

¶Capitulum.CLXX.

Sylue= ster.ij. arte ma gicus. SYluester secundus Gilbertus antea vocatus natione Gallic⁹ arte Magus sedit annis quatuor:alij dicunt.vij.mense vno, diebus octo:vacauit sedes diebus.xxij.Hic cum esset honoris & glorię temporalis cupidus,diabolo fecit homagium,vt sibi omnia succederent ad votum.Loquebatur ergo hostis cum eo, & ipse obsequi non verebat.Inito ergo fœdere primo Remeñ demum Rauenateñ Archiepiscopus,tãdem Romę papa effectus est.Inter hęc interrogans hostem de fine suo,respõsum fallax ab eo recepit,ꝙ donec in Hie= rusalem celebraret diuina,moriturus non esset.Quod cęcus papa audiens ga= uisus est valde.reputans apud se tantum procul esse a fine quantum longe sen= tiebat se a volũtate peregrinationis,sed instãti quadragesima ex more ad capel lam,quę Hierusalem dicitur,missam celebraturus accessit.Et mox inter mini= steria sacra per strepitum dęmonum finem adesse cognouit,& ingemuit,licet

ſceleratiſſimus eſſet, ſciuit coram ſe eſſe pœnitētiā: in hac vita ſperauit veniam & promeruit. Coram omnibus peccata ſua reuelando pręcepit omnia membra, quibus diabolo obſequium pręſtiterat pręſcindi, & particulatim truncari, vt temporali ſupplicio dolores ſempiternos extingueret, & demum truncum mortuum ſuper bigam poni, & vbicunq; animalia eum perducerent & ſubſiſterent, ibidē ſepeliretur: diuino autem nutu equi omnes ſponte ad Lateranenſem Baſilicam peruenerunt, atq; in ſignum conſecutę miſericordię eo loci ſepultus eſt. Huius Epitaphium eſt tale. Scādit ab. R. videt Remis Gilbertus ad. R. i. Rauēnas. Poſt papa vigēs. R. ſcilicet Romę. Huius ſepulchrum dat iudicium de futura morte ſummi pontificis. Nam fere paululum inſtante fine papæ ſepulchrum de ſe tantam abūdantiam humorum effundit, vt ſuo in circuitu lutū faciat. Si vero cardinalis vel perſona magna de cœtu clericorum apoſtolicę ſedis mori debeat, idem ſepulchrum tātū de aqua emittit, vt irrigari videat. Habuit quoq; cum eſſet Philoſophus diſcipulos, Robertum regem Frācię, Othonem imperatorem, Lothatium virum nobilitate inſignem, qui poſtea Senonēſis Archipręſul creatus fuit. Syluestri pœnitentia

Capitulum. CLXXI.

Robertus huius nominis primus Hugonis ex filia Eduardi regis Anglię filius regni Francorum gubernaculo ſuſcepit. Huius eximia laus eſt q cum eſſet ſecularibus negotijs implicitus vtpote rex, nullus tamen ex clericis eo temporis in diuinis rebus eū ſuperauit. Nā & Reſpōſoria O Iuda & Hieruſalē ipſe cōpoſuit. Itē O conſtātia martyrū, & illud Cornelius Centurio, necnon & Proſam quę in feſto Pentecoſtes dici ſolet. Sancti ſpiritus aſſit nobis gratia. Hic Robertus dum aliquando caſtrum quoddam obſediſſet religionis gratia ad Eccleſiam ſe contulit dimiſſo in obſidione exercitu, vbi dum cappa indutus cum clero cantaret Agnus dei, funditus muri obſeſſi caſtri corruerunt, atq; in poteſtatem Roberti receptum. Fuit aliquādo huic aduerſus Eudonem Carnotenſium comitem diſſentio, eo q Eudo ille iniuſte a Bouchardo Meldunenſe caſtrum vi abſtuliſſet Galteri proditiōe, qui caſtro pręfectus erat, hunc itaq; mouens Robertus ablata reſtituere cum recuſaſſet accito Richardo Normanorum duce arcem vndiq; circunuallat atq; expugnat, proditorem vero Galterum vno cum vxore a furca ſuſpendi iubet. Huic pio regi Henricus Burgundię dux cum liberis careret ducatum legat. Verum Burgundi parere recuſantes ad Landericum Muernenſem deficiunt. Quā ob rem accito Richardo Normano Antiſſiodorum obſidet, qui obſidione pertęſi ſe regi vna cū Landerico dedunt. Perdomuit etiam Robertus Erardum quendam tyrannum, qui tum apud Senones Eccleſiam dei & templa vexabat. Inde vero cum regnum quatuor & viginti annis regnaſſet mortuus eſt, & ſepultus apud diuum Dionyſium. Huius opera cœnobium diui Martini de campis extructum eſt, necnon & plures alię Baſilicę. Robertus.

Capitulum. CLXXII.

Ioannes. xviij. ſedit menſibus quinq;, diebus. xxv. & vacauit ſedes diebus. xix. Huius tempore quidam religioſus a Hieroſolymis rediens in Cecilia cum quodam ęremita recluſo moram faciens, ab eo ſe didiciſſe retulit in illa vicinia eſſe loca flāmas eructantia, quę ollę Vulcani ab incolis vocātur. In quibus animę purgandę luunt diuerſa pro qualitate meritorum Ioānes xviij.

supplicia. Deputatis sibi dęmonibus ad hęc exequenda, quarum diras voces & vlulatus sępe dicebat plangentium, & q animę eriperentur per orationes & eleemosynas fidelium, & pręcipue Cluniacensiū indefesse orātium pro requie defunctorum. Quo in tempore Odilio abbas Cluniaceñ comperto statuit vt per omnes sibi subiectos crastino omnium sanctorum memoria in Christo quiescentium celebraretur, qui ritus inde peruenit. Huius tempore Vngarj per beatum Stephanum regem eorum & Gillam vxorem eius ad fidem cōuertuntur. Hoc etiā tempore multa prodigia apparuere futura mala indicātia: nam visus est cometes circa horam nonam quasi facula ardens cum lōgo tractu fulguris, deinde conuersa in speciem serpentis cum ceruleis pedibus euanuit.

De memoria defunctorū.

Capitulum. CLXXIII.

Henricus. j.

HEnricus primus imperauit annis. xxiiij. & scd'm alios annis xj. Et scribitur in quadam Chronica q iste & sponsa sua sancta Radegundis ambo virgines permanētes in Ecclesia Bambergeñ, quam ędificauerant requiescunt miraculis coruscantes. Notandum q iste Henricus in quibusdam Chronicis dicitur esse primus ex eo accidit quia alius Henricus primus nō imperauit apud Romanos, sed solum apud Theutonicos: ideo nō ponitur inter imperatores. In Vincentio inuenitur inter imperatores. Hic multa bella prospere gessit in Germania, Bohemia, Italia, postremo volens soli deo vacate cum esset christianissimus episcopatum Barbarentem fundauit. Huius tempore Luna versa est in sanguinem.

Capitulum. CLXXIIII.

Ioānes xix.

IOannes. xix. natura Romanus Ioanni suffectus est. Hic pontificatum gerens quatuor annis quatuorq menses octo dedicatus nihil memoria dignum gessit. Hoc tempore in disputationibus Robertus rex Francię nulli secundus habitus est regulorum huius temporis. vehementer incusans qui libidini tm̄ obnoxij piaculum existimant literas discere. Robertus vero aliter sentiens etiam horas canonicas vbi licebat cū clericis decantabat. At Ioannes moriens in Basilica Petri sepelitur.

Capitulū. CLXXV.

Sergius quartus

SErgius pontifex eius nominis quartus patria Romanus in cathedra Petri sedit annis duobus, mensibus sex. Vir quidē sanctissimę vitę gratęq consuetudinis, nihil qđ ad verum pontificem pertinet pretermisit. Huius opera principes Italię vno anno foedus ineunt Sarracenos a Sicilia expellendo, quibus affuit Guillermus Normanorum dux tātę virtutis vir vt breui spatio illius industria Sarraceni e Sicilia fuerint expulsi: inde Hierosolymā progrediens cum quadraginta millibus Normanorum victor Apuliam regressus est, quam vi ac armis occupans, ad Normanos regnum Apulię trāstulit, expulsis inde Grecis.

Guillerm⁹ dux Normanoŗ sarracenos fugat.

Capitulum. CLXXVI.

Benedict⁹. viij

BEnedictus octauus sedit in cathedra Petri anno domini. M. xij, sedit annis. xij, vacauit sedes anno vno. Hoc tempore iuuenis quidam per incantationem duorū Magorum factus est asinus, saltem ita videbatur ei. Hoc etiam tempore Hierosolyma a Turcis capta est, & permittente deo gloriosum sepulchrū Christi possessum ab eis. Iudęi vero multi in locis metu

baptizātur. Benedictus de papatu eijcitur,& alius factus est papa: vnde maxi-
mū schisma fuit. Hūc Benedictū(vt Petr9 Damian9 dicit)vidit post mortem
quidā Epūs equo nigro corporaliter insidētē. Et cū Epūs q̄reret an esset papa
Benedictus defunctus. Ego sum(inquit)ille infœlix,cui ille,qūo est tibi pater,
grauiter inquit torqueor,sperans tn̄ de dei mia. Vade inquiens ad successorem
meū Ioannē,& dic ei vt in tali terra pecuniā accipiēs pauperibus distribuat.qa
qđ ante pro me datū est nihil mihi profuit,quia de rapinis fuit. Epūs impleta
legatione suo Episcopatui cedēs monasteriū intrauit. His tpibus grauissima
peste laboratū est. Fons etiā saluberrim9 apđ Lothoringiā versus est in sangui
nē. Eodē āno dū quidā apđ Saxoniā choreas ducerēt i quodā cœmiterio,nec a
suis cantilenis desisterēt oratione a sacerdote fusa per annū integrū in eodē sta
tu permāserūt vestimētis remanētibus integris. ¶Cap.CLXXVII.

IOannes vicesimus patria Romanus Episcopus Portuensis Ioānes
post Benedictum prędictum pontificatum adeptus est,nullo xx.
ordine clericali insignitus. Hunc Romani seditionib9 & prę-
lijs plurimum vexauerunt,sed tandem Conradi imperatoris
potentia & authoritate liberatus fuit,cuius quidē vita ab om-
nibus mirifice laudata fuit.

¶Capitulum.CLXXVIII.

COnradus primus imperauit annis.xx. Hic multas leges con Conra-
didit,ac pacem in terris cupiēs seruare statuit;vt quicūq ptin- dus.
cipum pacem infrigeret,capite plecteretur. Hui9 statuti trās-
gressor comes Lupoldus accusatur,qui cupiens vitam salua-
re cum paucis vxore & filijs fugiens vastam solitudinem diu-
tius tanq̄ æremita inhabitat, quo deuenisset nullo penitus
sciente. Sed contingit imperatorem illas partes accedere venationis causa,qui
feras insequens per solitudinem sic se ab omnibus repperit,vt solus remanens
vbi esset penitus ignoraret. Nocte appropinquante casu ad prædicti comi-
tis æremitorium venit,qui benigne receptus cum post laborem in stratu dor- Som-
miret,& eadem nocte prædicti comitis vxor filium peperisset,audiuit impera nium.
tor in somnijs vocem: illum puerum generum suum futurum,ac imperij suc-
cessorem. Hāc vocem imperator primo paruipendens cum iterata fuisset vox
anxius fuit imperator. Et viso de mane puero cum ad suos peruenisset impe-
rator,duobus secretarijs suis occulte mandauit vt prędictum puerum in syl
ua occiderent,& sibi cor pueri apportarent. Ipsi iuxta iussionem puerum ra
piunt, & misericordia moti non occiderunt. Sed in nemore linquentes cor
leporis capti in argumentum occisionis præsentant imperatori. Accidit au-
tem vt eadem hora dux Henricus Conradi filius causa venationis in ea-
dem sylua errans solum puerum vagientem audiret,ipsumq pulchrum con
spiciens vxori suæ sterili occulte deportans mandauit eidem vt q ipsum ge
nuerit affirmaret.quod & factum est,vocauitq eum nomine suo Henricum,
Cunq post plures annos imperator partes per illas transitum faceret pue-
rum illum adultum pensans ipsum esse illum de quo supra,vt sibi astaret
retinuit. Et tractans apud se qualiter ipsum perderet,post aliquod tempus
misit imperator eum cum literis ad imparatricem, scribens vt ipsa eodem
die quo inuenis ad ipsam declinaret clam suffocaret. Sed iuuene iter agen-

te cum in domũ cuiusdam presbyteri declinaret,ibiq̧ quiesceret. Presbytet eo dormiente curiosam ipsius bursam pertractãs,literas imperatoris conspexit. Illasq̧ caute aperiens illi feliciter cõmutauit. Nam Abraso ipsa die moriatur teposuit ipsa die filia mea sibi tradatur,quod & factũ est,magna licet cũ admiratione ꝑpter tam subitum stupendum mandatum imperatricis. Quod imperatot audiẽs obstupuit.Sed postq̃ inuestigauit & sciuit patrem suum fuisse comitem Ludolphũ quem rusticũ credebat,dolus ipsius mitigatus est.Qui Henricus postq̃ Conrado successit,in loco natiuitatis suę magnũ cõstruxit monasteriũ.Anno.xv.dicti imperatoris visa est in cœlo trabes ignea mirę magnitudinis Soli ad occasum vergẽti occurrere,& ad terrã cadere.Deide eodẽ anno imperator ad Italiã iens quosdã Ep̃os in vincula cõiecit.Et quia Mediolaneñ fuga lapsus est suburbia Mediolani incẽdit.Die vero Pentecostes cũ imperator in parua Ecclesia secus vrbem coronaretur in missa tanta tonitrua fuerũt & fulgura vt aliqui mẽte excederẽt,& aliqui exhalarent.Eo vero Mediolanũ ob defectionẽ obsidẽte cũ vrbi iã incensis suburbijs minitaretur,suasu Brunonis Coloniẽsis Antistitis sententiã mutauit.Dicebat em̃ beatũ Ambrosium inter missarũ solẽnia sibi astitisse,atq̧ minitãtẽ interitũ militib⁹ nisi ab vrbe discederẽt,cui⁹ patrociniũ ipse sumpserat.domuit etiã Sclauos & Vngaros q ab ipso defecerãt,ac auxilia rebellãtib⁹ Italis pręstiterãt.Rodolph⁹ Burgũdionũ dux suoꝝ seditionib⁹ vexat⁹ Conradi fidei & patrocinio se cõmisit.Quã ob rẽ Burgũdia deinceps imperialis prouĩcia facta est,cõpescuit aliq̃n Normanos ob regnum Apulię aduersus Gręcos decertantes.Huius mortem Solis eclipsis prę nunciauerat.

¶Capitulum.CLXXIX.

Benedictus.ix.

BEnedictus.ix.anno dñi.M.xxxiiij.cœpit:sedit ãnis.xiij.Iste de papatu eijcit̃,& Ep̃us Sabineñ fit papa,qui Syluester vocatus est.Quo etiã eiecto Benedict⁹ restituit̃,quo rursus eiecto datur papat⁹ Ioãni Archiep̃o sancti Ioãnis,qui Gregori⁹ sextus vocat⁹ est.Hic cũ esset rudis literarũ alterũ fecit cõsecrari secũ ad vices ecclesiastici officij.Quod cũ multis nõ placeret,tertius superinducitur,qui solus vices duoꝝ impleret.Sicq̧ his de papatu altercãtib⁹ imperator Romã accedit,& oĩbus canonica & imperiali cẽsura depositis Syndegerũ Bãbergeñ Ep̃m substituit,qui Clemẽs secũdus appellat⁹ est, Romanis sibi ꝓmittẽtib⁹ & iurãtib⁹ se sine ipsi⁹ cõsensu nũq̃ Romanũ põtificẽ electuros.Iste Benedict⁹ fuit nepos alteri⁹ Benedicti,q post mortẽ cuidã apparuit ꝓpe molẽdinũ in specie mõstruosi aĩalis,cui⁹ caput & cauda asini erant reliquũ corp⁹ sicut vrsus:& cũ inspector territ⁹ fugeret mõstrũ clamauit post eum dicẽs.Noli expauescere,homo fui sicut tu,sed sic me repręsento sicut olim infelix papa existens bestialitet vixi.

Mira apparitio.

¶Capitulum.CLXXX.

Hẽric⁹ Cõstantia filiũ ꝓsequitur.

HEnricus Roberti ex Cõstantia filius regno Francorũ defuncto Roberto potitur:quẽ initio regni sui mater Cõstãtia lacessiuit Robertũ alterũ filiũ cõtẽdẽs regno pręficere.Hęc igitur Cõstantia deficiẽtib⁹ ad eã multis ꝓceribus Francorũ arces munitissimas vi occupat.Cuius potẽtiã verit⁹ Hẽric⁹ ad Robertũ Normanoꝝ ducẽ auxilij gratia confugit, qui regis fortunam miseratus validum dat militẽ,quo fretus Henricus breui spatio quę mater occupauerat partim armis,partim spontanea deditiõe recuperauit.Per

id tempus mortuo Roberto Normanorū duce Normana nobilitas in Guillermū eius filiū cōspirat. Vnde ad Henricū legatos mittēs rogat, vt paterni beneficij memor suppetias aduersum cōspiratores ferat. Qui nimiū libēter audiēs coacto raptim exercitu vna cū Guillermo cōspiratores bello impetit. Hi licet multo virib⁹ superiores essent, fusi tñ oēs fugatiq̃ sunt: hac parta victoria Henricus quorūdā perditorū suasu in Guillermū copias mittit, asserēs Neustriā ad se pertinere. Ea re cognita Guillermus valido milite se instruxit, cupiēs regis conatus tardare: cūq̃ vero ventū esset in pręliū fusi sunt Franci apud Caletum quod iniquo aio gerēs rex aliū exercitū parat, accito in auxiliū Gaufredo Andegauēsi. Atq̃ ita oēs vno impetu progrediētes cū sinum traijcere simul nō potuissent, quos iā traiecisse repperit Guillerm⁹ oēs interemit cęteris spectātib⁹, nec auxiliū ferre valētib⁹. Hoc incōmodo affect⁹ Henric⁹ quieto aio fuit, pace vtrinq̃ data acceptaq̃. Ferūt hūc Guillermū occiso Haroldo rege Angliā occupasse, atq̃ eā meliorib⁹ legib⁹ instruxisse, quib⁹ ad hęc tpa vtūtur Angli. At Hēric⁹ cū diu regnū administrasset, āno salutis. M.lx. morte absumpt⁹, atq̃ in sepulchrum auorum regum more delatus.

Franci fundun tur.

Guillermus an gliā occupat.

¶Capitulum. CLXXXI.

Henricus.

Henricus Romani imperij monarchiā assumpsit, & imperauit annis. xvij. Hui⁹ tpe Romę corp⁹ Pallātis, alij dicūt Palamidis Gigātis inuētū est incorruptū, cuius hiatus vulneris quatuor pedib⁹ & semis mēsurat⁹ est. Erat caput ei⁹ lucerna ardēs quę nec flatu extingui poterat nec liquore, donec sub i⁹ flāmā stylo foramie facto aer itroduct⁹ est, sicq̃ extīcta est. Hui⁹ corp⁹ erectū altitudinē muri excedebat, cui⁹ tale erat epitaphiū. Filius Euādri Pallas, quē lācea Turni, Occidit militis, more suo iacet hic. Hoc etiā tpe in Apulia q̄dā statu erat marmorea circa caput suū circulū habēs ęreū, in quo scriptū erat Kl. Iunij oriēte Sole habebo caput aureū, qđ quidā Sarracenus a Roberto Guichardi captus intelligens quid prętenderet in Kl. Maij oriente Sole notato termino vmbrę illius statuę sub vmbra thesaurum inuenit infinitum, quem pro redemptione sua dedit.

¶Capitulum. CLXXXII.

Syluester.

Syluester tertius patriā Romanus patre Laurentio in summum pōtificem (vt pręmissum est) fuit electus: expulso Benedicto: sed isto postmodū eiecto rursus restitutus est Benedictus: hic nono & quadragesimo die a pontificatu extrusus est, restituto Benedicto: nam vt scribunt, pontificatum emerat.

¶Capitulum. CLXXXIII.

Gregorius.

Gregorius sextus supra memoratus sedit annis duob⁹, mensibus sex. Hic simoniace papatū inuasit, & vt dictū est aliū cū esset rudis literarū secū cōsecrari fecit. Hunc aliqui Historiographi asserunt factū fuisse, & cū ad papatum venisset omnia ex incuria antecessorum suorum neglecta inuenit. Nam omnia a prędonibus tollebantur, peregrini spoliabantur, & oblationes vi auferebātur, quos ptimo papa admonuit, demū excōmunicauit. Tertio quia cōtempserunt, manu armata raptores sancti Petri, aut extinxit, aut fugauit, multaq̃ amissa prędia recuperauit. Tunc omnes ipsum homicidam & sanguinariū vocabāt. Et iam cum infirmaretur cardinales eum indignū sepultura dixerunt, & tunc resumpto spiritu longo sermone ostēdit se bene fecisse, &

cardinales ſtulte locutos,allegās illud dictū Ezechielis contra ſacerdotes,qui
nō apponebāt ſe murū pro domo Iſrael.& ſubdidit.Cū mortuus fuero corpus
meū ante fores Eccleſię ſeris & vectibus firmatis ſiſtite,& ſi apertę fuerint cor=
pus inſerte,ſi nō,quod placet facitote,defuncto ſic ſactū eſt,& turbo diuinitus
veniēs portas Eccleſię firmatas nedum aperuit,ſed magno cū fragore ad parie
tem deportauit,mirantibus cunctis. ¶Capitulum.CLXXXIIII.

Clemēs

CLemēs.ij.Bābergēſis Epus,de quo ſuperiꝰ ſactus eſt ſermo,
ſedit mēſibꝰ.ix.diebꝰ.vij.vacauit ſedes diebꝰ.xx.Hic in Syn
odo Hērico iubente pōtiſex creatꝰeſt,qui a Clemēte accepta
corona iurare Romanos cogit pontiſicū electioni ſe nequaq̄
interfuturos niſi iuſſu imperatoris id facere cogerētur,quo ab
eunte(vt quidā ſcribūt)Romani pontificē veneno necauerūt
pontificatus ſui mēſe nono.Scribūt quidā venenū ipſum in hos vſus a Stepha
no paratū,qui ei in pōtiſicatu ſucceſſit.Huius tpe Odilio abbas Cluniaceñ vir
go centenarius dormiuit in Chriſto. ¶Capitulum.CLXXXV.

Dama=
ſus.

DAmaſus ſecūdus cœpit anno dñi milleſimo quinquageſimo
&ſedit diebus.xxiiij.vacauit ſedes diebus.xj.Hic fuit inuaſor
ſedis apoſtolicę,& ſubito deſunctus eſt.Quidā cenſent hunc
inter pontifices non eſſe annumerandum eo ꝙ non recte pon
tiſicatum adeptus ſit,ſed largitione potius.

¶Capitulum.CLXXXVI.

Leo.

LEo.ix.ſedit annis.iiij.mēſibꝰ.ij.diebꝰ.vj.Romani cū ex pa=
tria cōſuetudine petiſſent pōtificē ſibi dari,& impator nullū
Theutonicū ad hoc vt reciperet papatū poſſet inducere Epm
Tulleñ virū ſimplicē & bonū ad hoc inclinauit,q ad vrbē ve
niēs & habēs ex hoc cōſciētiā reſignauit oino,& denuo i ſum=
mū pōtificē eſt electꝰ.Hic leproſum in nocte in lecto ſuo col
locas:& mane reſerato hoſtio nō inueniens Chriſtū in paupere leproſo obſtu=
puit recepiſſe. ¶Capitulum.CLXXXVII.

Victor.

VIctor.ij.natione Alemanus ſedit annis.ij.mēſibꝰ.iij. diebus
xiij.vacauit ſedes diebꝰ.iij.Hic timore imperiali factꝰeſt pa=
pa,qui apud Florentiā Synodū celebrauit.vbi multos Epos
ꝓpter ſimoniā & fornicationē depoſuit.Hoc tpe Romę fuit
Palūbus p̄ſbyter maleficus.qui cū dęmonē cōpuliſſet anulū
reddere cuidā iuueni,qui illū ſtatuę Veneris in digito poſue=
rat,dęmone clamāte.O deus oipotēs q̄diu patieris nequitias Palūbi p̄ſbyteri,
timēs & pœnitēs mēbris detrūcatis defunctus eſt.Hoc tpe in cōſinibus Nor=
manię & Britānię duę mulieres fuere quęlibet habēs duo capita, quatuor bra=
chia,& oia mēbra gemina vſq ad vmbilicū,& inferiꝰ duo crura, & oia ſingula
erāt,vna edebat &altera eſuriebat,vna ridebat,altera flebat,vna defuncta i Bur
gūdia,alia multo tempore ſuperuixit. ¶Capitulum.CLXXXVIII.

Palūbꝰ p̄ſbyter malefi=cus.

Stepha nus.ix.

STephanus nonus natione Lothoringus abbas Caſſuenſis,Frideri
cus antea vocatus,ſedit in cathedra Petri menſibus quatuor,qui ſta
tim inito pōtificatu curauit vt Mediolanēſis Eccleſia quę a Roma
na ducētis ferme annis ſe ſubſtraxerat prima inter alias eā maiorē
ſuperioremq cognoſceret,quę etiā nūc vſq maxima cū obedientia perſeuerat,

eo ipso itaq anno Florentia defuncto in cathedrali Ecclesia ibidem sepelitur.

¶Capitulum.CLXXXIX.

Benedictus decimus natione Campanus Villetensis Episcopus papatum per violentiam obtinens, cum sedisset mensib9 nouem, vel (vt aliqui dicunt) mensibus decē: ab Hildebrando monacho pontificatu deijcitur, qui pudore ductus statim Viletas epulatum perrexit. Benedictus.x.

¶Capitulum.CXC.

Nicolaus.ij. natione Sabaudiēsis Gerard9 antea vocat9, Florētin9 Epūs: vir oī vita probat9 Senas ꝓpter bonę vitę famā a Cardinalib9, Episcopisq canonice est elect9: sedit ānis.ij.mē sib9.vj.dieb9.xxvj.vacauit sedes dieb9.v. Hic Nicolaus conciliū celebrauit cū.c.&.xiij. Epis cōtra Berēgariū Turoneñ. cui9 cōsiliū habet de cōsecra.di.ij.ego Berengari9. asserēs Eucharistiā quā sumimus nō esse verū corp9 Christi, sed corpis & sanguinis figurā, qui Berēgarius post retractationē feliciter migrauit, & asserit esse sanctus. Nicolaus.ij.

¶Hoc tpe sanctus Edouardus rex Anglię claret sanctitate, qui quodā die in prādio Epō & plurib9 pręsentib9 risum insolitū emittēs, requisitus fuit secrete ab Epō de risu incōsueto, qui respōdit. Vidi (inquit) in spiritu septē dormientes, qui apud Ephesum sup faciē terrę, a tpe Theodosij imperatoris vsq modo super dextrū latus pausauerāt in mōte Celion, in latus alterū se hodie cōuertisse. Quod audiētes valde mirati sunt: & nūcios miserūt ad imperatorē Cōstantinopolitanū cū literis, per quē nuncij voti cōpotes effecti, verbū regis verū inuenerūt. Anno dñi. M.lxiij. finitus fuit cyclus magnus annoꝶ, cōtinēs annos dccc.xxxiij. qui ad oēm rationē Paschalis compoti vtilis est: & ab quo in quū in semetipm sine errore reuoluit. Sequēti aūt anno cyclus magnus annoꝶ M. ccccc.xxxij. a Natiuitate dñi exactus incœpit, in cuius fine erit dolor & labor. Hic aūt pōtifex cū esset vir prudēs formā pōtificū Romanoꝶ eligēdoꝶ a cardinalib9 istituit: sicut habet in Decretis di.xxiij.c.in noie dñi. Edouardus.

¶Cap.CXCI.

Alexander secūdus natione Mediolanēsis sedit annis.xj.mēsibus sex, dieb9.xxv. Hic dictus est prius Ancelmus Lucanus Episcop9, & a cardinalibus concorditer electus. Sed Episcopi Lōgobardię oēs Cadolū Epm Parmēsem elegerūt, dicētes papā nō debere eligi nisi de paradiso Italię. Hic Cadolus bis Romā veniēs papatū per vim voluit, sed nō potuit obtinere: itaq inter duos electos lōga fuit cōcertatio, etiā vsq ad homicidia. Demū Alexāder ad rogatū Henrici imperatoris Mātuę cōciliū celebrās se purgauit de simonia & in sede aplica subrogat. Cadolus vero vt simoniac9 & suasor repudiat. Hui9 tpe Normani qui in pˀiudiciū papę regnū Apulię occupauerāt, fines Cāpanię deuastabāt, quos Godefredus dux Spoletanus, & Comitissa Matilda deuotissima filia sancti Petri expulerūt, q̄ potētissima fuit, adeo q etiā cū impatore bellū habuit. Hęc cū amplis possessionib9 abundaret totū patrimoniū suū sup altare sancti Petri obtulit. Et hoc vsq in hodiernū diē dr̄ patrimoniū sācti Petri. Hui9 tpe cū sanctus Edouardus oīa q̄ ipse & socij sui habebāt pre manib9 dedisset pauperib9, anulū digiti sui pauperi cuidā tribuit, quē sanctus Ioānes Baptista ad quē specialem habebat deuotionē per quosdā peregrinos a nautis vento Alexander.ij. Cadolus.

prospero flante dimissos,eis desolaris & flentibus in littore maris apud Achon
in specie peregrini apparẽs remisit dicẽs,ꝙ per totũ annũ illũ fuerat in digito
beatę Marię.Hi eadem die & hora,quibus Ioãnes Baptista eis annlũ reddidit
se miraculose ad portũ Londoniarũ inuenerunt,& regi anulum pręsentantes
narrauerunt cũ gaudio rem gestam. ℂCapitulum.CXCII.

Hẽric⁹.
Hilde=
brãdus.

HEnricus tertius imperauit annis.xlix.Hic primo venit Ro=
mam mense Maij die.xxv.quo in tempore fames & mortali=
tas fuit in vniuersa terra.Huius tẽpore Hildebrandus cardi=
nalis qui postea Gregorius papa factus est cũ legatus esset in
Gallia,& cõtra multos simoniacos ꝓcessisset,cũ cõtra vnum
Episcopũ valde infamatũ ꝓcedere voluisset,& ille testes qui
ipsum accusauerãt pecunia corrupisset,dixit legatus in cõcilio,cesset humanũ
iudiciũ,ꝓ roducatur in mediũ deitatis oraculũ,cũ certũ sit ꝙ episcopalis gratia
spũs sancti donũ sit,& qui Episcopatũ mercatur,cõtra spiritũ sanctũ agit:si
igit̃ contra spiritũ sanctũ nõ fecisti,dic Gloria patri & filio & spũi sancto,qui
cũ incepisset nullatenus/spiritui sancto dicere potuit,frequẽtius repetẽdo.Sed
eiecto ab Ep̃atu tunc plane dixit.Iste legatus cõtra imperatorẽ prędictũ quia
dissidiũ ꝓcurabat in Ecclesiã inuehit.Imperator vero cõciliũ.xxiiij.Ep̃oꝝ,&
multorũ alioꝝ nobiliũ cõgregato,iubet oĩa decreta istius legati postq̃ fuit fa=
ctus papa/cassari.Propter quod papa excõicat imperatorẽ,& a fidelitate & iu=
ramẽto oẽs sibi nõ adhęrentes absoluit.Imperator vero Magũtię Gregoriũ a
papatu q̃tum in eo fuit deposuit,Gibertũ Rauẽnateñ Archiep̃m pro ipso con
stituẽs.Huius tp̃e quidã potẽs dum sederet in cõuiuio repẽte a murib⁹ circũ=
uallatus est.Et cũ esset innumerabilis multitudo muriũ de nullo curabant nisi
de illo.Sed cũ a suis in pelagus deductus esset,nil ei profuit,quia mures nauim
sequẽtes ipsam vsq; ad aquę introitũ corrodebãt.In terra vero positus totus est
a murib⁹ dilaceratus & comestus.Idẽ dicitur cuidã principi Polonię cõtigisse,
& hoc nimis mirũ iudicatur.Inuenitur etiã de quodã principe,ꝙ nulla arte po
tuit iuuari,quin pediculi ipsum consumerent.Circa hęc tẽpora ciuitas Syracu
sana in Cicilia magnũ terręmotũ sustinuit,adeo vt die dñica circa horã tertiã
dũ missa cãtaretur/Ecclesia maior cadẽs oẽm populũ & clerũ oppressit,sacer=
dote,diacono,& subdiacono missam celebrãtibus cũ vno presbytero tm̃ saluis,
non sine magna oĩm admiratione, ℂCapitulum.CXCIII,

Grego=
rius se=
ptimus.

GRegorius.vij.Hildebrãdus antea vocat⁹,natiõe Hetruscus,
patria Sarnẽsis patre Bonicio bonoꝝ omni consensu põtifex
creat̃:vir quidẽ prudẽs,ac iust⁹,Eccl'ię acerrim⁹ defensor,pu=
pilloꝝ & viduarũ ver⁹tutor,pauperũ amator.Eccl'iam dei an
nis.xij.mẽse vno,dieb⁹.iiij.laudabiliter ac officiose rexit.Qui
inito põtificatu Hẽricũ imperatorẽ ꝓ volũtate ep̃atus & bñ=
ficia distribuẽtẽ primũ admonet,ne deinceps largitiõe corrupt⁹ ep̃atus & bñfi
ficia alicui ꝑ simoniacã cupiditatẽ cõmittat,aliter se vsurũ in se & delinquẽtes
cẽsuris eccl'iasticis.his monitionib⁹ nõ obtẽperãs Hẽric⁹ etiã Agnetẽ cõiugẽ
bñ monẽtẽ ab oĩ administratiõe submouit,q̃ Romã adiẽs nõ diu supuixit,inijt
tñ fœdus cũ põtifice impator.Sed cũ simonia nequaq̃ abstineret iterũ admo=
nitus omnes qui beneficia simoniace possidebãt sententia anathematis percus=
sit.Demũ cõcilio habito apud Lateranũ eadẽ sentẽtia percussurũ se imperato=

rem minatus est nisi resipisceret. Erat in eo cōcilio Gibertus Episcop⁹ Rauē-
natēn, qui pontificatū affectās cōminandi Gregoriū apud imperatorē occasio-
nē inuenit: inde Cinciū Romanū ciuē Stephani pręfecti vrbis filiū adiens se-
ditiosum virū admonet impatoris noie, Gregoriū in vincula cōijciat, magnis
eū pollicitationib⁹ ad perpetrandū facinus alliciēs. Positis itaq; insidijs Cin- Cinci⁹
cius dū pōtifex media nocte Natalis dñi celebrat in tēplo beatę Marię ad prę- Grego-
sepe, quę Maior nūc dicitur, irrūpens cum satellitib⁹ dum hostiā sacrificij cō- rium sa
minuit pontificē capit, & in regionē Parionis secū trahens in turri quadā mu- cra faci-
nitissima eum recludit. Eo scelere cognito populus Romanus in facinorosum entē ca-
Cincium arma capit, cuius ędes ac turrim a fundamentis plebs euellit. libera- pit.
to inde pōtifice in ea captiuo: vniuersam vero familiam (vt author est Platina) Aedes
nates mutilatam ab vrbe pellit. Scribunt quidam vniuersos eius familię viros Cincij
ac mulieres obtrūcatos fuisse. At Cincius hoc tumultu perterritus multis tra- diruun-
mitibus ęgre ad imperatorem se recepit. Gibertus autē cū videret machinatio- tur.
nes minime ꝓcedere Rauennā adit, vbi Theobaldū Mediolanēsem Archiprę- Giber-
sulem, plerosq; alios Antistites cōiurationis in Gregoriū socios habuit, quib⁹ tus pon
cognitis eos oēs dignitate priuatos anathemate pōtifex notat. Interea Henri- tificium
cus feliciter aduersus Saxones pugnās victoria potitur, qua elat⁹ cōsilio quorū affectās
dā Episcopoꝝ apd̄ Vormatiā habito Gregorio interdixit, ne quid ageret dein-
ceps quod ad magistratū pontificis pertineret, & Cardinalibus mādauit vt re-
licto Gregorio aliū habituri pōtificem ad se pergerēt: tot calamitatib⁹ pressus
pontifex solius dei auxiliū expectat, inuitū se cōtestans gubernacula Ecclesię
suscepisse. Oratione itaq; fusa imperatorē Henricū Sigifferdū Archiepiscopū
Magūtinū huius sceleris procuratorē Romandū Parmēsem clericū, qui man-
data imperatoris detulerat, necnō & reliquos omnes qui cū imperatore sentie-
bāt, dignitatib⁹ ac beneficijs priuatos anathemate ferit. Hac execratione ꝑmul-
ga ta pars regni ab Henrico defecit: insuper & Saxones aduersus imperatorem
bellū parāt, qua re motus Henric⁹, ac sibi timēs pōtifici mādat si ad Alemaniā
pergat se errati veniā petiturū iuramēto interposito, pōtifex itaq; pacē exoptās
ad imperatorē pergit, Vercellasq; veniēs a Epo loci clam didicit Hēricū hosti-
li aio cū exercitu aduērare dolos & insidias in pontificē moliturū. Ea re cogni-
ta Gregori⁹ Canossum oppidū Matildę Comitissę ditionis se recepit, quē prę-
propere insecut⁹ imperator illuc cū copijs aduenit, statimq; deposito regali or-
namento nudis pedib⁹ suppliciter intromitti postulauit, denegatū ingressum
ęquo aio tulit, aut tulisse dissimulauit, quis aspera esset hyems & gelu cūcta ri-
gescerēt. In suburbio quidē oppidi triduo imoratus cōtinuo veniā petēs, tandē
rogatu Matildis Comitissę, & Adelai Sabaudiēsis comitis & Cluniacēsis ab-
batis introductus absoluitur, & Ecclesię recōciliatur, pace iureiurādo firmata,
& integra obediētia promissa. Verū nō meliore aio effectus Henric⁹ cū res no-
uas moliret, principes Alemanos ad hoc adduxit, vt Rodulphū Saxonū ducē
sibi regē deligerēt. Eunt ad pontificē vtroq; rege legati. Orat Henric⁹ vt Ro-
dulphū pontifex feriat, Rodulphus vero vt a pōtifice cōfirmatus regno potia-
tur. Huius rei causam sapiētissimus pōtifex inquirendā tribus legatis mādat,
Bernardo diacono, Odoni Treuerēsi Archiepo, ac Bernardo Massiliēsi abba-
ti: interposita execratione his qui pacē retardarant, confirmata etiā merito lata
sentētia i Gibertū Rauēnatē, Theobaldū Mediolanēsē, Rolādū Tarnisunū,

Henricus Ecclesiam vexat.

ac Petrum Rodonensem Episcopum. At Henricus quorũdam Episcoporum suasu magis Ecclesiam vexare cœpit, vetuitq̧ quo minus res a legatis decerneretur, multosq̧ tum seculares / tum ecclesiasticos interfecit, Ecclesias diripuit & ptophanauit, quod animaduertens pontifex in eum denuo execrationem cõfirmauit, abrogata administrandi regia potestate, atq̧ ab illius iuramento omnibus absolutis Christianis. Tum Henricus censuris magis irritatus q̃ monit⁹ habito concilio Episcoporum male sentientium Gibertum olim Rauenatem Episcopum pontificem creat, Clementem eum appellans. Interim vero dum pontificem nouum crearet Saxones duce Rodulpho in Henricum arma mouent, quos ille cupiens repellere, magno accepto suorum incõmodo tandem superatus est, victor Rodulphus accepto vulnere in eo bello occubuit. Ferũt Hẽricum ea clade adeo perterritum fuisse, vt vix decimoseptimo die repertus sit.

Rodulphus occiditur.

In cuius locum Germani Henricum eius filiũ suffecerãt. Venerunt igitur Romam simul suum Clemẽtem coronaturi, quibus obuians Matildis Comitissa leui prælio superata est. Deinde in pratis Neronianis castra collocantes cũ Romanos eo inopię ob incursiones adduxissent, vt nihil salutis foret sperandũ, pacem expetunt, quacunq̧ ratione velit imperator. At Gregorius in molẽ Adriani se recipiens, cum suis acriter se tuetur. Hęc agnoscens Guiscardus coacto exercitu prępropere pontifici auxiliaturus Romam venit, quem aduentare sentiens Henricus ad dolos conuersus Gregorio mãdat se in Germaniam statim rediturum, si ab eo coronam accipiat. Facturũ se id Gregorius respondit si errata corrigere velit: quod cum facere recusaret Guiscardus per portam flãmeã irrumpens resistentibus ciuibus vsq̧ ad triũphalem Domiciani arcem vrbem incendio consumpsit. Huius aduentũ formidans Henricus Senas celeriter petit, Clemente secum adducto aduersus Guiscardum acriter se tuebãtur Romani ciues: capta tamen vrbe, fortunisq̧ ciuium militibus in prędam datis, ad molem Adriani profectus hominem iustum, sed multis calamitatibus vexatũ ab hostibus liberat, secumq̧ Cassinum ac Salernũ perducit, vbi nõ multo post tẽpore vita functus vir certe deo gratus / prudens / iustus, vnicus Ecclesię defensor, multisq̧ miraculis clarus: inuenitur tamen apud Vincẽtium appropinquãte morte vnum de cardinalibus ad se aduocasse, qui ab imperatore suo nomine veniam peteret.

Guiscard⁹ romã incẽdit.

Guiscardus pontificẽ liberat.

Hoc tempore Bruno natione Coloniensis literarũ nõ inscius, Remensis canonicus, ac scholarium magister, relicto seculo ęremum Carthusię ingreditur, cuius propositi cooperator existens sanctus Hugo Gratiopolitanus Episcopus posteris beneuiuendi exemplum dereliquit. Instituit autem hic pontifex ne diebus sabbatinis a quoq̃ carnes manducarentur: vt habetur de consecra. dist. v. c. quia dies vetuit, etiam omnibus monachis esum carnium de consecra. dist. v. c. carnem cuiq̃ monacho.

Bruno. Ordo Carthusiensiũ.

ℭ Cap. CXCIIII.

Victor. Institutio Carthusiũ. Corpus sancti Nicolai trãsfert.

Victor tertius Desiderius antea vocatus, montis Cassini abbas cœpit biennio post mortẽ Gregorij, & sedit anno. M. iiij. diebus. vij. vacauit sedes diebus. ix. Hic per somnium vidit deũ suę dignationi in solitudinem Carthusię habitaculũ cõstruẽtem. Et ecce septemviri. Horum primus erat magister Bruno canonicus Remẽ, religione & scientia famosus, qui dictum ordinem incœpit anno domini. M. lxxxvij. Hoc tempore Venetis mediantibus transfertur corpus sancti Nicolai a Myrthea vrbe Licię, tunc a Turcis

desolata, pręuenerunt eos ciues Barrenses numero. xlvij. de Antiochia Myt-
rheam venientes, qui coactis monachis quatuor ibidem inuentis tumbã osten-
dere. Inuẽtisq; in ea ossib⁹ in olei liquore natantibus, ea integro numero extra-
hentes Barrum cum gloria transtulerunt. Victor papa veneno (vt fertur) in ca
lice misso ad missam potionatus mortuus est.

Capitulum. CXCV.

PHilippus huius nominis primus post adeptum regnum Ber- Philip-
tham Florentij Phrysię regis filiam duxit vxorem, ex qua Lu- pus.
douicum atq; Constantiã suscepit. Eam tamen post odio conce
pto apud monasteriolum seruari iubet, abducta a Foco Ande-
gauensi Bertranda vxore, quam loco pellicis plures annos ha-
buit, susceptis ex ea liberis Philippo & Florca ac filia vna: hac
re ad pontificem delata cum ab adulterio nõ resipisceret Philiphum Vrbanus Philip-
secundus anathematis vinculo notauit, a sacra Christianorum cõmunione ei pus ex-
interdicens. Hac execratione commotus rex Berttandum relinquit, excepta cõicat.
Berta prima vxore. Interea Ludouicus cum a patre regni administrationem
accepisset, non inertiæ deditus, nunc sagittandi, nunc iaculandi arte sese ex-
ercebat: vnde celsiore animo factus quotquot rebelles habuit aperto marte su-
perauit: hinc aduersus Guillermum nouum Anglię regem qui fratri Rober-
to Normaniam abstulerat bellum gerẽs in Angliam fugere compulit, vbi dũ
venationi indulgeret sagitta percussus interijt. Per id tempus Hombaldus Bi-
turiges crebis incursionibus vexabat, in quem mouens Ludouicus in con-
spectu hostium castra collocat: perfluebat riuulus eum locum quem Hombal-
dus ad vtrãq; ripam occupabat, & quo vadum erat ne Franco liber pateret trãsi
tus pręacutos palos desixerat. Qua re postq̃ se remorari Ludouicus videt, cita-
to equo in Hombaldum defertur, quem & alterum qui iuxta erat in profluen-
tem prosternit. Quibus in alteram ripã elapsis Ludouicus qua vadum esse in-
tellexit traijciens in hostes prope iam attonitos irruit, quem insequẽtes Fran-
ci hostem ad castellum vsq; profligauerũt. Hoc euentu perterrit⁹ Hombaldus
se & sua regis potestati permisit. Hoc tempore fundatum est monasterium fon
tis Euraldi præclarum virginum receptaculum a Roberto Bruxellensi coad-
iutore Petro Pictauorum Episcopo. Quo tempore Philippus diem clausit ex- Philip-
tremum apud Meldunum anno millesimo centesimo sexto, sepultusq; est apud pus mo
sanctum Benedictum Ligerẽsem, vbi se delegerat sepeliri. Per id tempus Gau ritur.
fridus de Billone & Lothoringię dux, coactis copijs in hostes fidei proficisci-
tur, comitãtibus eũ fratribus suis Eustathio & Balduino, quibus affuit Ansel-
mus Richemontus, Balduinus Nantium comes, Robertus Flandrensis, Ste-
phanus Valesius, Hugo magnus Philippi regis frater Viromandorũ comes,
Robertus Normanorum dux, Raimundus Tholosates, & alij complures. Fe-
runt in hoc pręlio ad trecenta millia Christianorum interfuisse. Gaufridus au Gaufri
tem cui ad tam longam diuturnamq; militiam deerant opes Bullionem castrũ, dus.
quod in Leodijs est Episcopo illius gentis Oberto vendidit, acceptis mille
& trecentis argenti marchis, Mettenses pręterea qui ad Lothoringię principa-
tum pertinebãt, grandi pecunia data libertate potiti sunt, quam hactenus con-
stant et defendunt.

Capitulum. CXCVI.

Vrbanus.ij.

VRbanus secũdus Odo antea vocatus, monachus primo, deinde cardinalis Hostiensis, anno domini.M.lxxxviij.sedit annis.xj.mensibus quatuor. Alij dicunt annis.xij.vacauit sedes diebus.xvj. Tempore huius floruit Ancelmus Archiepiscopus Cantuarieñ, qui multa subtilia scripsit. Hic pontifex Philippum regẽ Francię, qui vxore viuẽte aliã vxorẽ superinduxit, excommunicauit, anno domini. M.xcvj. apud Clarũmontem Auerniæ mense Nouembri concilium celebrans statuit horas beatę Marię virginis dici quotidie, & officium eius solenniter fieri diebus sabbatorum. In eodem concilio exponitur miseria ciuitatis Hierusalem, dedecus Christi & opprobriũ nunciorum consilium & auxilium postulatur. Vnde occidentis populi innumerabilis multitudo, duces, comites, nobiles, ignobiles, diuites, pauperes, episcopi, clerici, religiosi, senes, pueri. & puellę, dolentes loca sancta prophanari a gentibus & Turcis, ab Apulia prouincia, lingua occitana, Hispania, Acquitania, Britãnia, Normania, Scotia, Francia, Burgundia, Lothoringia, Flandria, Germania, Lombardia, alijsq; regnis & terris, nullo vllum angariante, sed omnes pari fide voto & deuotione iniurias Christi vltum ire se parantes signo crucis signati. Paceq; firmissima vbiq; terrarum composita, de terris suis egredientes, nullum in tanta multitudine regem habentes nisi Christum. Sepulchrũ ipsi⁹ tanto tempore sub seruitute redactum proponunt reddere libertati. Et quanto quisq; pronior erat prius ad mũdi militiam, tanto erat pronior modo ad dei militiam exercendam. Iudęos vero in vrbibus quas transibant credere compellũt vel trucidant. Vnde multi zelo paternę legis mutuo se perimunt. Alij credere se simulantes, post ad iudaismum relabuntur. Erant autem huius sancti exercitus duces Adamarus Podieñ Episcopus, Hugo magnus frater regis Francorum, Godefredus dux Lothoringię, Eustarhius & Baldoinus fratres eius, Robertus comes dux Flandrię, Stephanus comes Bleseñ, Raimũdus comes Tholosę & sancti Egidij, Boemundus dux Apulię, Robertus comes Normaniæ, Ancelmus rex Aluodimonte, Raimundus Turenę. In eo exercitu trecenta hominum millia nomen in militiam Christi dederunt, signumq; crucis susceperũt. Inter quos Golleferius de turribus miles Lemoniceñ, qui multos insultus hostibus inferens, atq; damna vna die rugitum leonis a serpente circũligati audiuit: qui socijs dissuadentibus accedens audacter serpentem truncat leonem liberando. Cuius rei leo non immemor, eum sequitur vt leporarius. Et q̃diu in terra illa fuit multa fecit ei cõmoda in venationibus & in bellis, & quęcunq; vidit dño aduersari subito prosternebat. Nec dñm redeuntem in naui positũ derelinquere voluit vt dicitur. Sed nautis nolẽtibus eum recipere vtpote animal tam crudele, secut⁹ est dñm suum natando per mare quousq; defecit. ¶ Anno millesimo.xcvij. exercitus domini fines paganorum attingit, & primum bellum fuit ad pontem fluminis Phaphar.ix.Kal.Martij.vbi Pagani victi sunt, & captę ciuitates Nicea & Laodicea. Et licet essent tanti in exercitu, tanta fuit omnium rerum abundantia vt aries vno denario, bos vero tñ nummis.xij.vẽderetur. Sanctus Andreas cuidam rustico prouinciali apparuit dicens. Veni, ostendam tibi lanceam Christi. Et idem rusticus capta Antiochia fodiens in Ecclesia sancti Petri in loco sibi ostenso, pręsente Raimundo comite Tholosano & capellano suo lanceam inuenit. Dubitantibus autem plærisq; quidam

Institutio horarũ beatę Marię.

Expeditio Hierosolymitana.

Godefredus. Baldoinus.

Hierusalem a Christianis capitur.

Bartholomęus nomine, Christo sibi apparente certificatus ignem.xiij.pedum quē fieri iussit illęsus transiuit cū lancea, & sic exercitus fiduciā habēs in Christo, & eius lancea a tempore Apostolorum inuisa intrepidus processit. ¶ Capta igitur Antiochia mox superuenit Corboranus magno cum exercitu Paganorum, & Christiani obsidētur, tantaq; fame afflicti sunt, vt vix se aliqui ab humanis carnibus abstinerent. Sed confortati a deo per inuentam Iesu Christi lāceam obsessi obsessoribus occurrerunt, & victoria potiuntur. ¶ Quartum bellum fuit in Romania, quam nunc appellamus Moream, in quo etiam Turci vincuntur. Antiochia duci Boemūdo cōmissa, Christiani Syriā proficiscētes Marchā & Barram multaq; castella regionis illius expugnant, tanta fame afflicti q̄ corpora Sarracenorum iam fœtētia edere compellebātur. Anno millesimo.xcix. exercit⁹ ad interiora Syrię profectus larga dei manu refocillatus est, tandem Hierusalem obsederunt. Est autem Hierusalem ciuitas in montanis sita, riuis, fontibus, & syluis carens, excepto Syloe: vbi aqua sufficienter inuenitur: in qua obsidione dum pro victus & aquę penuria laborarent, ex condicto communi omnes quotidie nudis pedibus orando circuierunt ciuitatē, octauo ergo die talis humiliationis, obsidionis autem.xxxix. Idus Iunij feria sexta Hierusalem capitur, & in porticu Salomonis Christiani quinto bello Paganos aggredientes tot ceciderunt, vt in sanguine occisorum vsq; ad equorum genua equitārent. Vrbe igitur obtenta & mundata Patriarcha ordinatur, & Rex eligitur. Principibus itaq; de repatriando tractantibus, ecce rex Sarracenorum cum centum millibus equitum, & quatuor centum millibus peditum ad debellandos Christianos Ascalonā venit, quibus exercitus domini in quo non erāt nisi quinq; millia equitum, & quindecim millia peditum occurrens, deo pro eo pugnāte, & nube ab ęstu Solis protegēte, Sarracenos solo impetu territos pro iectis armis eos in fugam conuertit. Et in bello sexto facto sexto Kalendis Augusti cęsa sunt cētum millia Paganorum. In porta vero Ascalonię vsq; ad duo millia suffocantur. Eorum vero qui in mari suffocati sunt, ac veprium spinetis obtriti numerus ignoratur. His gestis Godefridus electus in regem remansit in Hierusalem, & principes ad propria reuertuntur. Capta est autem Hierusalem anno domini.M.xcix. post annos circiter.ccc.lx. Ex quo sub Eraclio imperatore secundo capta a Sarracenis est & possessa. Huius concilij congregandi Petrus ęremita occasionem dedit, Qui ex Hierusalem rediens Vrbano narrat vidisse se Simonem Hierosolymę Patriarcham in seruitute a Calipha rege miserabiliter teneri & ludibrio haberi a Sarracenis: quę lachrymando cum Petrus refert, hinc pontifex motus de expeditione in Syriam ducenda animū adiecit. Legitur priusq; exercitus noster Hierusalem applicuerit, quędam colūba desuper exercitum nostrū volasse ancepsq; virus grauiter deiecisse, circa quā repertę sunt literę quas deferabat talis sententię, Acharon duci Cęsareo salutē. Gnatio canina venit, gēs cōtentiosa, cōtra quā per te & per alios tuā defendas legem. Indica idem alijs vrbibus. In hoc tempore videlicet anno.M.xcviij. xij.Kl. Aprilis in festo sancti Benedicti fundatū est Cistercium in vasta & horribili solitudine cisterciȷ non longe a castro Dinionis. Hoc tempore in Hispania Toletum illarum partium maxima vrbiū per regem Aldefonsum a Sarracenis tollitur, non sine multis laboribus & expensis. Septem enim annorum spatio obsessam tenuit. Et anno octauo cum diuino adiutorio ipsam ciuitatem

Hierusalem a Christianis capitur.

Sarraceni ꝓfligūtur.

Godefrid⁹ rex Hiert̄m creatur.

Causa & ratio a Christianis Hiert̄m vindicādi.

Toletanam, quæ olim fuerat mater & regni gloria Gothotum/cepit.Statuit
prçterea hic pontifex ne deinceps inuestituram cuiuscunq̧ beneficij clericus a
laico reciperet,tandem vir sanctus post multos labores.iiij.Kl̄. Augusti mo=
riens in sancto Petro Romç sepelitur.

❡Capitulum.CXCVII.

Pascha= PAschalis secundus Reiuerius ante pontificatum vocatus na=
lis.ij. tione Italus e Flamininea patre Crescentio matre Alphacia
Vrbano pontifici surrogatus est:seditq̧ in cathedra Petri an=
nis.xviij.mensibus.v.diebus.vij.Hic monachus existens no=
lens inuitusq̧ pontifex creatur.Per id tempus Boemundus vir
magnanimus dum arcem munitissimam apud Antiochiā acet
time oppugnat sagitta fœmut traijcitur,quo vulnere accepto ab oppugnatio=
ne destitit:leuatus tamen postea dolore ad centum millia Sarracenorum truci=
dauit,prçlata ante exercitum lancea qua latus domini nostri Iesu Christi con=
fossum fuerat,inuenta in castris Sarracenorum fuere quindecim millia came=
lorum,quibus refecti Christiani post multos labores rerum etiam omnē vber
tatē prçbuerūt.Deinde capta Hierosolyma anno dñi millesimo nonagesimo
Solima Solimanus Babyloniorum rex Ascalonem vrbem.xx. millibus passuum ab
rursu= Hierosolymis distantem cum copioso exercitu aduenit Christianos debellatu
peratut rus.Erant enim in eo exercitu centum millia hominum:huic obuiahs Gode=
fredus de Billone,qui regni nomen sumpserat,tanta strage Sarracenos affecit,
vt illo in prçlio ad.xxx.millia cecidisse constet,cæteris in fugam dilapsis.At
Godefredus multis virtutibus ac victorijs clarus anno vno post captam Hie=
Gode= rosolymam febre correptus interijt,cui suffultus est frater eius Balduinus.Pa=
fredus schalis vero suscepto pontificio munere statim in Antipapam Gibertum co=
morit. pias mouet,quibus & affuit Rogerius Siciliç comes,quod audiens Gibertus si
Gibet= bi valde timens ad montana Aquilanorum confugit,vbi non multo post subi
tus anti ta morte correptus suorum scelerum pœnas luit.Fuere per id tempus multi
papa. Pseudo Christiani,qui papatus nomen sumpsere,quorum futilis ac vanus fuit
exitus.Pacata vero Ecclesia Paschalis magni ingenij vir a religione ad arma
conuersus Castellanam vrbem ac Beneuentanam vi & armis cepit:inde cisal=
pinam proficiscens Prouinciam conuentu multorum principum ac Episcopo
rum habito,de homagijs,de feudis,de sacramentis antea exhibitis,exhibendis=
ue magna est habita ratio.Sacerdotes etiam Gallos non ita integre vt decebat
viuentes ad meliorem statum redegit.His prospere gestis in Italiam prope re=
dijt,q̄ intelligeret seditionibus omnia agitari,rebus tamen pro sententia com=
positis principes Christianos literis & nuncijs aduersum Sarracenos iterum
Pascha= animauit:ipse tamen non diu prospera fortuna vsus cum Episcopos simonia=
lis vna ce intrusos ab Henrico imperatore nollet confirmare,ipse vna cum cardinali=
cū cardi bus ab Henrico imperatore in vinculis coniectus,nec inde abeūdi facultas da=
nalibus ta est,donec simoniacos omnes cōfirmasset.Concilio tamen apud Lateranum
ab Hērí habito,omnia quç Henrico promiserat reuocauit,asserens non sponte sed coa=
co incar cte in sententiam Cçsaris venisse. Tandem pacatis rebus omnibus,acceptis
ceratur. Ecclesiç sacramentis ad pacem & concordiam clerum cohortatus est:inde.xv.
Paschal Kl̄.Februarias moriens funebri pompa in Basilica Constantiniana sepult⁹ est.
morit. Circa hçc tempora Bernardus ex Castilione Burgundiç nobili genere ortus,

Cistercięsem ordinem ingreditur. Is.xxij.annum agens sub abbate Stephano qui tertius fuerat, inchoato Cisterciensi monasterio vna cum.xxx.socijs monachi habitum suscipens tanti precij ob doctrinam & sanctitatem est habitus, vt breui abbas Clareuallensis monasterij tum primum Roberti viri illustris impensa ędificati creatus sit. Cui certe loco cum maxima gloria ad annos sex & triginta pręfuit. Moriens deinde Bernardus pręter sanctitatem multa quoq scriptis ingenij sui monumenta reliquit. Ferunt ex hoc tempore floruisse Anselmum Cantuariẽsem Archiepiscopum, virum sanctitate & doctrina clarũ.

¶Capitulum.CXCVIII.

Henricus quart⁹ assumpsit imperium, & imperauit annis.xv. Hic suscepto imperio patrem in vinculis mori fecit. Huius tempore in patochia Legiensi porca enixa est porcellum habentem faciem hominis. Natus est etiam pullus gallinę quadrupes. His temporibus Hugo de sancto Victore Parisi⁹ claret. Hoc etiã tpe ordo Templarioꝝ ex militib⁹ congregatoꝝ Hierusalem incœpit, & dicti sunt milites templi, quia in porticu templi sedebant sc̃d͂m sui ordinis statum. Hic imperator ad memoratum pontificem venit Romę coronandus, & pręmissis nuncijs refutabat per literas inuestituram Episcoporum, super qua prędecessores sui quęstionem habuerant cum Romanis pontificibus. Clerus & Romanus populus de mandato papę regi aduenięti versus montem malum obuiauit, & ad summitatem graduum sancti Petri, vbi Papa & Cardinales spectabant adduxit, ibiq Papa & Rex post pedũ osculã se osculati sunt, & papa dato osculo in imperatorem ipsum designauit. Cũq papa iuramentum expeteret super refutanda inuestitura, Imperator cum suis concilio habito papam & cardinales in vincula coniecit, mensibusq duobus captiuum detinuit. Post papę vero liberationem quidam clero Romano cõtra papam insurgentes tres antipapas elegerunt, qui primo papam infestantes mox vanos habuere conatus. Imperator etiam monitus a pontifice per literas renũciauit inuestiturę, quam imperatores vsq ad illa tempora consueuetunt facere de Episcopis & prelatis, sicq pax habita est inter eos.

Hẽric⁹. Prodigia. Hugo de sãcto Victore. Ordo Tẽplariorum.

¶Capitulum.CXCIX.

Gelasius huius nominis secundus Ioannes antea vocatus patria Caietanus patre Crescentio nobili genere natus post Paschalem pontificatum suscepit, seditq anno vno, mensibus quinq. Fuerat hic pontifex a teneris annis ingenue in monte Cassino educatus ac doctus: vbi & religionis fundamenta didicerat sub Odrisio abbate viro sanctissimo. Cuius vitam cõtinentissimam ac patientiam si insp'cias dignum profecto iudicabis qui pontificio munere fungatur. Qui cum oim suffragijs in pontificem delectus esset Cincius Fregepinus Romanus patricius vir potentissimus ob electionem cõmotus ꝙ quẽdam ex suis eligendum proposuerat, Gelasium effractis foribus obtorto collo in terram deijcit, calcibusq & pugnis cõterens in vincula cõijcit. Cardinales vero fugientes ex mulis & equis deiectos percuti iubet. Hac iniuria moti Romani ędes Cincij aggrediuntur, interitum minitantes nisi Gelasium incolumem reddat, quibus perterritus Cincius pontificem Romanis restituit, veniam supplex expostulans. Aduersus hunc pontificem Henricus

Gelasi⁹. Cinci⁹ Gelasiũ in vincula cõijcit.

imperator perfidus tanto furore debacchatus eſt, vt eum ab vrbe bis pepulerit, electo Antipapa Fregepano. Deinde cum perfidi viri temperare furorem nequiret nihil ſibi tutum apud Italos proſpiciens, clam delapſus in Gallias ſeſe Cluniacũ proripuit, receptuſq; honorificentiſſime ab eius loci abbate inter eundum Baſilicam ſanctę Cecilię Eccleſiam cum pluribus alijs dedicauit. Deinde ad monaſterium Cluniacenſe rediẽs pleureſi correptus moritur, ſepeliturq; eius corpus inter limina Cluniacenſis cœnobij. Hoc tempore Templariorũ ordo initium habuit, quorum regulam ſcripſit beatus Bernardus abbas. Hi nõ longe a ſepulchro domini habitantes peregrinos ſuſcipiebant, eoſq; per loca ſacra armati ducebant ac reducebant.

Gelaſiꝰ morit. Ordo tẽplariorꝫ

¶Capitulum.CC.

Ludouicus.

LVdouicus patri Philippo ſuffectus eſt, atq; apud Aureliã cõuocatis Epiſcopis in regem vnctus: huic aduerſus Henricũ quartum Anglorum regem contentio fuit, ob captam Giſorcij arcem, quę ad Normanos ſpectat: inchoatum tamen bellum poſt leuia quędam pręlia biennio tandẽ finitũ eſt, Guillermo Henrici filio Ludouici iuſſa capeſſente. Cui ob ingenuam eius indolem arcem, cuius cauſa digladiatum erat, liberam Ludouicꝰ permiſit. Per id tempus Guillermus quidam Normanus opibus abundans, generum Guidonem de rupe intra ſacellum doloſe occidit: quod pia vxor cõſpiciẽs dum mortuum maritum deoſculatur, ipſa pariter occubuit. Hac immanitate perciti Normani in perfidum Guillermum arma ſuſcipiunt, quem captũ euulſis pręcordijs crudeli morte trucidarunt: cęteros autem ſatellites laniant euulſis quorũdam inteſtinis. Habuit pręterea Ludouicꝰ bellum aduerſus Thomã de Marla latronem, qui apud Laudunum tyrannidem exercebat, ac templa incendebat, Epiſcopum etiam Laudunenſem Galterum oculis priuauerat, necatumq; in proximum agrum nudum proijci mandauerat: verũtamen opera Ludouici ſuę crudelitatis non multo poſt pœnas luit. Dum hęc a Ludouico gererentur Henricus Anglorum rex, qui tum Normaniam tenebat, coacto exercitu Franciam ingreditur, adiuncto ſibi Theobaldo Campanię comite. huic obuiam factus Ludouicus temerarium hominem haud difficili negocio ſuperat, Henrico in aciem non prodeunte. Eodem tempore Henricus perfidus imperator dum pontificem Gelaſium perſequitur audiens eum a Francis receptum, infeſto agmine Remos perdere inſtituit. Ea re cognita diuino auxilio fretꝰ Ludouicus bellum non detrectat, cõparatoq; exercitu acies inſtruit, aduerſus perfidum imperatorem bellaturus. At cum adeſſe Ludouicum cognouiſſet imperator languidiore animo effectus trepide refugit. Alemano igitur imperatore ac Henrico Anglorum rege ſuperatis exercitum dimiſit. Cũq; in Frandriam reuerſus eſſet Carolus comes Flandrenſis cõiuratione quadam facta in Eccleſia ſancti Donati occidit. Hac re indignatꝰ Ludouicꝰ Bothardũ Ecclię prępoſitum primo oculis orbatum, deinde ad palum ligatum ſagittis in faciem eius actis cum interijſſet in rotam leuari, moxq; in ſordidiſſimam cloacã abijci iubet. Bertopum autem vnum ex necis authoribus a furca ſuſpenſum canis vnꝰ a carnifice ſtimulis agitatus in Bertopi faciem furens pendentem laniabat, & interdum ſtercore perfundebat. Reliquos vero quos comprehendit e ſummo turris faſtigio pręcipites dedit. Ad hunc regem acceſſit Innocẽtius ſecũdus electus pontifex aduerſante ſibi Petro Leone Antipapa, quem honorifice ſuſce-

Guillermi indignũ facinus.

Hẽricꝰ Anglꝰ. Hẽricꝰ imperator perfidus.

Carolꝰ comes Flãdrẽſis occiditur.

ptum quãtum pro tempore licuit auxilijs adiuuit. Huius tẽpore ordo hospita=
liorũ ac Pręmõstratensium effulsit. Hic multis victorijs clarus ingrauescen=
te iam ętate quotidiana valitudine ac tussi cœpit laborare, atq; ita susceptis de
more Christiano sacramẽtis finẽ adesse sentiens tapetis pauimentum sterni, &
super eũ cruces ex cinere fieri iussit, in quo decumbens morte absumptus est, an Carol9
no regni sui. xxx. ętatis. lx. salutis vero millesimo cẽtesimo. xxxvij. sepultusq; morit.
est apud sanctũ Dionysiũ. Hui9 Ludouici cui Grossus agnomen fuit ipe diui
Victoris cœnobiũ extructũ est, qđ hacten9 in suburbio Parisiano visit. Eadẽ
tempestate apud Legiensem vicum porcus editus est facie humana, & gallinę
pullus quadrupes ꝑdijt. Carthusienses etiam suę sanctitatis fundamenta ie=
cerunt. ¶Capitulum. CCI.

CAlixtus secundus Guido antea vocatus natione Burgundus Calixt9
Viennẽsis Archiepiscopus originẽ a regib9 Frãcię ducẽs ab
his cardinalib9 pontifex creatur, qui mortuo Gelasio Clunia
ci tum aderãt: verum nõ prius põtificiũ sumpsit q̃ intellexit
se ab his cardinalibus cõfirmari, qui Romę & in Italia reman
serant. Hic aũt erat Iuris ciuilis & theologię doctor, seditq; an
nis quinq;, mensibus decem, diebus. xiij. vacauit sedet diebus quinq;. Hic conci
liũ generale cũ Cardinalib9, Archiepiscopis, Episcopis, & pręlatis celebrauit
Tholosę, anno dñi. M.c.xxviij. in quo inter cętera damnati sunt, & ab Ecclesia
depulsi omnes qui religionis speciẽ simulãtes, dñici corporis & sanguinis sa=
cramentũ / baptisma paruulorum / ordines sacros, & legitimarũ damnabant fœ=
dera nuptiarum: decimę quoq; bona, & domus clericorum, & oblationes, ac bona
deficiẽtis Episcopi fuerũt laicis sub anathemate interdicta. Hic cũ ꝑ ꝓuinciã
Longobardiã / & Tusciã / Romã rediret, vbiq; cũ gaudio receptus est. Burdin9 Burdi=
vero per Henricũ imperatorem papa factus, audiens aduentũ papę in Sutrinã nus an=
se recepit, quẽ papa cũ Romanis occidens cepit, & captum in camelo versa fa= tipapa.
cie posuit, & cauda pro freno vsus papã pręcedebat ad vrbem, vbi trusus fuit.
Dictus pontifex Synodũ Romę celebrauit, in qua ordinationes Burdini anti=
papę irritę iudicatę sunt. Huic autem cũ in animo esset opẽ Christianis ferre Conci=
qui Asię militabãt cõciliũ nongentorum patrũ apud Lateranũ habuit, vbi de= liũ Late
cretum est auxilia Christianis mitti debere, qua spe erectus Balduinus Hiero= ranẽse.
solymorum rex Gazim regẽ Turcorum cũ exercitu superatũ in vincula cõie=
cit, nec multo post Damasci regẽ fugat, duobus hostiũ millibus interemptis,
milleq; captis: his tandẽ cũ ingẽti exercitu superueniẽs Balahac Parthorũ rex
Balduinum cũ multis proceribus captũ in vincula coniecit: vnde & Venetos
Genuenses ac Pisanos magna classe in hostes concitauit, qui quidẽ superatis Baldui=
Barbaris Iopem obsidione soluunt. Balduinus vero precio redemptus Hiero= nus.
solymas redijt. Tandem Calixtus de deo, deq; hominibus bene meritus anno Calixt9
quinto sui pontificatus in pace quieuit. ¶Capitulum. CCII. morit.

HOnorius secundus qui & Lambertus ex agro Minolẽsi oriũ= Hono=
dus Hostiẽsis Episcopus, Calixto suffectus est: seditq; annis rius.
quinq;, mensibus duobus, diebus tribus. Hic papa videns infi
delitatem baronum Apulię, a quibus vocatus erat, vt in Apu
liam descenderet, & eam a Rogerio Siculo tueretur: dictum
Rogerium habito cõsilio & homagio facto de ducatu Apulię

inuestiuit. Deposuit etiam per legatum cardinalem duos Patriarchas Aquilegieñ & Grandeñ, quia inuenit eos fauisse schismaticis. Eodem tempore floruit apud Parisios Hugo de sancto Victore Parisiensis doctor insignis. Hic enim tum dicendo, tum scribendo ingenij sui pręclara monumenta reliquit. Extat eius liber de sacramentis, liber in dialogo, liber de arra animę, liber de artibus & doctrinis. Hęc etiam tempora clariora fecit Arnulphus Christianę religionis prędicator egregius, qui dum acerbe clericorum lasciuiã argueret, eorum insidijs trucidatus est. Honoricus vero cum in omnibus egregium se pręstaret pontificem, tandẽ mortuus in Basilica sepelitur.

Hugo.

¶Capitulum.CCIII.

Lotharius.

LOtharius huius nominis primus Saxonię dux ob inuictã fortitudinem electus in imperatorem imperauit annis.xj. Hui⁹ tempore fames valida fuit, & fere totam Italiam inuasit. Per idem tempus in Francia tanta siccitas fuit, vt flumina, fontes, lacus, & putei siccarentur. Ignis quoq̧ per venas terrę subintrauerat, nec frigore nec alia arte extingui poterat. Hic post suam coronationem zelo Ecclesię accensus contra Rogerium comitem qui se contra papam erexerat, & regnum Sicilię occupauerat, vna cum papa Innocẽtio Apuliam potenter intrauit, ac fugato Rogerio in Siciliam constituerũt ducem Apulię comitem Raimonem. Eo etiam tempore contra volũtatem Innocentij papę Romani Senatum renouare conati sunt. ¶Per id tempus Ioannes Constantinopolitanus imperator audita de Rogerio victoria cui aduersabatur, legatos Lothario mittit, eidem congratulans de superato hoste, quorum de numero quidam Philosophus cum latinam Ecclesiam mirum inmodum errare disputationibus ostendere nitebatur, ꝙ contra sententiam Niceni cõcilij (vt ipse dicebat) spiritum sanctum a filio procedere affirmaret. Tũ Petrus diaconus homo doctus. Si inquit Latini damnandi sint, ꝙ addiderint spiritum sanctum a filio quoq̧ procedere, damnandi multo magis Gręci videntur, qui id fieri a solo patre addiderunt, cum ipsum concilium a patre dixerit, quo responso delusus Gręcus amplius disputare substitit.

Ioãnes imperator.

¶Capitulum.CCIIII.

Innocẽtius.ij.

INnocentius secundus natione Romanus patre Ioanne de regione trans Tyberim anno domini.M.c.xxx. in cathedra Petri sedit annis.xiij. mensibus septem, diebus octo. Hic a maiori parte cardinalium, & Petrus Leonis contra eum a minori dispariter eliguntur. Petrus tamen Leonis ob parentelę fortitudinem Ecclesiam sancti Petri per vim habuit. Eamq̧ aureo crucifixo & corona, necnon auro & argento sic Ecclesiam sanctę Marię, & plures alias spolians, cum hoc thesauro pene omnes Romanos corrupit. ¶Innocentius vero fugit cum cardinalib⁹ in Gallias, & a rege Francię honorifice suscipitur, eiq̧ Gallicana Ecclesia adhæsit, & processu temporum imperator expeditionem in Italiam parans Innocentium papam duxit, & Petrum Leonis expugnans, totamq̧ eius progeniem relegans / Innocentium in propria sede restituit. Sequenti anno: scilicet. M.c.xxxvj. Guillermo duce Acquitanię, & comite Pictauię, ad sanctum Iacobum proficiscente ibidem moritur, qui moriturus proceres suos obtestatur, vt filia sua maior Alienora Ludouico regi Fran-

Innocẽti⁹ i Galliã fugit

corum cum ducatu Aquitanię in vxorē detur,& ita factum est. Redeūte autem Romam ex Gallijs pontifice cum maximo exercitu vrbem ingressus est,nusq̄ apparente Antipapa,atq; ita factiosos,& Rogeriū Sicilię regē ad sanitatem redegit,verum cum se quieturū putaret,Romanus populus senatoris eligit libertatem acclamans. Vnde & his primo volens resistere apud Lateranum concilium habuit,in quo edidit ne quis laicus sub anathematis pœna manum violentam in clericum mittere pręsumeret,vt habetur in.c.Si quis.xvij.q.vij.mienda uerat,etiā i cōcilio Remēsi,vt subdiaconi cōtinēter viuerēt.c.decreuimꝰ.xviij. dist.viij.vetuit,etiā ne quis episcopus sibi successorem constitueret.viij.q.j.c. apostolica. His temporibus obijt Ioānes de temporibus, qui annis tribꝰ.c.lxj. vixerat a tempore Karoli magni cuius armiger fuerat.

Capitulum.CCV.

Cœlestinus eius nois secundus natiōe Tuschus,Guido antea vocatus ex castello sanctę Felicitatis Innocentio cōsensu omnium surrogatus est,quo tempore vbiq; peste maxima laboratum est. Eadem tempestate Falco Andegauus comes Balduini gener tertius regnū Hierosolymitanum recepit, Turchos etiam persicum sinū incolentium ad tria millia occidit tribus milibus captis. Capta est autē a Sarracenis Edissa ciuitas ac crudeliter direpta nobilissimis matronis super altare sancti Ioānis Baptistę stupratis. Falco vero leporem insequens,casu equi morit,cui filius eius Balduinus successit. Cœlestinus autem pontificatus sui anno.v.moritur, sepeliturq; in Lateranensi basilica.

Cœlestinus. Falco Andegauus regnū hierosolymitanū recipit. Edissa capitur. Falco moritur.

Capitulum.CCVI.

Lucius secundus patria Bononiensis patre Alberto post Cœlestinū in pōtificē a Clero delectꝰ est, seditq; mēsibus.xj. diebꝰ ix. in Hierusalem prius presbyter cardinalis fuit. Cuius tēpore Edissę vrbis euersio nunciata est,quę regis Medorum dicitur,ad quā Thobias filiū,p recuperanda ex gabello pecunia miserat, quā etiam Tadeus ad fidem Christi cōuerterat,i qua beati Thomę ossa reposita erāt. Huius rex Abagarus datis ad Iesum Christū literis scripta manu dei responsa habere meruit: Lucius vero clade audita nihil pretermisit quod ad expeditionem Hierosolymitanam necessarium putabat in qua dum versaretur peste absumptus est,& in Basilica Lateranensi sepultus.

Lucius. Reges medorꝫ.

Capitulum.CCVII.

Conradus natione Sueuus Lothario in regnū Romani nominis successit. Hic iito regno suasu Berardi abbatis Clareuallēsis exercitū ex suis cogit aduersum Turcos dimicaturus. Constantinopoli itaq; perueniens cum Emanuele Gręcorum imperatore de rebus ad expeditionem necessarijs colloquitur. Verum scelestus Emanuel Gręco vsus ingenio Conradum hortatur,ne grandem secum deferat cōmeatum pollicitꝰ quę necessaria essēt exercitui subministraturum. Quibus verbis nimium credulus imperator dum vię duces ab Emanuel datos incaute sequitur cōmeatu destitutus in Turcorum copias,in solitudine latentes incidit. Itaq; ex septuaginta milibus quos pręter pedites Conradus secum eduxerat,vix pars decima superfuit imperator vero cum paucis ad vrbem Niceam se recepit.

Conradus. Perfidꝰ emanuel. Christiani dolo superātur.

Capitulum.CCVIII.

Eugenius. Eugenius tertius Pisis oriūdus, Sancti Anastasij abbas i mo-
chum antea a beato Bernardo electus in ecclesia sancti Cęsa
rei pontifex creatur, seditq; annis octo, mēsibus quatuor, die-
bus.xx. vacauit sedes diebus.xj. Hic ꝑpter metum senatorū
quos populus contra voluntatē prędecessoris sui elegerat, ad
monasterium Farcense se transtulit cū cardinalibus suis, vbi
consecratus est, statimq; Romani pacem postulantes, magistratu se abdicarūt,
verum cum intelligeret dolose contra se, Romanos agere velle, tyberi delabit,
quem Romani telis & sagittis fugientē insequūtur, ipse autem Franciam adna
uigans, a Ludouico Francoꝝ rege ac patre suo Bernardo honorifice suscipitur,
ibiq; concilio Remis celebrato postq̄ Ludouicū cruce signasset, & multos cum
eo in Turcos & Sarracenos animasset auxilio regis fretus Romā redijt & a Ro
manis cum maximo apparatu suscipitur, vbi non multo post vita decessit.

¶Capitulum.CCIX.

Ludouicus. Ludouicus prędicti Ludouici filius, adhuc viuente patre, regni
Francię tutelā suscepit, q; accepta filia Guillermi ducis Aqui-
tanię Alienora in vxorem postq̄ rex Aquitaniā ordinasset in
Franciam reuertitur, ibiq; audita per nūcios Hierosolymorū,
clade Christianorū charitate accēsus in Christi militiam no-
men dedit, moxq; crucis insigni accepto vna cū vxore Alieno
ra mulisq; primoribus Cōstantinopolim multo instructus milite profectus
est, ibi audita calamitate / qua Turci affecerāt imperatorē, ad eum propere con
sulandi hoīs gratia venit. Conuenerunt igit̄ pariter, vt iūctis exercitibus ne-
gocium esset peragendū. At his itaq; simul proficiscētibus imperator mari sese
cōmisit. Ludouicus vero inde transiens ad flumen Venandri castra ponit. Tur
Turci ci ab aquatione iaculis fundisq; ꝓhibere volentes, a Francis occisi / fugati sunt.
superan Verum vltra progredientibus Francis cum disiunctas haberent acies eam quę
tur a frā lentius incedebat, aggredientes Turci graui incōmodo affecerūt, atq; adeo vsq;
cis. occidunt, donec nox pręlium dirimeret, multi insuper in potestatem Turcorū
Franci venere quos duxere captiuos: qui vero superfuerūt ęgre ad suos, q in prima acie
trucidā- erant sese receperūt, his cladibus acceptis nō languidiore animo effectus Chri
tur a tur stianus rex receptis militibus Antiochiā perrexit, cuius princeps Raymūdus
cis. tunc erat, qui obuiam Ludouico factus eum honorifice suscepit, eo tamen ani-
mo vt Raimūdus vicinas vrbes a Ludouico suę potestati adigendas speraret.
Sed voti obnoxius Ludouicus Hierosolymam prius visurum se q̄ bello misce
retur denunciauit, ex qua malo animo effectus in Ludouicum vxorem Alieno
ram ab eo separauit. Visitatis itaq; sacris locis rex Ludouicus cum imperato-
re Conrado & Balduino Hierosolymitano tribus aciebus dispositis Damas-
cum adoriūtur, ibi pręclarum Conradi facinus memorię proditum est, nā cum
pedes prelio interesset quidam Turcus ignorans quisnā Conradus esset eum
a collo arctissime pręhendit, cuius temeritatem Conradus volēs mitigare tam
valido ictu Turcum inter collum armumq; sinistrum percussit, vt ab ea parte
Christia ad dextrā vsq; adacto gladio hominē secuerit. Quo facto ita exterriti sunt Da-
ni dece- masceni, vt fugę salutem sibi tantum meditarētur. Veruntamen Christiani a
pti. Syris decepti obsidionem reliquerunt. Atq; ita nulla insigni victoria potiti
Christiani in suam vnusquisq; reuertitur, vnde non multo post Norandinus

Raymundum Antiochenum superat, occiditq;, Anno salutis millesimo. c. xlviij. Comes vero Edissanus in vinculis coniectus situ & squalore extinctus est. Trigolitanus quoq; comes a sicarijs confoditur. Ad hunc modum bona Palęstinę pars a Christianis ęrepta est. Reuertēti igitur Ludouico Sarracena classis obuiā venit quem circūuentum capiunt. per hęc tempora Rogeri⁹ Siciliensis comes ad littora Asię deo volente appulerat, qui dum pręda exultātes Barbaros agnouit, ira percitus in eos mouet ac deuincit multis eorū occisis atq; ita rex christianus cū exercitu liber effectus i Franciā reuertit. Eodem tempore rex consilio Eugenij pontificis ac Bernardi Clareuallensis Alienoram filiam Guillermi dimisit: licet ex ea duas filias suscepisset, q̄ esset quarto cognationis gradu Ludouico iuncta. Quā a Ludouico dimissā Henricus Anglię rex vxorem despōsat, vnde Andegauia, Cęnomania, Turonēsisq; cōmitatus Henrico aduenere. Rex vero ne sine masculis libens discederet Cōstātiā castellę regis filiam duxit vxorē, quę dum secundo partu filiam edidit/moritur. Deinde Alisam comitis Blesensis filiā superinducēs Philippū suscepit. Circa hęc tempora Valdo ciuis Lugdunensis opibus potens omnia pauperibus erogauit: qui dum quosdam Gallicos libros sententijs refertos legisset suo sensu homo idiota scripturas interpretans multos errores disseminauit. Admonitus autē a pontificibus ab errore resilire, Oportet inquit deo magis q̄ hoībus obedire. Quare pertinax hęreticus a patria extruditur, a quo Valdēses hactenus nomē & mores sūt sortiti. His temporib⁹ Stephanus Normaniā iniuste possidebat, quam Gaufredus Andegauus ad se pertinere cōtendens a Ludouico aduersus Stephanum auxilium petit. huic erat filius qui post regnum Anglię adeptus est. Itaq; cōparato exercitu, nō difficili negocio Normaniam recuperat. Henricus vero postea vxorē Ludouici derelictā Alienoram ducens in fide nō permansit, mortuo dicto Gaufrido Henricus eius hęres, natusq; de filia regis Anglię ducatum Normanię obtinuit, qui cū esset strenuus in armis, in moribus gratiosus, a Baronibus Anglię requiritur, q̄ ad Angliā te transferret suę matris ratione, quod & fecit: & exaltatus fuit vehementer. Nā ratiōe patris erat comes Andegauen. Turonen. & Cęnomanen. suę vxoris scilicet Alienorę occasiōe suberat sibi Vasconia, Pictauia, Xanctonia, Lemonica, & tota Aqtania. rōne mřis suę suberat sibi Anglia & Normania. Qui q̄dē Henric⁹ rex Anglię coronat⁹ de Anglia remeās Galliā ferro & armis aggredit, & vnā partē fecit sibi tributariā, vt refert dictus Ricardus asserēs etiam q̄ totā Aquitaniā & Vasconiā summa cum iustitia sic rexit, vt ex suprema pace conflarēt gladios in vomeres: nec esset vlterius qui mouere bellum auderet, cessaretq; raptorum rapacitas, & dentes luporum essent hebetati. ¶ Insuper dictus Henricus sui ducat⁹ Barones circa ciuitatem Agen. congregauit cum populi multitudine copiosa pro obsidenda ciuitate Tholosana, quasi dicta ciuitas ad eum pretineret, suę coniugis rōne, quia de ducatu videbatur Aquitanię. Illo forsitan motiuo, quia quicquid est inter Ligerim & Garūnam sitū dicunt auctores Vincētius & alij Aquitaniam appellari. Sed rex Francorum Ludouicus ciuitatem defendit Tholosanam, sic q̄ rex Anglorum suo fuit turpiter frustratus desiderio. Illo in tempore beatus Bernardus primus abbas Clareuallis, cōsūmatis feliciter vitę suę annis circiter. lxiij. obdormiuit in Christo. Ex illa Claraualle ad montē ascēdēs claritatis ęternę.

Ludouicus capitur.

Valdo.

Henricus anglus. Galliā ingreditur.

¶ Capitulum. CCX.

Anastasius. ANastasius quartus natione Romanus patre Benedicto natus, sedit anno vno, mẽsibus duobus, diebus, xxiiij. & vacauit sedes viginti. Quo in tẽpore dñs Petrus lombardus antistes parisieñ, librũ sententiarũ cõposuit, psalterium & epistolas Pauli notabiliter glosauit. Hic Anastasius in ecclesia lateraneñ, in tumba Porphyrica est tumulatus. ¶Huius tempore Ri=
Ricardus. cardus de sancto Victore doctor insignis apud Parisios claruit, scripsitq; multa, tum grauia & vtilia, & maxime librum de trinitate. Claruit etiam Guillermus olim Acquitaniȩ prouinciȩ dux ȩremiticam sancti Augustini regulam professus. In tota vero Europa peste valida laboratum est. Anastasius vero benignus pontifex/nihil tunc prȩtermisit quod ad boni pastoris officium pertineret, nã & eleemosynas multas clam egenis largiebatur.

¶Capitulum.CCXI.

Adrianus. ADrianus quartus natione Anglicus, ꝓfessione monachus, qui existens cardinalis Albaneñ. missus fuit legat⁹ ĩ Noruegiã ꝓ prȩdicatione verbi dei, & gentẽ illam Barbarã cõuertẽs reuertit, & in papam eligit, & sedit annis quatuor, mensibus nouẽ, dieb⁹. xviij. Per hȩc tempora populus Romanus minis & precib⁹ administrationẽ liberã a põtifice recipere tentauerũt, quod põtifex cõstantissime recusans eos etiã acerba execratiõe dãnauit. Itidẽ fecit in Guillermũ Neapolitanũ & Siciliȩ regẽ, qui multas ecclesiȩ occupauerat vrbes, verũ postea põtifex eũ in gratiã receptum vtriusq; regni titulo donauit, eiq; oĩa errata pepercit. Auxit autẽ perplurimum Romanã ditionẽ, conuersationẽ tamen Romanorum odio habẽs Ariguaniũ concessit, vbi non multo post moritur, ac Romȩ sepelitur/ non longe a sepulchro Eugenij.

¶Capitulum.CCXII.

Fredericus. FRedericus primus Conradi nepos ex gente sueua ĩperauit annis.xxxvij. Et coronatus est ab Adriano papa in ecclesia sancti Petri. Iste largus, & strenuus, facũdus, nobilis, & in oĩbus gloriosus. Eo tempore rex Alpie cepit Edissam ciuitatẽ quȩ ĩ Genesi dicit Arath, & francos sibi captos, aut morte: aut serui tute dãnauit, & archiepiscopũ cũ omni clero, quia Christũ noluerunt abnegare, in medio vrbis corã se decollari prȩcepit. ¶Huius tempore sol obscuratus est parũ ante horam nonã. Et diu post horã nonã in eodem statu permansit. Hoc anno fames valida fuit. Hic post mortẽ Adriani papȩ, cum Alexandro papa pessime discordauit, & in prȩiudicium ipsius Alexandri quatuor schismaticis adhȩrens & fauens, tandẽ post multas persecutiones papȩ illatas timẽs, ne a dñio suo caderet ꝑpter Lõgobardorũ cõtra ipsũ rebellionẽ, & papȩ ꝓsperitatẽ, laborauit vt recõciliaret papȩ, & apud Venetias veniẽs humiliauit se, & pacẽ cõposuit cũ Alexãdro papa anno. M.c.lxxvij. vt habet Chro
Mors frederici. nica Ricardi. Hic post reconciliationem pro emenda, accepto crucis charactere per terram & non per mare, ad liberationem terrȩ sanctȩ procedens, pacatũ linquẽs occidentale iperiũ, cũ magno exercitu & graui transitu ad partes abijt orientis, vbi cũ esset in Armenia in magno ȩstu, & se in quodã fluuio balnearet & natare cœpisset, demers⁹ est, vt dicit Chronica Ricardi. Chronica vero Videntij habet q̃ cũ eẽt ĩ partib⁹ trãsmarinis ȩquo suo vt dicit impingẽte & offendente, in aquã quandã cȩcidit, ibiq; interijt.

¶Capitulũ.CCXIII

ALexander terti⁹ patria Senēſis i cathedra petri ſedit annis fere Alexan
xxiij. Hic vicit q̄tuor ſchiſmaticos antipapas, videlicet Octo der.
uianum, qui ſe fecit vocari victorē. Guidonem clemeñ. qui pa
ſchalis, Ioannem fermeñ, qui calixtus, & laudoneñ, qui inno=
centius vocari ſunt, quorū tres fuerunt preſbyteri cardinales.
Hi oēs viciſſim ſchiſmatici fuerūt, & per papam excōmunica
ti mala morte obierūt, huius tēpore, xv, annorū ſpatio per loca terrȩmotus ma
gni fuerūt. Antiochia cū tripoli cecidit & Damaſcus cū multis ciuitatibus ſub=
uerſa eſt. Tūc quoq; cathanieñ ciuitas penit⁹ euerſa eſt, & pluſq̄, xx, M. hoim
mortui ſunt, & mare retrogradum verſum eſt, & quinq; milia hominū in ſicilia
ſubuerſi ſunt. Huius tempore floruit anſelmus beluacenſis epiſcopus, vir inte= Anſel=
gerrimȩ religionis. Hoc etiā tempore ſanctus thomas archiepiſcopus cantua= mus.
rienſis hora veſpertina & feria tertia in eccleſia ſua non lōge ab altari occiditur
Et anno ſequēti per Alexandrum canonizatur. De quo ſtant ſequentes verſus.
¶ Annus millenus centenus ſeptuagenus, Primus erat primas cum cadit ipſe
thomas. Huius tēpore petrus comeſtor clarus habetur in francia facūdiſſimus
qui vtriuſq; teſtamenti hiſtorias vno compegit volumine. Huius tempore cir Hȩreſis
ca annum dñi, M.c.lxx. incepit ſȩcta & hȩreſis valdentiū ſeu pauperum de lu= valden=
gduno, cuius author & inuētor fuit ci⁹ lugduneñ, nomine Valdo, qui cū diues ſium.
eſſet relictis omnibus paupertatem euangelicam ſeruare voluit vt apoſtoli, &
ſcribi fecit ſibi euangelia, & aliquos libros biblȩ i vulgari cū nōnullis ſancto
rum auctoritatibus, quas minus ſane intelligens, ſuo inflatus ſenſu, apoſtolo
rum officium ſibi vſurpauit pet vicos & plateas prȩdicando / ſuoſq; complices
ad prȩdicandum deſtinando, qui cum illiterati eſſent multos errores ſeminabāt
Moniti vero per archiepiſcopum deſiſtere noluerunt, dicentes deo magis debe
te obedire q̄ hominibus, qui prȩcepit euāgelium omni creaturȩ prȩdicare. quo=
rum apoſtolorum ſucceſſores & imitatores ſe ficta ſanctitatis imagine profi=
tebantur clericos & prȩlatos aſpernādo, ſicq; inobedientes tandē excōmunicati
a patria ſunt expulſi. Demū vocati ad concilium romȩ pertinaces & ſchiſmati
ci & tandem hȩretici fuere iudicati. Anno prȩdicto Geraldus epiſcopus lemo= Geral=
niceñ, cum populo terrȩ duo milia ſcocarellorum, qui obtētu regis anglȩ Hen dus.
rici acquitaniam deuaſtabant in caſtro quod bellum dicebatur peremit, & dein
de de mala morte id eſt malorū morte appellatur. Dicti pontificis tēpore me=
diolanenſis, cremoneñ, & placētini i odium frederici imperatoris, & in fauorē
Alexandri ciuitatē nouam contra papieñ, ȩdificauerunt quam Alexandriā vo
cauerunt. Sed a papienſibus palea vocatur, etiam vſq; in hodiernum diem, qui
Alexander epiſcopū conſtituit in eadem. Papieñ, vero archiepiſcopo & crucis
& pallij dignitate priuauit, eo q; frederico adhȩſiſſent, cui Alexandro ſucceſſit.

¶ Capitulum. CCXIIII.

SVſcepto ex aliza theobaldi comitis filia philippo Ludouicus Ludoui
curauit adhuc adoleſcentē animū vix quartūdecimū agētem cus.
in regni conſortē aſſumere, Huic inito regno ſtatim cura fuit
execrabiles i deū blaſphemias ac deierationes e regno pellere
edita lege vt tāti criminis reus i fluuiū aut paludē citra mortē
mergeret, iudȩos vero qb⁹ cōſuetudo erat i ſātē xpianūquē=
piā quotānis poſt multa verbera cruci affigere cōprehēdi iuſſit ac auro argēto

vestibusq̄ spoliari iussit. Deinde vero in templo Dionysiano iterum iussu pa=
tris coronatus Isabellã Hannonię comitis filiam duxit vxorem. cui pater pro
Ludouicus moritur.
dote Arthesium comitatum attribuit. Hoc tempore Ludouic9 morbo Paraly=
tico moriẽs apud Barbellũ sepultus est anno millesimo cẽtesimo octogesimo.
Philippus Iudęos regno pellit.
At patre sepulto iterũ in Iudęos cõuersus omnes prędijs possessionibusq̄ mul
ctat, q̄ iam dimidiã ciuitatem Parisiẽsem ob cõmodatũ ciuibus fœnus sibi ven
dicaret compluribus etiã apud se ob ęs fœnoratũ in custodia habitis. Quibus
e Frãcia propulsis anno millesimo centesimo octogesimo secũdo Synagogas
Iudęorũ in templa Christianorũ dedicari fecit. Hisdẽ fere tpib9 Philipp9 Flan=
Synagogę Iudęorũ diruũtur.
drię comes Viromãdiã iniuste detinebat, quam ad se pertinere optimo iure asse
rens Philippus rex in eum bellum mouet, nullo tñ cõmisso pręlio comes abla=
ta restituit, pręter Peronam & sanctũ Quintinum. Nec defuit tũc miraculum:
nã a militib9 late vastatis segetib9 ac depastis tanta messiũ fuit vbertas, vt fru=
ges duplicatas agricolæ receperint: vbi vero Flandrẽses stationem habuerunt
arida omnia remanserunt. Deinde rex in Hugonem Burgundum mouens, eo
Philippus iussit sterni pauimẽto vicos Parisieñ.
q̄ Ecclesias vastaret, triginta millib9 librarũ ob damnum Ecclesię resarciendũ
mulctauit. Reuerso Parisiũ Philippo cum ex vijs publicis ob lutum nimius
fœtor exhalaret sterni pauimentis vias iussit, opus profecto nõ ignobile. Vo=
luit etiã vt mercatus publicus p̄xime sacellũ sanctorũ Innocentũ ad sepeliẽdũ
corpora humana deputaretur. Per id tempus dũ de pace in Anglię regẽ Ricar=
dum & Philippum tractatum esset, quidã ex satellitibus Ricardi alea ludẽs dũ
se nummos perdidisse memorat, in deum blasphemus lapidem in simulacrum
Miraculum.
Virginis iniecit: vnde abrupto filij brachio mox sanguinis cruor effluxit, lan=
guentibus vtilis. Satelles correptus a dęmone vitam miserabiliter finiuit. Pa=
catis vero (vt sperabatur) in Francia rebus, rex proficisci Hierosolymam pa=
rat, sed fidei oblitus Anglus occasione sumpta in Tholosates mouet: ea re co=
Hẽric9 morit̃.
gnita omnia quę Anglicę ditionis erant rex occupat ac perdit. Henricus vero
Chinonem fugiens non multo post superuixit: inde cum filio eius Ricardo pa
ce contracta, iunctis exercitibus reges simul Hierosolymam pergunt, quibus
Messanę agẽtibus Ioachinus Abbas futurorũ pręsagus nondũ aduenisse recu=
perãdę Hierusalẽ tempus pręd ixit. Nihilominus tñ progredientibus dũ Aco
Ricardus perfidus.
nẽ Philippus obsidet, Ricardus perfidus oppugnationẽ cũ Philippo facere re=
cusauit: at Philippus nõ languidiore aĩo effectus ciuitatẽ acerrimis virib9 op=
pugnat, quo cognito qui vrbem tuebantur se dedituros regi p̄omittunt, si cum
suis fortunis abire saluos rex permittat. Hac conditione accepta, vrbs a Phi=
lippo recepta est. Cui cum Ricardus esset suspectus, qui tum cum Saladino cõ
muniõnẽ habebat, q̄q̄ ipse ęgrotaret cõmisso duci Odoni exercitu Apuliã naui
gauit, vbi morbo leuatus Romã religionis gratia profectus est: inde vero Frã=
ciam adnauigans ad sanctum Garmanum de Laya se contulit, ibi audito Iu=
Iudęorũ facinus.
dęorum horrendo facinore, qui Christianũ quendã flagellis cęsum apud Braiũ
Philippus ab ecclesijs vectigalia exigit.
crucifixerant octoginta Iudęos comprehensos cremari iussit. Hic etiam aduer
sus Anglię regem multa pręlia gessit. Victus tñ Ricardus pacem petere neces=
sitas eũ multotiens coegit. Ob frequẽtiã bellorum pauperior effectus Philip=
pus ab Ecclesijs pensiones annuas, ac vectigalia reclamãte clero extorsit. Hu=
ius regis in sequenti ordine pontificum fiet mentio.

¶ Capitulum. CCXV.

Vcius tertius natione Tuscus Luca vrbe sedit annis.iiij.diebus.xviij.& vacauit sedes dieb⁹.viij. Hui⁹tpe Sebrād⁹ Epus & vicecomes Lemoniaceñ.cū populo terrę in die Paschę cū populus sacrū mysteriū percepisset sex millia Barbansonū q pro rege Anglię Acquitaniā deuastabāt peremit,paucis fuga lapsis. Pōtifex vero cū.c.Roma pellere cōsules niteretur ab vrbe ipse pulsus est. His vero q pōtificis partes tutabātur oculi effossi sunt:ob id Veronā pergēs ibidē cōciliū habuit,in quo Romanorū audaciā dānauit:insuper & principes Christianos ad expeditionē Hierosolymatanā adhortatus est. Quo intētus negotio dū vltro citroq nūcij mittūtur,Luci⁹ morte absumit, ac Veronę sepelitur,magna adhibita pompa.

Lucius tertius. — *Lucius morit.*

¶Capitulū.CCXVI.

Rbanus terti⁹ sedit in cathedra Petri anno domini millesimo c.lxxxvj.anno vno,mensibus decem,diebus.xxv. Ad hunc papam Veronę morantem venit de Calabria abbas Ioachim qui licet multum non didicisset,diuinitus dicebatur donū intelligentię accepisse,in quo finem mūdi predixit venturū infra duas generationes,quę iuxta ipsum faciunt.lxx.annos,& tunc implendum quicquid de Antichristo futurum legitur,& dicit in eodē libello q sicut in veteri testamēto quinq ętates ab Adā vsq ad Christū cōtinentur,sic liber Apocalypsis ętatis sextę a Christo ichoāte decursum exponit:ętatē,vj.dicit in.vij.ętatūculas partitā,hęcq reuelata fuisse in fine quintę ętatūculę,& in proximo succedere sextā,in qua tribulationes dixit venturas. Sed in libello eius hoc suspectum habetur,q mundi termini diffiniuntur contra Euangelium dicens. Non est vestrum nosse tempora. Dicti Vrbani tempore agitur lamētabilis pturbatio in ptib⁹ trāsmarinis. Nā Saladinus cū gente innumerabili Galilęam ingrediens Tyberiadim obsidet. Guido vero rex Hierusalem Templarij,Hospitalarij,& alij.vj.Idus Iunij cum hostibus pugnauerūt,& nostrorum peccatorum demeritis exigentibus nostri in manū gentium traditi sunt,tractante & operam dante proditore comite Tripolitano. Tota em̄ terra illa facinoribus sordescebat,& rarus erat in monasterio,rariorq in seculo,quem non moribus vel luxurię vel auaritię infecisset. Capta igitur fuit Hierusalē a Turcis secūda die Octobris,qui erat obsidionis.xiiij.feria.vj.quod audiēs prefatus Vrbanus pre dolore post modicū obijt.

Vrbanus. — *Abbas Ioachi.*

¶Capitulum.CCXVII

Regorius octauus patria Beneuētanus sedit mēse vno,dieb⁹ xxvij.vacauit sedes diebus.xx. Hic ad excitādos principes & populos occidētis literas & legatos mittit,pœnitētiarū relaxationē pmittens Hierosolymā proficiscētibus. Sed prohdolor in ortu suo flos decorus exarescit. Nā in natiuitate dñi rebus humanis exuitur,& Pisis ibi pro pace inter Pisanos & Ianuenses tractata & firmata honorifice sepelitur.

Gregorius.viij.

¶Cap.CCXVIII

Lemens tertius patria Roman⁹ in cathedra Petri sedit annis tribus,diebus.xvj. Crescente rumore lamentabili de terra sancta pleriq assumpto crucis signo Hierosolymā ire proposuerunt:videlicet Philippus rex Francorum,& Henric⁹ Anglię & Fredericus imperator,& Guillermus rex Cicilię,qui iter maris liberum fecit,a Piratis & Turcis per Magātum classis

Clemēs tertius.

ſuę ducē. Anno itaq̄ dñi. M.c.lxxxix. ingens fit motio partiū diuerſarū gentiū per mare per certas partes petentiū tranſmarinas Rauēnateñ, & Piſanum Archipręſules cū magno de Italia agmine Tyrum appulſi ſunt. Fredericꝰ imꝑator ad fines imperij regredit̄ cū multitudine infinita. De Phryſia vero & Dacia naues quinquaginta. De Flādrijs quoq̄. xxxvij. De Frācia etiā & Cāpania q̄plures illuſtres militię titulis glorioſi, ętas nulla meminit, nec refert hiſtoria tantā motionē populoꝝ. Imperator autē ad quaſdā locorū anguſtias veniens repperit Turcorū multitudinē, cū quibus bellās triūphauit. Poſtq̄ fluuiū quēdā erat trāſiturus mergitur. & vix extractus paulo poſt moritur, vir quidā magnanimus q̄ poſt Carolū Magnū in geſtoꝝ magnificētia talē nō habuit, cuiꝰ exercitus Antiochiā venit, vbi dū feſſa corpora reficiūt, & epulis intendūt, tot obeunt, vt de tanto exercitu pauca millia remanerēt. Ricardus Anglię rex poſt multa naufragia rediens per Auſtriā trāſire ſecrete deliberās a duce captꝰ traditur imꝑatori, a quo per annū detētus exactione maxima redditur ſuo regno.

¶ Capitulum. CCXIX.

Hēricꝰ HEnricus huius nominis quintus imperator, & ſextus inter reges filius Frederici primi ſucceſſit patri. Cœpit aūt anno dñi M.cxc. ſcđm Chronicā Vicentij: imꝑauitq̄ annis. viij. ſub Cœleſtino & Innocētio. Hic fuit coronatꝰ a Cœleſtino papa feria ſecūda poſt Paſcha. xv. die mēſis Aprilis. Hic Cōſtantiā filiā Rogerij regis Cecilię ſcđm Chronicā Martini, licet deo dicata eſſet cū diſpēſatione apoſtolica in vxorē accepit. In Chronica Ricardi habet̄ q̄ hęc Cōſtātia fuit filia Guillermi regis Cicilię. Hūc Hēricū Cœleſtinus papa tertiꝰ in imperatorē vnxit, & regē in craſtino Paſchę āno dñi. M.c.xcj. Eodēq̄ anno imperator Henricus cū Auguſta Cōſtātia in Apuliā deſcēdit, vt regnū ſibi quod iure hęreditario debebatur, & quod regulus inuaſerat obtineret. Sed Auguſtā quidā Pirata noīe Marganeus apud Salernū capiens eā ad vrbē regalem Pauennorū deduxit, & imperator Neapolim obſedit. Et poſt modū in Cicilia obijt, apud Panormū anno dñi. M.c.xcvij. Mortuo igit̄ Hērico imꝑatore orta eſt diſſētio īter principes Alemanię. Vna quidē pars elegit Othonē filiū ducis Saxonię. Alia vero Philippū fratrē quondā Hērici imperatoris pręfati. Sed Otho ex mādato Innocētij papę ī Aquiſgrano coronatꝰ eſt in regē Germanię ſeu Alemanię. Et tādē obtinēte Philippo tūc duce Sueuię, qui magnā partē Alemanię pro ſe habuerat ſub pace formata īter eos doloſe ab Altigiamo Philippus interfectus eſt. Et ſic Otho obtinuit. Innocētiꝰ eñi papa qui eodem anno in papatu Cœleſtino ſucceſſerat, fuerat Philippo aduerſarius ꝑpter fratrē ſuū Henricū imperatorē pręfatū, qui cōtra religionē Chriſtianā in regno Cicilię Archiep̄os & Ep̄os trucidauerat, & cōtra Romanā Eccleſiam ſemꝑ exercuerat tyrannidē, proptet quod ipſum & oēs fautores eiꝰ excōicauit. Othoni vero duci Saxonię viriliter adhęſit.

¶ Capitulū. CCXX.

Cœleſtinus. COeleſtinus tertius patria Romanus in cathedra Petri ſedit annis ſex, menſibus octo, diebus vndecim, Hic in die dominicę reſurrectionis conſecratur, & in craſtino Henricum Frederici imperatoris filium coronauit. Hic fecit palatium apud ſanctum Petrum. Huius tempore Carnoteñ ciuitas & Eccleſia beatę virginis in eadem ſubiecta exuſtione conflagrauit, &

corruit cum reliquiarum/ornamentorum & hominum multitudine copiosa. Carno=
tũ exuri
tur.

Capitulum. CCXXI.

PHilippus pręfati imperatoris Henrici frater dux Sueuorũ ma
ximam imperij partem obtinuit,& imperauit annis,xij. Huic Philip=
Philippo duci Sueuię rex Frãcorum Philippus confœderatus pus.
est,sperans per eum comitem Flandrię sibi subijcere. Contra
hunc Philippum Sueuorum ducem Otho prędictus ducis Sa=
xonię filius stetit,habens coadiutorem Ricardum regem An=
glię auunculum suum,comitemq́ Flandrensem,& Archiepiscopũ Colonieñ.
Deniq́ dictus Philippus imperator a quodam Palatino,qui Laudageana id est
comes palatij vocabatur,occiditur circa annum domini. M.cc.viij.iuxta chro
nicam Vincentij.

Capitulum. CCXXII.

OTho huius nominis quartus ducis Saxonię filius per indu= Otho
striam & auctoritatem Innocentij papę tertij imperium pro iiij.
quo coronatꝰ fuerat,interempto dicto Philippo obtinuit,im=
perauitq́ annis duobus. Othonem hunc Innocentius tertiꝰ cõ
tra voluntatem & consilium multorum coronauit,in impera
torem Romę in Basilica sancti Petri mense Octobri. Vnde
versus. Octobris nonas quarto tulit Otho coronas. Ac de patrimonio & iure
beati Petri in pace dimittendo ab ipso iuramentum exegit,ꝙ die eadem Romi=
petas expoliando fregit. Vnde papa sententiam excõmunicationis cõtra eum
promulgauit. Deniq́ subiectos illius omnes ab eius fidelitate absoluit,& ne
quis eum imperatorem vocaret sub interminatiõe anathematis prohibuit,sicq́
ab eo recesserũt Landegranꝰ Thuringię,& dux Austrię,& rex Bohemię & alij
multi tam seculares q̃ ecclesiasticę personę. Martinus vero dicit ꝙ Otho acce=
pta corona imperij mox pugnam habuit cum Romanis,& contra Innocentij
papę voluntatem Apulię regnum introiuit,auferens illud Frederico regi Ci=
cilię: vnde excommunicauit illum papa & deposuit. Anno autem quarto sui
imperij principes Alemanię Fredericum elegerunt imperatorem,qui nauigio
veniens vsq́ Romam ab Innocentio tertio & populo Romano honorifice fuit
susceptus. Tandem Alemaniam rediens contra Othonem mirifice triumpha= Othõ
uit. Hic Otho anno. M.cc.xvij.vel.xviij.excommunicatus & schismaticus ab excõica
hac mundi caligine fuit substractus,eiq́ successit Fredericus. tꝰ morit

Capitulum. CCXXIII.

INnocentius tertius in cathedra Petri sedit anno domini mil= Innocẽ
lesimo.c.xcvij & sedit annis.xviij.mensibus quatuor,diebus tius.
xxiiij. Hic fecit Romę hospitale sancti spiritus,& refecit Ec=
clesiam sancti Sixti. Hic inter alia sermones nobiles: librũq́
de miseria cõditionis humanę,ac quędam alia composuit glo
riosa. Hic coronauit in imperatorem in Basilica sancti Petri
anredictum Othonem,quem quia fidelitatem nõ seruauit postea deposuit. Co
ronatus enim cum Romanis statim pugnam habuit,vt prędictum est. Tem=
pore dicti pontificis & anno millesimo.c.xcix. Ricardus Anglię rex in obsi= Ricardꝰ
dione castri vicecomitis Lemoniceñ, quod Carlucum dicitur sagitta transfi= Anglꝰ
xus paulo post moritur,& in cœnobio fontis Ebrandi sepelitur. Cui Ioannes interfici
frater eius successit: qui quidem Ioannes Anglię rex,anno domini. M.cc.ij. tur.

Arturum comitem Britannię apud Mirabellum cepit & perimit. Vnde vocatus & accusatus apud regem Francię, cuius vassalus erat, cum nollet comparere per iudicium parium Francię exhęredatus est a ducatu Aquitanię, & a tota terra quam habebat in regno Frácię. Philippus totam Normaniã subijcit post ccc.xv. annos postq̃ Carolus Simplex eam Roloni Dano cum filia sua dedit, vt fieret Christianus. Anno domini. M.cc.iiij. Ioãnes Episcopus Lemonicen̄ cum nobilibus terrę cœpit Nobiliacum ruptarios ibidem inclusos interficiẽs, & sic in Acquitania brachium regis Anglię fractum fuit. Hoc etiam anno ordo sanctę Trinitatis de redemptione captiuorum initium cœpit. Eodem anno capta est Constantinopolis a Francis & Venetis, & Balduinus comes Flãdrię imperator constituitur: quam captionem nõ credebant incolę, tum propter fortitudinem ciuitatis, tum quia prophetizatum erat ꝙ non esset capienda nisi per Angelum, sic ergo non per homines credebant capiẽdam. Sed comperto ꝙ in loco vbi per murum intrabant captores pictus erat Angelus, viderant incolę se deceptos. ¶ Tempore huius Liuonia pro parte conuersa est. Hic etiã damnauit libellum quem Abbas Ioachim contra Petrum Lõbardum edidit: vt habetur in decre. damnamus. Item in eodem decreto damnauit hęresim Almarici Carnoten̄. asserentis ideas quę sunt in mente diuina creare & creari, cum tamen scd̃m Augustinum, nihil nisi ęternum & immutabile sit in mente diuina. Dicit etiam ꝙ deus ideo est finis omnium, quia omnia reuersa sunt in eum, vt vnum indiuiduum atq; immutabile in eum manebunt. Item sicut lux non videtur in se sed in aere, ita deus nec ab angelis, nec ab homine videtur in se, sed tm̃ in creaturis. Item asseruit si homo non peccasset in duplicem sexum partit⁹ nõ fuisset nec generasset, sed eo modo quo angeli multiplicati fuissent homines. Et ꝙ post resurrectionem vtriusq; sexus adunabitur. Dicit etiã ꝙ in charitate constituto nullum peccatum imputabitur. Vnde sub hac specie pietatis eius omnẽ turpitudinem cõmittebant. Plures alij errores scripti sunt in libro suo dicto Perision, pro quib⁹ idem Almaricus suis cum sequacibus fuit Parisius cõbustus. Dictus pontifex anno millesimo.cc.vj. misit.xij. abbates Cistercien̄ ordinis ad partes Albien̄ Tholosañ. & Carcassonen̄ ad prędicandum contra hęreticos quibus Didatus Exonien̄ Episcopus rediens de curia Romana iungitur, in cuius comitatu erat frater Dominicus ordinis prędicatorum postea institutor. Duo enim solennes ordines sub hoc papa incœperunt: videlicet ordo prędicatorum, quem incœpit sanctus Dominicus in partibus Tholosanis, vbi quasi biennio antea contra hęreticos prędicauit. Anno domini. M.c.xcviij. pontificatus domini Innocentij anno. v. Ac ordo fratrum minorum, quem incœpit sanctus Franciscus prius dictus Ioannes apud dominam nostram de porciuncula prope ciuitatem Asizij, anno domini. M.cc.vj. pontificatus domini Innocentij. anno. xiiij. Quę quidem religiones sunt quasi duę oliuę dei in cõspectu pietatis lumen ac deuotionis pinguedinem ministrantes, & quasi vites fructuosę religionis, palmites circũquaq; propagantes, ac per omnes fere christiani orbis terminos Christi pabulum diffundentes. Dicti põtificis tpe obijt sanctus Guillermus Bituriceñ Archiepiscop⁹, quo etiam tempore pueri vltra.xx.M. somnijs decepti cruce signantur, & Massiliam atq; Brundusium diuersis agminib⁹ venientes rediere inanes. Eodem etiam tempore rex Aphticę Mirãmollinus bellũ inferens grande Christianis. v. regibus nostris cõtra ip̃m veniẽtib⁹

Margin notes: Balduinus. — Hęresis Almarici. — Ordo p̃dicatoꝝ — Ordo minoꝝ. — Guillermus Bituricen̄ morit.

victus est, vbi circiter Sarracenorum centum millia ceciderũt, potitiq; sunt nostri post bellum protinus Gallatiana, Sarracenorum rege turpiter fugato. Dicti etiam pontificis tempore Philippus rex Francię Flandriam vastat, & acceptis obsidibus de Gandauo/Ipra/Brugis/Insula & Duaco in Franciã redijt cum eisdem, cepitq; in bello campestri comites Flãdrię & Bononię. Dicti etiã pontificis tempore, anno. M.cc.ix. in festo sanctę Marię Magdalenę exercit⁹ cruce signatorum de finibus venit Gallicanis contra hęreticos Albieñ, Tholosañ, & Carcassoneñ, in terris subiectis comiti Tholosano. Prio eñi Biterrim captam incendunt, ac in Ecclesia beatę Marię Magdalenę vltra septem millia occiduntur & iuste. Primo eñi requisiti fuerunt pro parte exercitus per Episcopum suum vt hęreticos redderent, quod facere renuerunt. Ciues etiam Biterreñ olim in eadem Ecclesia vicecomitem suum proditorie occiderunt, & Episcopo suo, qui eum defendere nitebatur dentes eruerunt, & quia Ecclesiam illam sanguine polluerant, ęquum fuit eos in sanguine proprio puniri. Capta Biterri Carcassonam obsident, & ea habita tractantibus pręlatis & legato quis terrę pręficeretur acquisitę & acquirendę, electus fuit nobilis vir Simon comes Mõtisfortis, qui suscepto onere velut pugil strẽnuus manus ponẽs ad fortia multa castra ad comitẽ pertinẽtia Tholosanũ cepit, & inter alia vnũ in diœcesi Narboneñ, vbi centum. xl. hęreticos repperit, eligẽtes potius comburi q̃ conuerti. Aliud in diœcesi Tholosana scilicet Baurum, quę nũc est ciuitas, vbi. cccc. perfectos hęreticos inueniens cum noluerũt conuerti ignibus materialibus combustos igni perpetuo trãsmisit. Consequenter anno. M.cc.xj. de mense Iulij dictus comes & exercitus cruce signatorum cum comite Barreñ, & multis nobilibus de Alemania vrbem obsedit Tholosanam, in qua erant comes Tholosanus Fuxi & Cõuenarum. Sed post multos vtrinq; insultus deficientib⁹ victualibus ab obsidione recedere compulsus fuit. Dicto anno de mense Februarij Ludouicus primogenitus Francię, & ad eius ęmulationem multi milites signum crucis assumpserunt contra supra nominatos. Fuitq; dies monitionis pręfixa in octauis Paschę, sed propter bella in terra regis Francię suscitata, a voto fuere triennio retardati. ¶ Subsequenter anno millesimo. cc. xiiij. iiij. Idus Septẽbris Petrus rex Arragonum ingenti cum exercitu Cathalanorũ & Arragoneñ comites etiã Tholosanus Fuxi & Cõuenarũ, ac ciues Tholosani vsq; ad centũ millia pugnatorum exeuntes de Tholosa obsederunt castrum Nucrelli situm in ripa Garonnę, quod comes contra hęreticos stabiliuerat. Cumq; innotuisset dicto comiti sequẽti die, quę fuit Mercurij de Fano Iouis veniens inuitis aduersarijs cũ septẽ Episcopis: videlicet Tholosano, Carcassoneñ, Agatheñ, Nemañ, Viticeñ, Lodoneñ, & Cõuenarum tribusq; abbatibus, ac fratre Dominico ordinis prędicatorum & fundatore castrum introiuit. Sequenti die Iouis existente vigilia Exaltationis sanctę crucis dictus comes suo cum exercitu, quorum equites vix erant. dccc. & pedites pauci exiuerunt campum audito primitus officio diuino, & cibo salutari refecti, primo congressu hostes fugauerunt. Consequenter ad regis vexillum se conuertunt, & tanto cum impetu in ipsum ruunt q; rex ibidem cum suis & multis alijs nobilibus obijt, comitibus supradictis turpiter fugatis, totq; in dicto bello cecidere, q; vix erat ędes in Tholosa quin suum plangeret mortuum. Interim autem q; bellum gerebatur supradicti Episcopi & Abbates vna cum fratre Dominico exemplo Moysi Iosue pu-

Sarraceni vincuntur.

Flãdria bello petitã a Philippo Frãcię.

Bellum cõtra hęreticos Albieñ.

Simon comes Mõtisfortis.

Fautores hęresiũ Albieñ victi de.

Rex Arragonũ cũ comitibus supradictis vincitur.

gnante orante dominũ deprecabantur,nec eorum preces vt patuit cassę reman serunt.Frustra eñ pergit ad bellum vt vincat,quem iniquitas comitatur.Ideo nostri purgati a crimine triumphum reportauerunt ex hoste.Subsequenter dictus comes anno.cc.xiiij.in diœcesibus Ruthenẽ,Agenẽ, & Petragoricẽ, cepit plura castra fortissima,vbi hęretici occidebantr:quo anno missus fuit Archiepiscopus Ebredunẽ ad dñm Innocentium,vt terra iam acquisita & acquirenda largiretur dicto comiti.Interea Ludouicus filius regis Francię propter legis bella triennio retardatus cruce assumpta cum multis nobilibus in partibus comiti Tholosano subiectis applicuit.Et in villa sancti Egidij mansit cũ comite Simone.Ibiq; venerunt literę papales,quibus papa cõmendauit totam terram comiti custodiendam,donec in generali concilio,quod in Kl.Nouembris illius anni Romę conuocauerat de terris plenius ordinaret.Interim statuerunt legatus & comes Simon ꝙ mœnia vrbis Tholosanę & Narbonę diruerẽtur,quod & factum extitit.Statuta die concilij aduenıente vbi fuere Episcopi cccc.xij.lxxj.Abbates & legati fere omnium principum Christianitatis,fuit comitatus Tholosanus adiudicatus comiti Simoni,licet comes Tolosanus & Fuxi in concilio pręsentes pro recuperatione terrę supplicarent.Sic igitur lata sententia dictus comes Simon ad regem venit Francię,quem rex susceptũ benigne inuestiuit in Tholosa.& tota terra quę de feudo suo erat ei ducatum confirmauit Narbonę.Ipsoq; comite existente in Francia Raimundus filius comitis Tholosani facta coniuratione cum Auinionẽ,Carcassoñ,& Massiliẽ,totam terram vltra Rhodanum occupat,& Bellicardrũ quod est in regno Francię citra Rhodanum & in ripa statutum.Vnde multi cornua erexerunt,inter quos Tholosani qui moleste ferebant iugum comitis Simonis cũ eos & pristinam premeret libertatem.Hęsitans dictus comes de hoc quod ei accidit anno cc.xvj.ac ciuitatem Tholosanam ingenti cum exercitu applicuit,ignemq; immittens duplici gladio ignis & ferri eos inuasit.Sed ciues econtrario eius impetui restiterunt,tandem tractante Episcopo Tholosano cum esset comes pecunijs admodum attenuatus obtulerunt ei.xxx.M.marcharum argenti,clam tamen miserunt quęsitum comitem antiquum Tholosanum tunc in Hispania degentem,qui veniens Tholosam obtinuit,quod videns dictus comes Simon cum legato & cruce signatus Tholosam obsedit,vbi in crastino Ioannis Baptistę lapis magnus a Tholosanis missus sup caput comitis Simonis cecidit,sicq; cõminutus expirauit,& obsidio recessit.

Mœnia vrbis Narbonę& tholosę diruũtur. Comitatꝰ tholosanus fuit adiudicatꝰ Simoni Raimũdus filiꝰ comitis Tholosani. Tholosani receperũt ãtiquũ comitẽ.

¶Consequẽter Almaricus filius dicti comitis & hęres castrũ nouũ de arrio obsedit,vbi Guido comes bigorrę con fossus vulneribꝰ decessit & obsidio ifecta recessit.Postea vero anno.M.ij.c.xix Ludouicꝰ filiꝰ regis frãcię capta rupella & ablata aditiõe regis anglię tholosã venit,&.xv.diebꝰ cõtra eã pugnauit,illis lapsis vidẽs se icassũ agere recessit. Cõsequẽter ãno.M.ij.c.xxij.Raymũdus senior comes tholosanus obijt cuiꝰ corpꝰ mãsit:& adhuc manet propter vinculũ anathẽatis iusepultũ.Et cũ Almaricꝰ filiꝰ & hęres Simonis comitis nõ possit pręualere aduersus tholosanos anno.M.ij.c.xxiiij.regi francię comitatũ tholosanum,totãq; terram per suũ acquisitã patrẽ resignauit,& rex cõnestablatus officiũ per totã franciã cõmisit.Et nõ obstante illa resignatione crebro comes Raymũdus iunior castra recuperabat amissa.Tandẽ legatus pacẽ offert tholosanis:quã cassati vexationibus libenter accipiũt & inducijs factis multisq; colloquijs habitis inter legatũ

ciues & Raymundū, vltimū comitē tholosanū, demum profecti sunt Parisius vt in presentia Ludouici regis omnia consummarent, vbi in die parasceue anno dñi millesimo.ij.c.xxviij.nudis pedibus i camisia & braccis duct⁹ ad altare presentib⁹ duob⁹ cardinalib⁹, vno i Francia, altero in Anglia legato fuit recōciliatus. Factaq; est pax cū certis punctis, quorū vnum est ꝙ comitatum Tholosanum comes solum in vita sua retineret. Nec aliquis hęres vnq̄ sibi ius succedendi vendicaret, nisi solum ex filia illius comitis Ioāna vnica & Alphonso viro dictę Ioānę fratre regis descendentes. Et quia dictus Alphonsus prolē ex dicta Ioanna non habuit ad manus regis comitatus Tholosanus peruenit.

¶ Ante hęc tempora Otho Pseudo imperator cōiuratione facta cū falsis Francis apud Valēcenas castra posuit. Ea re cognita coacto magno exercitu Philippus Flandriam omnē, diris incursionibus vastat, eo ꝙ eorū comes cū Pseudo imperatore aduersus Francos militaret. Inde Tornacū progrediens Othonis aduentū expectat. Viso hoste qui instructissimo ordine incedebat stare militem in armis Philippus mandat, deinde oratione ad deū fusa milites hortatur bono sint aīo, maxime ꝙ aduersus excōmunicatum bellum gereretur. Post hęc ventum est in prelium, vbi tanto marte pugnatū est a Francis, vt ex Othonis parte mille quingenti equites aurati, peditum vero centū quinquaginta millia cecidisse ex captiuis cognitum sit. Rebus itaq; preclare gestis postq̄ Philippus annos tres & quadraginta, regnū administrasset, anno salutis millesimo ducentesimo vigesimo tertio, morte absumitur, sepeliturq; apud sanctū Dionysium. Eodem anno visus est cometes. Pontifex vero Innocentius cum Perusij tollendę inter Pisanos & Genuenses discordię causa ꝓfectus esset, ibidem moritur. Hic a primęua ętate Parisijs operā literis dedit, vbi tantū profecit, vt postmodum libros multos ederet, inter quos extat liber de miseria conditionis humanę, de officio missę, de sacramento Baptismi, de claustro animę. In septem psalmos pœnitentiales Cōmentarium, decretales. Sermones de temporibus.

Otho pseudo imperator. — Otho superatur. — Innocentius moritur.

¶ Capitulum. CCXXIIII.

Fredericus itaq; huius nominis secūdus īperator Henrici quōdam imperatoris filius & rex Cicilię Othone prefato ab imperio iam deposito, a principibus Alemanię & consilio Philippi regis Francorū in imperatorem electus, Anno dñi milesimo.ij.cc.x.vel.xj. secūdū Chronicā Vincentij Othōne prefato adhuc etiam post annis aliquibus imperiū in schismate detinēte. Tandem autē defuncto Othone imperatore prefato, Fredericus imperiū obtinens coronatus fuit in imperatorē Romę apud sanctum Petrum ab Honorio papa tertio. Anno dñi millesimo.ij.c.xxj.vel.xxij. imperauit iure vel iniuria, annis.xxxiiij. Hic ab infantia per ecclesiam tanq̄ per matrem nutritus est, tamen tanq̄ nouercam q̄tum potuit laniauit, ꝓpter quod Honorius papa tertius post tractatū de pace cum Frederico imperatore cum ipsius aduersus ecclesiam contumaciam perpendisset, clam Ianuēsium auxilio deuenit in Galliam & celebrans conciliū in Lugduno ipsum Fredericum velut hostem ecclesię cōdemnauit, & ab imperio deposuit Anno dñi millesimo.ij.c.xlvj.Kl. Augusti. procurauitq; postmodū ꝑ pricipes. Alemanię electores eligi ad imperium, primo Lantgrauiū comitem Hollandię successiue, qui anteq̄ ad imperialē benedictionem peruenisset vitę termini exacti sūt. Hic Fredericus ꝓprium filium

Fredericus.

Henricum nomine regẽq̨ tunc Alemaniȩ accuſatum ſibi de rebellione ĩ Apu
Frederi= liam captum deducẽs carceris ſqualore ſuffocauit. Demũ Fredericus depoſit⁹
cus filiũ in ſchiſmate & anathemate obſtinatus in Apulia poſitus graui infirmitate cor
ſuffocat ripitur,quã infirmitatem Mafredus filius naturalis agnoſcens cupidus regni
Siciliȩ cũ theſauris vno iperatoris ſecretario cõſcio, timẽs ne cõualeſceret infir
mum cuſſino ſup faciem eius poſito ſuffocauit,ſicq̨ fredericus ſine ſacramentis
& pœnitentia in vinculo anathematis eſt extinctus,Anno dñi milleſimo.ij.c.
l.in feſto ſanctȩ Luciȩ.Reliqua vero malorum eius plurima ſcripta ſunt in flo
ribus Chronicorũ.Vacauitq̨ imperiũ tam poſt Frederici depoſitionem q̃ poſt
eius obitum annis multis.Conſequenter poſt certum decurſum temporis ele=
ctores in duas partes ſe diuidẽres quidã Alphonſũ regẽ caſtellȩ:quidã vero Ri
cardum comitem Cornubiȩ fratremq̨ regis Angliȩ ad imperiũ elegerunt,quo
rum ſchiſma multopoſt tpe pdurauit,nec eorũ aliquis bñdictionẽ obtinuit im
perialem. Tandem mortuo prȩdicto comite Cornubiȩ Alphonſ⁹ rex caſtellȩ
apud Bellicardũ corã Gregorio.x.veniens omni iuri ſi quod habebat dicto in
ſtigante Gregorio,Anno dñi milleſimo.ij.c.lxxiiij.ceſſit. Tempore dicti im=
Tarta= peratoris,vt tradit a plęriſq̨, Tartarorũ dñium habuit initium. Hi eni ſub mõ
rorũ re= tibus Indiȩ in regione dicta Tartaria cõſtituerunt dominũ ſuum regem Indiȩ
gnum. Dauid nomine,filiũ Ioãnis preſbyteri orientis.Sic dicto vacante imperio ſe=
quenti anno dñi milleſimo.ij.c.lxi.inter Chriſticolas facta fuit nouitas,quip=
pe rex Hungariȩ pro terris regni Bohemiȩ bellũ aggredit,Habens in exercitu
ſuo diuerſarum orientaliũ nationum & paganorum.ij.c.xl.millia equitum di
citur habuiſſe,&.vij.millia equorũ ferro coopertorũ,cũq̨ in confinibus regno
rum inchoatũ bellum fuiſſet ex colliſione equorum & armorũ tantus puluis
de terra ſurrexit,vt media die vix homo hominem cognoſcere potuiſſet, tandẽ
grauiter vulnerati terga vertentes cum credentes feſtinando effugere in quo=
dam fluuio pfundiſſimo quẽ tranſire debuerant prȩter alios occiſos circa.xiiij.
M.hominũ ſubmerſa dicũtur.Sic a rege Bohemiȩ victoria habita rex Hunga=
riȩ pacem quȩrit,terras quȩ cauſa diſcordiȩ fuerant reſtituit,& futuram amici=
tiam mediante matrimonio confirmauit.

¶Capitulum.CCXXV.

Hono= HOnorius tertius patria Romanus,in cathedra Petri ſedit ãnis
rius. decẽ mẽſibus octo.diebus.xxxiij.Hic renouauit eccleſiã ſan=
cti Laurentij extra muros,& Baſilicam quȩ dicit Sancta ſan=
ctorum. ¶Hic pontificatus ſui anno primo Romȩ apud ſan
ctum Petrum.xj.Kl.Ianuarij ordinem prȩdicatorũ beato Do
minico pcurante,idem procurante beato Franciſco cõfirma
uit ordinem minorũ pontificatus ſui.anno.viij. Idem prȩſul confirmauit ordi
nem de Valle ſcholariũ Pariſius.Eodem tẽpore factus eſt terrȩmotus in lon=
gobardia,ita vt multȩ domus ruerent.Dicti pontificis tempore obijt Guiller=
mus epiſcopus Riuerneñ.paucos aut nullos ſibi ſimiles relinquens , qui omni
die.ij,M.pauperum paſcebat.Eiuſdem pontificis tẽpore anno milleſimo.ij.c.
xvij.congregatur exercit⁹ Achon cũ regib⁹ Hieruſalẽ Cypri Hungariȩ & du
Sarrace cibus auſtriȩ,Bauariȩ,Franciſq̨ q̃plurimis & germanis.Redeuntib⁹ vero Hun
ni vin= garis aliq̄bus,Aegyptũ applicantibus Damiatan capiũt,perierũtq̨ tam fame
cuntur. q̃ ferro.lxxx.M.Sarracenorum.Deniq̨ captis cardinale/templarijs & hoſpi=

talarijs totoq; exercitu,excepto rege qui a cardinali diſcordans receſſerat,dānata quę per annū a Chriſtianis fuerat poſſeſſa,pro eorum redemptione fuit reddita paganis. Dicti pōtificis tpe anno dñi milleſimo.ij.c.xxiiij.Lemonicinū Petragoricinū,& tota Aquitania,exceptis Vaſconibus vltra garūnā Ludouico regi Francię promittunt obedientiam & fidelitatem.

Capitulum.CCXXVI.

Gregorius nonus ſedit annis .xiiij.in cathedra Petri. Hic per fratrem Raymundū de pœna forti ordinis prędicatorum pœnitentiarum & capellanū ſuum, Decretales i vnum volumē redigi fecit. Hic innouauit & aggrauauit ſentētias latas per Honorium contra Fredericum,volenſq; celebrare cōciliū generale,artatis vijs per mare & per terrā,impeditur per Fredericum imperatorem. Piſani duos cardinales legatos redeuntes ad curiā cū multes pręlatis ceperūt. Hic obſeſſus in vrbe per Fredericum qui totum eccleſię fere occupauerat patrimoniū, cum videret Romanos pene pecunia corruptos excipiens capita Apoſtolorū & proceſſionem a Laterano vſq; ad ſanctum Petrum faciens,animos Romanorum ſic reuocauit, vt pene oēs cruce ſignarentur,quę imperator quia iam credebat ſe intraturū vrbem,audiens,timens longe ab vrbe retroceſſit. Deinde Gregorius papa tantis tribulatiōibus cōcuſſus, Romę anno.xiiij.mēſe Auguſti migrauit ad Chriſtum. Hic Reate beatū Dominicū inuentorem & magiſtrum ordinis prędicatorū Bononię ſepultū & miraculis innumeris coruſcantē canonizauit. Anno dñi.M.ij.xxiij.a confirmatione ordinis,anno.xviij.a morte eius anno.xj.Dicti pontificis tempore & anno.M.ij.c.xxx.Iacobus rex Arragonū cepit Maioricam. Dictus potifex anno.M.cc.xxxiij.cōmiſit officium inquiſitionis fratribus prędicatoribus i partibus Tholoſanis,& alijs.Eodem tempore fuit fames adeo valida in Pictauia, ita vt homines herbas comederent ſicut beſtię, & tanta mortalitas ſubſecuta, vt centum pauperes vna die conderentur in vna foſſa. Eodem tempore anno dñi milleſimo.ij.c.xxxviij.Iacobus rex Arragonū cepit Valētiam.Subſequēti anno Noñ.Iunij,fuit eclipſis ſolis magna. Item eodem anno i feſto ſancti Iacobi fuit iterato.ſed minor.

[Gregorius.]

[Dominic⁹ canonizatur.]

Capitulū.CCXXVII

Poſt Philippum apud Francos regnauit filius eius Ludouicus, annum iam ſextū & trigeſimū agens. hic ſtatim adepto regno Pictauos Anglis fauentes ſuę ditioni adegit,plęriſq; locis direptis,inde Lemonicenſes ac Petragorici regis potentiā formidātes,ad Ludouicū veniunt,quas vellet Ludouicus leges accepturi. Ea re cognita Ricardus Anglorum rex, trecentarū nauium claſſe inſtructus Aquitaniā appulit, cui occurrentes Franci in Angliā prępropere redire compellunt,nullo cōmiſſo prelio.Inter hęc venit in Franciam Romanus a pontifice legatus,vt regem in hęreticos Albigenſes incitaret. Cruce itaq; dñi aſſumpta,ſtatim Auinione vſq; ꝓgreſſus quę iam ſeptimo anno interdicto eccleſiaſtico dānata ab hęreſi,nō reſipuerat:ab eiſq; petit vt tranſire vltra liceat,qui portas regi occludentes ſeſe accertime tutati ſunt adeo,vt ſcorpionum telis mille ſexcenti ex Chriſtianis periere.Hoc incommodo accepto iurat rex nunq̄ ſe ab vrbe diſceſſurum,quo ad ſuę ditioni vrbem adegiſſet.Quo cognito regis Conſtātiā veriti auinionenſes ſe,ſuaq; i ei⁹ poteſtate permittūt,hac patta

[Ludouicus.]

[Ricard⁹ fugatur.]

[Ludouicus aſſumit crucem contra hęreticos albigēſes.]

victoria Tholosam vsq; pgressus est, inde Franciam rediens moritur apud Mōpenserium, ac sepelitur in templo Dionysiano.

¶Capitulum.CCXXVIII.

Cœlesti nus. COelestinus quartus, i cathedra Petri sedit diebus.xvij.& vacauit sedes ꝑpter ambitiones & discordias, mēsibus.xxiij.& diebus.xiij. Quo in tempore Ludouicus rex franciȩ cōtra comitem Marchiȩ & Angolismȩ Aquitaniā venit, & post multas obsidiones & bella, comes cū vxore sua regina Angliȩ & fili⁹ ad pedes regis venit, & homagia multorū dñiorum Alphonso comiti Pictauiȩ fratri regis dimisit. Rex vero Angliȩ a Baronibus Aquitaniȩ desertus in Angliam remeauit. Eodem tempore Tartari Poloniā & Hungariam, vtrāq; Armeniā, Ruciam, & alapiam vastant, & vsq; ad fines Germaniȩ peruenerunt. Cum autem timerēt responsum habuerunt, & dictum est eis per deos: ite securi, qa spiritus diffidij & incredulitatis & discordiȩ prȩcedūt vos sicq; factum est. Ante enim introitum eorum, rex/ pricipes / clerus & populus diffidebant per regnum. Hungari timore confusi fugerūt.& multa milia Hungarorum sunt occisi.

¶Capitulum.CCXXIX.

Sanct⁹ Ludoui cus. LVdouicus duodecī annos agens, defūcto patre administrationē regni Francorum suscepit, vnctusq; est in regem apud Remos, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto. Cui⁹ ȩtatem contemnentes quidam ex proceribus coniuratione facta a rege deficiunt. In quos mouēs paruus rex sibi statim audientes fecit. Hi cum pertinaces essent, paucos post dies iterū conjurant. Ex quibus quidā nomine Hugo Marchianus ad Anglos traijciens eos admonet vt Franciam petant, tempusq; aduenisse denunciat, quo rex Anglus Normaniā sibi facili negocio vendicet. his verbis persuasus rex Anglus Franciam Hugone ducecū valido exercitu adnauigat, cāposq; Britonib⁹ vicinos depopulatur. Quȩ cū Ludouicus rescuisset in Britones copias educēs Anglum fugere compulit. Deide Ludouicus regionē Britonum ingressus arces validissimas cepit. Quo facto petterritus Britonum dux regis potestati se submisit imperata facturus. Post quatuor vero ānos dum ȩdificationi Cœnobij regalis montis intendit dissentio inter ciues Parisiēses ac scholasticos nō modica orit̄ adeo, vt in ea dissēsione cōplures occisi sint. Hac dissentione ad regem Anglum perlata maxima illi cura fuit scholasticos sollicitare, vt in Angliam trāsirēt multis ad diuersandū domib⁹ multisq; munerib⁹ ꝓmissis. Sed Ludouic⁹ studiosus vir scholasticos i vrbe retinuit. Per id tēpus cū ageretur ann⁹ salutis millesimus.ij.c.xxix. Balduinus Cōstantinopolitanus iperator regē Ludouicum corona Christi spinea donat, quā religiose susceptā ad Dionysianū Cœnobium deferri iubet. Nec multopost bonā Dominicȩ crucis partem cū spongia & lanceȩ ferro quibus dñs Iesus Christus potus & confossus fuerat, magna & ingenti oberratā pecunia per Balduini assensum redemit, ac in sacro sacello apud Palatium Parisiorum recondit magnis prouentibus eiusdem sacelli ministris attributis. Deinde aduersus hȩreticos Albigenses Ioānem Bellomōtensem cum copijs mittēs debitis pœnis eos affecit. Per id tempus rex Anglorum Ricardus comitis Marchiani suasu i Gallias exercitum traduxit, quo cognito multas arces quȩ comitis Marchiani erāt/ vi cepit. Inde aduersus Anglū pro

Hugo comes marchiȩ ascisci anglos i franciā.

Dissentio inter scolasticos & parisiēn.

gtediēs cum vtrinq pugnatū esset atrociter Anglus fugiens Xāctonas primo se recepit. Deinde Angliā traijciēs ęgre Burdegalā peruenit. Quo circa Ludouicus Xāctonas ac multa illiꝰ regionis oppida suę ditioni adiecit. Hoc tpe Fedricꝰ imperator Ecclesię multa dāna inferebat: vnde pōtifex Romanꝰ Innocētius quartꝰ Ludouicū orat vexatę Ecclesię opē ferat. Verū morbo pressus rex pōtifici morē gerere nō potuit, voto tñ se astrinxit Hierosolymitanis rebꝰ, reddita sanitate se opem laturū. Hac itaq recepta Innocentiū apud Cluniacū ob metū imperatoris tunc agentē adijt. Inde paulo post apud Lugdunū concilio celebrato Federicus a pontifice imperio priuatus est, datūq est cardinalibꝰ insigne quod capite perpetuo deferrēt: hoc est rubrū galerū, quo admonerētur se omni tempore pro Christo ac libertate Ecclesię tuēda debere sanguinē fundere. Cōcilio itaq peracto memor voti Ludouicꝰ iter Hierosolymitanū aggredit, perueniēsq Cyprū ob infirmitates varias exercitū vexātes multo dāno affectus, deinde traijciēs Aegyptū Damiatā (quę Heliopolis dr) vsq pgredit, vbi nō lōge ab vrbe positis castris Sarraceni Damiatā incolētes ignē per muri circuitū imponētes noctu aufugerūt. Verū capta Damiata cū Robertꝰ Pictauensis comes nouas ex Gallia copias traduxisset Damiata mouēs ad Phatunaniā vrbē exercitū mouet, quo Soldanus ante multo instructus milite peruenerat. Fluuius duos exercitus dirimebat, qua ex re factum est vt leuibus tñ cōmissis pręlijs dimicaretur. Robertus tñ maiora ausus cū temere progrederetur ab hostibꝰ capitur. Ad hęc mala accessit fames ac pestis castra Francorū opprimēs. Hāc ob rē Ludouicus ne fame opprimeretur Damiatā repetens in maximas hostiū incidit copias, a quibꝰ bello superatus cū Alphonso Pictauēsi & Andegauēsi comite fratribꝰ germanis capitur. Verūtñ non multo post Soldanus qui Ludouicū ceperat a suis interficitur, qui Ludouicū adeūtes districtis gladijs Damiatā sibi liberā dimitti iubēt, qua data fratres ac principes captiuos ingēti pecunia soluta incolumes recepit. Scribunt quidā tria tñ millia captiuorum reddita esse, cęteros vero trucidauit hostis, aut Mahumeti consentire impietati coegit. Hos in patriam remittens Ludouicus ipse cum exercitu tādiu in Asia māsit, quo ad Cęsarea / Iope & Sydon, quę oppida Sarraceni nuper a Christianis abstulerāt instaurata pręsidijs firmarētur. Fuere per id tēpus quidā adolescētes in Gallijs duce Hungaro, qui tanq Epus illis pręsidebat, affectantes se in vltionē captiui regis se missos, sed cū adulterijs & rapinis indulgerēt nō pcul a vico qui mortuū mare dicitur / deprehēsi ad vnū oēs interempti sunt: hi pastorellos se nominari volebāt. Reuerso itaq post sextum annum in Franciam Ludouico melioribus legibus Parisios ciues instruere illi cura fuit. Et cum egenorū atq inopū curam haberet hospitalem domum apud Pontisaram cōstruxit. His etiam qui luminibus orbati sunt locum Parisij assignauit. Domum hospitalem secꝰ ędes diuę Marię apud Parisium ędificauit. Apud Longum campū monasteriū monialium ordinis diui Francisci. Pœnitentibus fœminis diuerticulū dedit, quas dei filias appellauit. Cartusiensibus extra vrbem ad sancti Michaelis portam monasterium dedit. Carmelitis quoq a monte Carmelo deductis intra vrbem domum ac Ecclesiam dedit. Henrico etiam regi Anglo Aquitaniam dimisit, hac lege vt Normania / Andegauia / & Cenomania, perpetuo Francorum regum ditioni forent. His rebus pax inter vtrūq regem facta est, atq ita in Angliam Anglus transfretauit. Deinde missis ad Iacobum Tarraconensium

Ricardus fugatur.

Federicus imperio priuatur.

Sāctus Ludouicus iter arripuit vltra mare cōtra Sarracenos Damiata capit.

Pestis Frācos vexat.

Ludouicꝰ capit. Soldanus interficitur.

Hospitalia & monasteria a Ludouico constructa.

regem nuncijs Isabellam eius filiam Philippo filio vxorem impetrat. Atq per
has nuptias Iacobus Carcassonem vrbem cum alijs quibusdam locis, quę in
prouincia tenebat, Ludouico reliquit. Ludouicus contra Russilionem Cathalo
niamq de quibus cōtrouersia agebatur, Iacobo permittit. Interea legatus a Ro
mano pontifice Parisium venit, qui statū rei christianę denunciās regē iam ad
suscipiendū iter paratū cum plebe multa cruce signat. Classe igitur ad aquas

Iterum Ludouicꝰ cū filijs i Sarracenos ꝑgredit̃.

mortuas parata cum tribus suis liberis Philippo, Ioanne, atq Petro anno salu=
tis millesimo.cc.lxix. exercitum ducit. Qui primum ad Sardiniam insulā per
sęuissimas tempestates delatus mox Thunicium appellere instituit, ꝙ accepis=
set eiꝰ terrę p:incipem Christi religionē velle profiteri, sed valida manu aduer
sus Ludouicum egressus hostis summis viribus Francos adoritur, victus ta=
men a Francis trepide refugit, decem millibus Sarracenorū occisis. At Ludo=

Ludouicus victor Carthaginē ingrediens.

uicus Carthaginem vsq progressus Sarracenos fugat, atq occidit: atq ita Car=
thaginem ing:essus in ea stationem facit. Tunichius vero rex contracto exer=
citu pugnandi potestatem facit. Videns tn̄ se viribus inferiorem fugę auxilio
cum suis saluatus est. Post hęc morbus exercitum inuadens multos Francos
occidit. Et Ludouicus, ipse ventris profluuio laborans postq̄ Philippum filiū

Ludouicus sanctus moritur.

salutari doctrina instruxit cinericio strato decumbens septem & quinquagin=
ta annos natus vitā efflauit: delatusq ad sanctū Dionysiū honorifice sepultus
est. Vir quidē summę pietatis ac continentię pauperum curam gerens, adeo vt
centum & viginti pauperes quotidiano cibo aleret, pręter multos quibus pedes
abluebat. Leprosos etiā ad colloquium libentissime admittebat, eosq osculaba=
tur: ac cibum proprijs manibus ministrabat, cilicio frequenter vsus est, omniq
quadragesima vxoris concubitu abstinebat, peccatorum confessionem omni
sexta feria faciebat. Vnde miraculis post mortē clarus inter sanctos est relatꝰ.

¶ Capitulum. CCXXX.

Innocētiꝰ.iiij.

INnocentius quartus patria Genuensis in cathedra Petri sedit
anno dn̄i. M.cc.xliij. annis. xij. Hic anno secūdo sui pōtifica
tus cum cardinalibus & pręlatis a Sapinis Lugdun̄ conciliū
celebrās ab imperio per diffinitiuā sententiā deposuit Federi=
cum pręsentibus Balduino imperatore Cōstantinopolitano,
& comitibꝰ Tholosano & Prouincię. ¶ Dicti pontificis tpe,

Rex danorꝫ occiditur.

& anno. M.cc.l. rex Danorꝫ ab Abel fratre iuniori suffocatur in mari vt regna
ret pro eo. Sed idem Abel sequēti anno regni sui Phrysones subiugare volens,
fuit ab eisdem interemptus. Hisdem tpibus. M.cc.lj. Cōradus filius Federici

Cōradꝰ Neapolim capit & diruit.

quondā imperatoris susceptusꝰ regnū Cicilię per mare veniēs capit Neapo=
lim & destruxit. Et cū sequēti anno infirmari cepisset, clystere quod medici iu=
dicabant ad salutem, veneno mixto intulit sibi mortem. ¶ Illo etiam tempo=
re inter Lugdunum & Viennam super Rhodanum in villa quę dicitur Bahom
natus est puer habens caput / barbam / capillos / pectus / & virilia, ac si esset ęta

Monstrum apd̄ Lugdunū.

tis triginta annorum: vixit circiter duobus annis. Illo tempore in diœcesi An
degauen̄ quidam cupidine motus peregrinum beatę Marię interfecit, cuius in=
terfectoris cutellus quāuis frequenter extersus arena confricatus, & aqua lo=
tus, sanguinem stillare non desijt, quousq romipeta inuentus sepultus & ho=
micida inuentus. Dicto anno. lij. frater Petrus de Verona ordinis prædicato=
rum exercens officium inquisitionis contra Hæreticos ab Hæreticis inter=

ficitur in territorio Mediolaneñ. Fuitq; canonizatus a dicto summo pontifice ix.vel.viij.Kł.Aprilis anno prædicto. Huius autem pontificis decretum fuit vt octaua Natiuitatis virginis Marię perpetuo celebraretur. Idem etiam Can tuariensem Archiepiscopum ab hæreticis interfectum & Straslaonem Craco uiensem Episcopum miraculis clarum ab iniquo etiam principe interemptum in ordinem sanctorum redegit, Deniq; mortuo Federico Romam veniēs a pro ceribus Sicilię vocatus Neapolim contendit spe potiendi regni. vbi benignis sime exceptus non multo post moritur, atq; ibidem in Basilica sancti Lauren tij sepultus: vir quidem doctissimus, qui inter cętera pręclarum opus super De cretalibus edidit. Autenticas etiam composuit, contra Petrum vnicum Apo logeticum scripsit. Sororibus sanctę Clarę regulam composuit, quam hacte nus illibatam in Franciam constitutę virgines diligentissime obseruant.

Octaue natiuitatis Marię.

Capitulum.CCXXXI.

RAdulphus comes Hanesonnet circa partes Basileę in regem Alemanię & Romanorum elegerunt, anno domini.cc.lxxiiij quam electionem papa approbauit in fauorem terrę sanctæ, ad quam plurimum anhelabat & intēdebat illuc personaliter proficisci, & ad petitionem dicti papę Radulphus crucē susci pit transmarinam. Regnauitq; apud Theutonicos ānis.xviij. benedictionem tamen imperialem non habuit. Hic fuit probꝰ in armis & pru dens, Obijt anno domini millesimo.cc.xcj.

Radulphus.

Capitulum.CCXXXII.

ALexander quartus natione Campanus patria Ananiginus in ca thedra Petri sedit annis sex cum dimidio. Cuius tempore Maufre dus filiꝰ illegitimus Federici coronam regni Cicilię sibi imponēs contra Ecclesię decreta excōmunicatur, & exercitus cōtra eum mit titur, sed statim reuertitur. Hic papa cōdemnauit libellū Guillermi de sancto Amore impugnātis statū paupertatis, asserētis iter alia erronea φ religiosi p̄ dicātes verbū dei saluare nō poterāt viuēdo de eleemosynis. Item dānauit libel lū, cuiꝰ actor fuisse dicitur Ioānes Peruia, asserēs φ Euāgeliū Christi, & doctri na noui testamēti neminē ad perfectū perducit, & euacuāda erat post. M.cc.lx annos, & sacramēta nouę legis euacuāda erāt illo āno, & doctrina Ioachim in choari deberet, quā ęternū Euāgeliū noīauit. Sed hāc doctrinā auctoritas apo stolica & experiētię tēpoꝝ exsufflarūt. Fuitq; liber cōbustus publice anno dñi M.cc.lv. Eodē anno apud Anaginā in Ecclesia maiori canonizauit sanctam Clarā ordinis minoꝝ. Anno dñi. M.cc.lviij. inuētū est Tholosę Septēbris die vj. corpꝰ sancti Saturnini martyris & Ep̄i Tholosani. Anno dñi. M.cc.lix. Pa leologꝰ imp̄ator Gręcoꝝ Cōstātinopoli olim p Gallicos & Venetos captā vi prelij recup̄at. Eodē āno iter reges Frācię & Anglię pax inita fuit, expresso in teruenięte germani dicti regis Anglię, scilicet Ricardi regis Alemaniæ & so roris, suorūq; genitoꝝ & principū. & sui regni Anglię p̄latoꝝ cōsensu. Moxq; dictus Anglię rex scilicet Henricꝰ principū & prelatoꝝ vtriusq; regni in con spectu cū iuramēto fidelitatis p Burdegalia, Baionia. & terra Vasconię, ac cete ris q̄ de Lemoniceñ, Petragoriceñ, Catraceñ, Angolieñ, & Xāctoneñ ep̄atibꝰ rex Frācoꝝ tūc Ludouicꝰ ei supaddidit, homagiū fecit. Et si quispiā vnde nunc tenet rex Frācię ducatū Aquitanię q̄reret, dr̄ p eo q̄a dudū licet requisiti reges

Alexander. Sancta Clara ordinis minoꝝ.

Anglię dictum facere homagium renuerunt: ob quam causam ius priuat quēlibet fidelitatem & homagium suo facere dn̄o recusantem. Nā fidelitas reuerētia, & famulatus principi & regi suo debetur, etiā scd̄m Theologos. Eodem anno in Tuscia Genuēses freti auxilio Maufredi tūc regis Cicilię Florētinos & Lucanos comitatū Seneñ intrātes bello vincūt. In quo de Florētia & Lucania plusq̄. vj. M. hominū corruerūt. Anno dn̄i. M.cc.lx. rex Bohemię regem Vngarię terrā suam intrantem bello superauit rege Vngarię vulnerato, Vngaris terga vertentibus, licet rex Vngarię diuersarum nationum & paganorum habuit circiter millia equitum. xl.

Capitulum. CCXXXIII.

Vrbanꝰ. iiij.

VRbanus quartus ex Trecēsi Gallica vrbe oriūdus Patriarcha Hierosolymitanus Alexādro pōtifici suffectus est: seditqꝫ annis tribꝰ, mēse vno, diebꝰ. x. Hic vir insignis admodū, ac multę pacientię fuit. Cui cū aliqn̄ quidā improperaret ꝙ vili patre & ignobili esset natꝰ respōdit, nobilē virū nō nasci sed fieri virtutis est, atqꝫ nobilitatis. Hic autē pontificatu suscepto e Gallijs statim milites cōuocauit quos Maufredo Ecclesię ditionē vexāti obijceret. Hic postea instituit solēnitatē corpis Christi cū ꝓcessionibꝰ & octauis a cunctis fidelibꝰ celebrari, pro quibꝰ & maximas cōcessit indulgētias, eiusqꝫ officium ex veteris testamenti figuris per diuū Thomam Aquinatem censuit esse fiendum. Multas etiam hic pontifex animi molestias ob principum tyrannides & factiones pertulit: quorum tędio Perusij vitam cum mœrore exhalauit. Cuius corpus in diui Laurentij sano sepultum fuit. Claruit his temporibꝰ Albertus magnus insignis Philosophus ac Theologus, cuius opera plurima ad hęc tpa extāt. Floruit etiā Thomas de Aquinate, qui inter sanctos ob vitę meritū relatus est, cuius etiā multa opera extant.

Institutio solēnitatis corpis Christi

Vrbānus moritur.

Capi. CCXXXIIII.

Clemēs quartꝰ.

CLemens pontifex huius nois quartus natione Narbonensis Guido Fulcodij antea vocatꝰ e villa sācti Egidij Vrbano pōtifici surrogatus est. Hic primo iurecōsultus existens totius Gallię primatū tenuit, vxorēqꝫ habuit, ex qua liberos suscepit. Ea vero mortua primo Podiēsis, deinde Narbonēsis eps̄, postremo cardinalis oim̄ consensu ob integritatem Perusij absens solus deligitur, qui cū ꝓphetię spiritu plenus esset multa p̄dixit anteq̄ fierent, cuius opera pax inter Henricū Anglię regē & Simonē Mōtisfortis comitem, ac inter Florentinos & Senenses, cęterosqꝫ Italię populos confecta est. Eduidem etiā Polonię ducissam miraculis clarā in sanctas retulit. Hic vigilijs ieiunijs, & orationibꝰ intētus erat, adeo ꝙ deus eiꝰ meritis multas quas tūc sustinebat Ecclesia tribulationes creditur extinxisse. Anno sequenti Edoardus rex Anglię primogenitꝰ fracto iuramēto facto Simoni de Mōteforti comiti Laucastrię de custodia libera exiuit. Et post dies aliquot cū certo bello comitē ip̄m & filium eius Henricū cum pluribus baronibus interfecit. Eodē anno Iacobꝰ rex Arragonū Nurciā ciuitatē Sarracenoꝝ regi Castellę tributariā expugnauit & cepit. Eodē anno rex Francię Ludouicus cū multis nobilibꝰ & plebibus iterū cruce signatur cōtra Sarracenos. Eodē anno Tholosę prope sepulchrum sancti Saturnini quatuor sepulchra inuēta sunt Noñ Octobris. s. Syluij, Hilarij, Honorati, & Pauli martyrū. Eodē anno verno tpe Carolus frater Ludouici regis Francoꝝ, vt quę ab Vrbano cōtra Maufredū cœpta fuerāt executioni

Nurcia capitur.

mandarentur,non veritus insidias in mari sibi positas nauigans venit Romā in vigilia Pentecostes,& accepta senatoria dignitate mansit ibi toto ęstiuo tē=pore. Cui frater eius Ludouicus rex de Francia & prouincia exercitū misit bel=latorū. Coronatusq; fuit in regē Cicilię in Epiphania dñi cū dña Beatrice con=sorte sua. Iste papa ad monasterium sancti Egidij in Prouincia misit sanctum Georgiū sub bulla per sex cardinales,scilicet Episcopū Albaneñ,duos p̄sby=teros,& tres diaconos per summū pōtificē missos,ad hoc veniētibꝰ legatis per Italiā Carolus in cāpo ante ciuitatē Beneuētanā cū Maufredo cōgressum belli faciens superauit,ipso Maufredo & duobꝰ millibꝰ de exercitu suo captis & in=clusis.iiij.Kl'.Martij,feria.vj.anno dñi incipiēdo in Annunciatione prędicto scilicet.M.cc.lxvj.incipiendo vero a Natali anno dñi.M.cc.lxvij.Vnde ver=sus. Carolus athleta papę prout ante cometa Hęc pręsignauit,hic Maufredū superauit.Bis duo peditum qñ iuxta Beneuētum Victor prostrauit, hinc Ec=clesiam releuauit.Sūt anni Christi victoria cum datur isti,Mille ducentenus sexagenus quoq; senus.Belli finis fit februi lux tertia finit. ¶Obtenta victo=ria Carolus sine obstaculo Beneuentum occupauit:anno eodem scilicet.lxvj. Sarraceni ex Aphrica angustum mare transeuntes Hispanias vastabant. Sed Hispani accitis Gallis eos ingēti pręlio superarūt.Processu tpis Conradus fi=lius quondā Conradi ab Alemania occulte veniēs Romā ab Henrico germa=no regis Castellę a Romano senatore electo,& a magnatibꝰ est receptꝰ,quibꝰ ibi intrantibꝰ cum multitudine Romanorū egreditur regnū Sicilię ingressu=rus cōtra Carolū,& cōtra excōicationē summi pōtificis,licet autem multi fa=ctum Caroli pro desperato haberent: tum proptet multitudinem exercitus Conradi,tum etiam proptet rebellionem Sicilię.Carolus tamen in campi Pa=lentini planicie instructis aciebus,hincinde hostes in fugam conuertit:prout etiam dñs papa in sermone prędixerat:fuitq; strages longe maior inimicorum Ecclesię q̄ in pręlio Beneuenti:facta fuit hęc cōgressio,anno dñi.M.cc.lxviij. Conradum vero & ducem Austrię fecit Carolus captione teneri,siluitq; terra coram eo.Eodem anno moritur Clemens papa Viterbij in Ecclesia sancti An=dreę,& in Ecclesia fratrum prædicatorum sepelitur:vacauit sedes annis duo=bus,mensibus.ix.Duas autē habuerat filias ex vxore mortua ante pontifica=tum , quarum alterę in monasterium collocatę triginta libras turonensium dedit. Alterę autem quę marito suę conditionis nupserat trecentas libras tu=ronensium dotis nomine numerari iussit,hac conditione ne quid vnq̄ amplius peteret.Habuit & nepotem clericum,quem vbi comperit tres pręberdas habe=re optionē facere compulit,vt quā vellet ex his retineret,duas relinqueret.Ve=rum instantibus amicis vt non solum quę habebat nepoti dimitteret,sed maio=ra tribueret,respondit se deo non autem carni acquieturum,deum ita velle vt sua in pias causas erogarentur,nec esse dignum Petri successorem,qui plus co=gnationi q̄ pietati & Christo tribueret.Anno domini millesimo,cc.lxix.po=pulus Lutherię infidelis post multas molestias, quas Carolus rex eis intulit, ipsum in dominum ceperunt, pręferentes corrigias in collis in signum serui=tutis. ¶Eodem anno Iacobus rex Arragonum cum regio apparatu in subsi=dium terrę sanctę mare intrans,pręmittensq; quosdam de suis,ipse ad consiliū mulieris reuertitur:sicut Iuppiter qui iuxta fabulam cœlum deseruit sequen=do vetulam.

Carolꝰ andegaueñsis frater.S.ludouici ab vrbano papa vocatus cōtra Maufredum.

Maufredus superatꝰ a Carolo Angegauensi

Sarraceni vincuntur.

Iacobꝰ rex Arragonū

¶Capitulum.CCXXXV.

Philippus.

DEfuncto Ludouico ac debita veneratione sepulto Philippus filius eius regni Frãcorũ curam suscepit,moxq̧ apud Thunicium a proceribꝰ Frãcis salutatꝰ pro rege habitꝰ est. Hic inito regno rametsi morte patris turbaretur,erectiore tamen animo bellum in regẽ Thuniciorũ duce Carolo Siciliȩ rege eius auunculo prosecutus est,adeo vt multis Sarrarenis interẽptis annuũ tributũ soluere cõpulsus sit,data etiã ob pacem ingẽti pecunia.Cui hȩ leges a Carolo impositȩ sunt,vt captiuos oẽs Christianos liberos dimitteret, fidem Christi in suo regno p̄dicari per fratres ordinis sancti Dominici ac Frãcisci permitteret,neq̧ suos baptizari prohiberet. Quibus peractis rex Philippus per Siciliam,inde per Italiã in Gallias transiuit,Isabella vero eius vxor in itinere defuncta est,

Rex nauarrus morit.

Theobaldus vero Nauarrorũ rex apud Drepanũ mortuus.Demũ Viterbium veniens cardinales de pontificis electione dissidentes in concordiam adduxit,electo in pontificem Theobaldo Lodiensi Archidiacono,qui tum in Syria degebat.

Petri arragonẽsis ĩ Frãcos impietas.

Per id tempus impium facinꝰ a Petro Arragonensi rege cõmissum est in Francos qui tũ Siciliam regebant, Huic enim erat Constãtia vxor Maufredi filia,quȩ maritum sollicitans tempus aduenisse regni recuperandi rata agere exercitum admonet,Hic itaq̧ cõmunicato consilio cum ciuibus Panormitanis constituta die cum per Ecclesias signũ daretur cantandorum vesperorum omnes Gallos cum grauidis vxoribus necant.

Horrenda crudeliras Siculorum.

Nec defuerunt qui matribus exsectis euulsum ex vtero fœtum ad parietem alliderẽt, ne quid Franci germinis post hac apud eos extaret.Idem apud Forumiulium fecere ciues.Quo crudeli scelere perpetrato Petrus aduersus Carolum Siciliæ regem copias mouet.

Philippus rex Frãciȩ ĩ Arragonia.

Quȩ cum audisset Philippus contracto exercitu primo Sebusam munitissimam regis Atragoniȩ vi capit.Deinde ad Petram latam itum est,quam incolȩ noctu deseruere igne per circuitũ muri imposito:moxq̧ Geronnam vsq̧ progressus vrbem obsider.Hȩc audiens Petrus relicta Panormi vxore Constantia suis opem ferre festinat:sed cum occupaturus portũ quo Francis cõmeatus inferebatur insidias poneret,a Francis interceptus occisus est,atq̧ ita Geronna a Philippo recepta est,

Reuersꝰ in Aragoniã Petrus a Francis trucidaẽ.

In qua firmissimum prȩsidium imponens Getonnam multo milite obsidet,Gerõnenses vero suum regem audientes interfectum deditionem fecere cum hoc pacto vt ex suis bonis q̃o vellent secum asportarent.Deinde in Tholosates mouens Philippus malo visus consilio partem classis in Franciam temittit:quo cognito hostes reliquam partem inuadentes crudeliter Francos occidunt.Hanc ignominiã ȩgreferens Philippus in febrem mortuus est,delatusq̧ ad sanctum Dionysium funebri pompa eius ossa sunt condita.

Philippꝰ moritur ĩ hispania.

¶Capitulum.CCXXXVI.

Gregorius decimus.

GRegorius decimus natione Placẽtinus prius dictus Theobaldus Archidiaconꝰ Leodieñ,causa deuotionis existẽs vltra mare eligitur Viterbij,& sedit annis quatuor,cõputãdo a die creationis vsq̧ ad diẽ mortis. Dum autem cardinales essent in conclaui dñs Ioannes Episcopus Portueñ ludendo dixit. Discooperiamus domũ,quia spiritus sanctus per tot ad nos coopercula nequit pertransire:qui de dicto Gregorio sequentes cõposuit versus.Papatus munus tulit Archidiaconus vnus,Quem patrẽ patrum fecit discordia fratrũ.Hic ãno millesimo.cc,lxxiiij.cõciliũ cõuocauit Lugduni,in quo plura sta

tuit pro subsidio terrę sanctę, quam intendebat personaliter visitare. Ibiq nun=
cij Gręcorum promittentes redire ad vnitatē Ecclesię confessi sunt spiritū san=
ctum a patre & filio procedere, & Symbolū Gręca lingua canebant in cōcilio.
Nuncij etiam Tartarorum baptizati ad propria rediere. Interfuerūt aūt Epi=
scopi.ccccc.abbates.lxx.alij pręlati circiter mille. Fuitq vocatus frater Tho=
mas de Aquino ordinis prędicatorum / doctor famosissimus, qui de Neapo=
li veniens apud ortanum in Cāpania ęgrotās in monasterio Fossę nouę Cister
cieñ ordinis declinauit, ibiq obdormiuit in domino. Legitur ꝙ ibidem miracu
lis claruit.

ℭCapitulum.CCXXXVII.

INnocentius quintus natione Burgundus dictus frater Petꝰ Innocē
de Tarentesia a pueritia educatus in ordine prędicatorum, ma tius.v.
gister in Theologia factus primo prior prouincialis prędica=
torum in Francia, inde Archiepiscopus Lugduñ, demū cardi=
nalis Hostieñ, tādē papa eligitur Romę coronatur in sancto
Petro, & licet multa facere proponeret, cito tulit eum deus, in
Ecclesia Lateraneñ sepelitur, sedit mensibus quinq, diebus duobus: vacauit se=
des diebus.xviij.

ℭCapitulum.CCXXXVIII.

ADrianus quintus patria Genuensis, familia Flisca in palatio Adria=
Lateraneñ in papam eligitur, Viterbium veniens quadragin nus.v.
ta diebus a sua creatione nundum expletis nundum promo=
tus in sacerdotem, nec coronatus, nec consecratus moritur.
Fuit autē Innocētij quarti nepos Othobonus antea vocatus
sancti Adriani diaconus / cardinalis ab eodem creatus, & in
Angliam missus ad sedandā inter regē & barones tumultū ortū. Mortuus au
tē Viterbij in cōuentu fratrū minorū sepelitur.

ℭCap.XXXIX.

IOannes vicesimus.i.natione Hispanus patria Vlixbonensis Ioānes
Petrus antea vocatus ex Episcopo Tusculano in pontificem xxj.
electus: vir multę literaturę sed modicę experientię in cathe=
dra Petri sedit mensibus octo, diebus octo: vacauit sedes circi=
ter mensibus sex. Hic cum misisset legatos dominos Episco=
pos ad Paleologum Gręcorum imperatorem an obedire vel=
let Ecclesię Romanę, obtulit se ad oīa q̄ nūcij sui in cōcilio Lugduñ ꝓmiserant
obseruare. Dictꝰ pōtifex in hoc q̄ plurimū laudabilis fuit ꝙ se tā pauperibꝰ q̄
diuitibꝰ cōem exhibēs, multos egētes studiū lr̄arū amplectātes fouit, ac in be=
ficijs eccl̄iasticis ꝓmouit, qui subito cū camera noua quā Viterbij circa palatiū
cōstruxerat solꝰ corruit, & iter ligna collisus sexto die post casum oibꝰ ꝑceptis
ecclesiasticis sacramētis ab hoc seculo migrauit.

ℭCapitulū.CCXL.

NIcolaus.iij.natiōe Romanꝰ ex illustri Vrsinoꝝ familia natus Nico=
Caietanus antea vocatꝰ in cathedra Petri sedit āns.ij.mēsibꝰ laus.iij.
octo, minꝰ.iiij.diebꝰ: vacauit sedes mēsibus.vj.parū ante sui
ꝓmotionē ꝑ aliquos dies flumen Tyberis Romę excreuit, su
os trāscēdēs alueos, sic ꝙ cūctis cernētibꝰ erat formidini. Nā
supra altare beatę Marię Rotūdę per quatuor & ampliꝰ excre
uit pedes. Huius tp̄e anno.M.cc.lxix. Carolus comes prouincię filiꝰ regis Si=
cilię corpꝰ perquirēs beatę Marię Magdalenę sollicite & deuote ī oratorio vbi
sanctꝰ ille Maximinꝰ olim Aqueñ Ep̄s tradiderat sepulturę, vt ī gestis antiqs

Inuẽtio continetur, in villa dicta sanctum Maximinũ, vbi apertis aliquibus tumulis
corpis in medio inuenitur corpus sanctissimę Magdalenę, cum ingenti odoris fragrã
btẽ Ma tia sequentibus miraculis gloriosis, quod quidem sacrum corpus conuocatis
rię Ma= Narboneñ, Arelateñ, & Aqueñ Archiepiscopis, multisq; Episcopis, abbatib9,
gdalenę & religiosis, prędictus princeps anno domini. M.cc.lxxx. leuauit: & in capsa
preciosa ad hoc auro, argẽto, & gemmis præparata locauit: caput vero in theca
Albert9 ex auro purissimo interclusit. Eodem anno Albertus Magnus ordinis prædi=
magn9. catorum summus Philosophus in dño obdormiuit. Hic summus pontifex pa=
latium sancti Petri multum augmentauit, & q̃ plurima ædificia fieri faciens,
iuxta illud pratellum inclusit, & fontem ibidem fluere parauit, celeriq; successa
hora mortis pręuentus decessit. Post cuius mortem Hambaldenses partem do
minij vrbis Romę inuitis Vrsinis habuerunt, ita q; ex pacto inter eos habito
pro parte Hambaldensium vnus, pro parte Vrsinorum alius in capitolio Se=
natorum officium gerentes fuerunt constituti. Sub quorũ regimine multa ho=
micidia, plurimęq; dissentiones & alia multa plurima fuere tã in vrbe q̃ in eius
districtu pertractata.

Capitulum. CCXLI.

Marti= MArtinus quartus Simon antea vocatus tituli sanctę Ceciliæ
nus. iiij. presbyter cardinalis natione Gallicus patria Turonẽsis pon
tifex electus, in cathedra Petri sedit annis. iiij. diebus. xxxiiij.
vacauit sedes diebus quatuor. Huius tempore videlicet anno
domini. M.cc.lxxxj. xj. die exitus Maij, quę fuit vigilia Ascẽ
sionis domini cecidit pars põtis Tholosę veteris post transi=
tum processionis, & fuerunt in flumine Garũnę submersę circiter. cc. personę.
Eodem anno Petrus rex Arragonum habens in vxorem Constantiam filiam
quondam Maufredi ex hoc prętendens sibi regnum Sicilię deberi fecit appa=
ratum non modicum, quem Martinus papa & Carolus rex Sicilię non imme
rito suspectum habebãt, sicut euentus rei comprobauit. Nam eodem anno Pa=
normitani & Siculi Gallicos mares & fœminas, senes & paruulos in contem=
Galli p ptum regis Caroli occiderunt, & qđ fuit detestabilius latus aperientes mulie=
ditiõe fa rum suarum pręgnantium, quę de Gallicis dicebãtur concepisse partus in vte=
cta occi to occiderunt. Deinde tota Sicilia Carolo rebellauit, & Petrum regem Arra=
dũtur a gonum in suum regem receperunt, qui Petrus anno. M.cc.lxxxij. se fecit in re
Siculis. gem Sicilię coronari, propter quod excommunicatus a papa priuatus fuit &
deposit9 a regno Arragonię, & ab omni quod ab Ecclesia tenebat, omniaq; sua
regi Franciæ occupanda concessit, & Carolo filio regis Franciæ Philippi re=
gnum Arragoniæ contulit. Hic autem pontificatu inito statim in die Re=
surrectionis domini sex creauit cardinales, Carolum Sicilię tegem ad se ve=
nientem ex senatotia dignitate deiectum in pristinum statum restituit, eiusq;
instantia Paleologum Gręcum imperatorem pacta Lugdunensis concilij nõ
seruantem, & Petrum Arragonensem cõtra ius fasq; Siciliam occupantẽ ana=
themate notauit, & eius regnum in prędam occupare volentibus concessit: bel=
lum etiam in Flaminia contra Sorlimanos ab Ecclesia deficientes gessit, quos
etiam breui adiuuante Guidone Montisserrati in fidem recepit. Demum mul
tis vexatus curis Perusium profectus ibidem moritur, & in maiori Ecclesia se=
pelitur, multis clarus miraculis,

Capitulum. CCXLII.

Honorius quartus natione Romanus ex Sabellorum nobili familia ortus, Iacobus antea vocatus, in cathedra Petri sedit annis duobus: vacauit sedes a die cœnę domini vsq; ad sequēs festum cathedrę sancti Petri. Eodem anno Philippus rex Francię cū primogenito suo rege Nauarrę, & Carolo filio suo tūc rege Arragonię nominato, & cum legato apostolico collecto exercitu predicata cruce, & concessa a papa indulgētia peccatorum signatis vadit contra Petrum regem accipere sibi regnum Arragonię transiens per Tholosam, Carcassonam, & Parpinianum, ac montes Pyreneos Gironam obsedit & cepit, voluitq; contra Barchinonam ire, sed orta epidimia in exercitu processum impediuit, quadam die vna pars exercitus regis obuiam habuit Petrum regem Arragonię, fitq; pugna inter eos, vbi Petrus extitit vulneratus, & ex vulnere obijt dies intra paucos. Rex vero Francię videns exercitum infirmari redire cœpit. Et eodem anno in Parpiniano tela vitę eius subcisa fuit. Fuitq; postmodum inter Romanam Ecclesiam & hęredem Petri de Arragonia cum rege Francię consensu concordatum, & aliter ordinatum. Tempore dicti pontificis anno millesimo.cc.lxxxvj. in partibus occitanis & in vna parte ducatus Aquitanię fuit epidimia magna, quo anno Carmelitę mantellos barratos ex albo & nigro seu griseo variatos in cappas albas mutauere. Honori⁹.iiij. Cruciata cōtra Petrum Arragonię occupatorē Sicilię. Petr⁹ arragonię occidit.

¶Capitulum.CCXLIII.

Nicolaus quartus prius dictus frater Hieronymus minister generalis minorum sedit annis quatuor, & quantum est a cathedra Petri vsq; in Parasceue: vacauit sedes annis duobus, mensibus quasi tribus. Dicti pontificis tempore, & anno millesimo.cc.lxxxix. dum letanię fierent sancti Marci Tripolis ciuitas capitur a Soldano & Sarracenis, captisq; & occisis Christianis pluribus, christianitatis nomen deletum fuit ex eadem. Eodem tempore āno dñi millesimo.cc.xcj.xiiij. Kl. Iunij Achon a Sarracenis capitur, occisis plusq;.xxx. M. vtriusq; sexus: causa amissionis fuisse dicitur dñorum & nationū diuersitas, facientiū ibi contrariā voluntatem. Nicola⁹.iiij.

¶Cap.CCXLIIII.

Adulphus comes de Anagone fuit electus in regem Alemanię & Romanorum anno domini millesimo.cc.xcij. Hic rex exercitum congregauit contra Albertum ducem Austrię, qui fuit filius Radulphi quondam regis Alemaniæ, pugnaueruntq; simul, in qua pugna Adulphus occiditur, & sui in fugam conuertuntur anno.M.cc.xcviij. Hic regnauit annis sex, benedictionem tamen imperialē nō habuit nec coronā. Adulphus.

¶Capitulū.CCXLV.

Cœlestinus quintus Petrus de Marrone antea vocatus professione anachorita patria Esernensis secūdo a Sulmone milliario cœnobium incolens postq; biennio ac tribus mensibus ob cardinalium discordiam sedes vacasset vir sanctus omniū cōsensu spiritu sancto mentes hominum ad hoc instigante pontifex delectus est: quod vbi ita esse comperit clam socio quodā comite fugam arripuit, tanto apice indignum se iudicans. Sed non potuit ciuitas abscondi supra montem posita: inuentus enim a cardinalibus vt ver⁹ pontifex honoratur, qui itaq; dum nulla ratione populus clerusq; diuerti posset, Cœlestin⁹.v.

Cœlestinꝰ inuitꝰ pōtifex creatur.

quum Petrum eligerent inuitus nolēsq; Aquiliam perrexit,quo etiam cardinales profecti eum corona insigniuerunt.Eius autem coronationi interfuisse ducenta millia hominum referuntur.Moti sane tum sanctitate viri qua etiam ab ineunte ętate pollebat,tum etiam rei nouitate.Neq; enim fieri poterat vt homo ęremita ab hominum consortio remotus / orationibus tm̄ contemplationiq;

Cœlestinꝰ coronatur

vacans ad tantum dignitatis gradum proueheretur,nisi deus rei Christianę cōsulens,mentes hominum,vt hunc eligerēt induxisset.Facessant igitur qui hāc electionem irrisoriam scribunt,quippe quibus humilitas inimica est cum ipsi superbi sint.Inito itaq; pontificatu statim duodecim cardinales creat,viros omni probitate sanctitateq; prędítos,quorum de numero duo fuerunt Anachoritę inter sanctos postea relati.Verum cum sanctus vir res humanas,honoremq;

Cœlestini vita.

pro nihilo duceret,a priori etiam vita quam in ęremo duxerat nunq̄ declinauit,adeo vt cellulam ligneam sibi construi fecerit in qua reclusus soli deo vacaret.Victus autem olera cruda aut etiam legumina nullo tamen sale condita, potus vero aqua.Tantę insuper mansuetudinis,tantęq; benignitatis,vt nihil magis q̄ omnibus prodesse cuperet.quę res quibusdam cardinalibus maxime Benedicto Caietano tanto grauior apparebat,quanto a sanctitate remotiores erant.Vnde tractare inter se cœperunt quomodo hunc a pōtificatu deijcerent. Cœlestinus vero contemplationi deditus ac vitę priuatę cupidus modum quęrebat quomodo pōtificatu se abdicare posset.Instabat Carolus rem indignam asserens vt tantus vir contra totius populi voluntatem munus pontificium dimitteret.Quā ab rē Neapolim a Carolo perductus clamor populi statim exoritur a pontifice petens benedictionem se nolle alium pontificem q̄ Cœlestinum,idq; ab eodem pontifice precibus & obsecrationibus contendente.Quibꝰ pontifex respondit nihil aliud se esse facturum q̄ quod deus vellet vtiq; ipse e republica Christiana esse censeret,itaq; animo firmans tutiorem esse ęremum q̄ negociorum occupationem postq̄ biennio rempublicam Christianam admi-

Cœlestinꝰ pōtificatu se abdicat.

nistrasset cardinalibus potestatem alterum surrogandi si id cōmode fieri liceat liberam dimittit.Eo tamen pacto vt sibi redire ad desideratam ęremum liceret At Caietanus glorię cupidus multisq; modis pontificatum ambiens,quot potest cardinales in suam partem trahit,quo facilius magistratum adipisceretur. Atq; ita Benedictus vir callidus ac vafer plurimorum consensu quos ad suam

Cœlestinꝰ ęremū repetit.

partem traxerat pontifex creatur.Cœlestinꝰ vero cellam cupiēs ad desertum pergit fruendę contemplationis causa,quod cum audisset Benedictus Caietanus qui postea Bonifacius appellatus est,statim milites mittit,qui sanctum virum etiam nolentem abducerent,veritus profecto ne Cœlestini sanctitas sibi

Cœlestinus a Bonifacio i vincula cōiicitur.

aliquādo noceret.Erat enim dissensionum amator ac fautor,multęq; superbię. Hunc igitur captum pręfecto arcis Sulmonis,quę in Hernicis est custodiendum tradit,mandato interposito ne cuiuspiam familiaritate vteretur.Fecit mādata pręfectus atq; sanctum virum in carcerē conijciens nihil pretermisit quod sciret huic esse nociuum.Nā adeo angustus erat locus vbi retrusus fuit,vt mēsurā hominis nō excederet:patiēret tn̄ oīa ferens beatus Cœlestinus post an-

Sāctus Cœlestinus morit.

num vnum ac menses quinq; feliciter obdormiuit in domino.In cuius exitu crux clara ante postes carceris etiam custodibꝰ apparuit,qua significaretur vir sanctus a cruce domini nunq̄ fuisse alienus.Eodemq; mortuo tantis miraculis claruit vt breui in sanctorum numero ab omnibus sit habitus.Sunt qui scri-

bant hunc a Bonifacio nocte quadã delusum esse subornatorib⁹ quibusdã clã culũ immissis, qui voce quasi cœlitus demissa in cubiculũ ei persuaderẽt pontificatum esse dimittendum si saluus fieri vellet, quos ego non secus ac mendaces perniciosos existimarim. Quis ẽm ambigat Cœlestinum semper modum quę sisse quo modo se pontificatu abdicare posset, reclamantibus etiam vndiq̃ loco rũ populis. Aut certe quomodo abiecto magistratu statim miraculis claruisset, nisi deo gratum opus egisset. Legimus ẽm cęcum ab eo illuminatum cum a conspectu cardinalium ab renunciatione facta ad æremum pergere vellet. Sed non potest pernicioso placere sanctitas, nec auaro paupertas, q̃ si ad illud Petri dictum. Ecce nos relinquimus omnia &c. animum attenderent, profecto viderent nullum ab initio seculi perfectius hoc relictum posteris exemplum paupertatis. Facile est ẽm non adeptas diuitias contemnere, sed possessas relinquere haud hominibus nostri temporis persuasibile: distant itaq̃ mundi amatores huius viri exẽplo magis velle subesse q̃ pręesse, vt sic dñm sequãtur qui se suis Apostolis tanq̃ ministrum exhibebat. Alioquin profecto timẽdum ne in profundos demersi cruciatus & ipsi serpentibus ac vermibus pabulum ministrẽt. Huius pontificis tempore sanctus ordo Cœlestinorum initium sanctitatis dedit, cuius ptimus institutor Cœlestinus suis summę humilitatis exemplum reliquit: quod imitantes qui eius ordinis sunt non secus ac fœtida stercora magistratus atq̃ honores a se procul repellunt, quam ob rem ad hęc vsq̃ tempora cęteris monachis ab instituto collabentibus immobilis firmiusq̃ eorum permanet ordo. Ordo Cœlestinorũ.

¶Capitulum.CCXLVI.

Philippus pulcher defuncto Philippo patre in regnum successit, anno salutis. M.cc.lxxxvj. cuius coronationi Edoard⁹ Anglię rex affuit, iuramẽto interposito fidem regi Philippo se seruaturum, a qua tamen non multo post perfidus Anglus desciuit: vnde & Aquitaniam sibi Philippus postea vendicauit ob fractam fidem. Eadem tempestate Guido Flandrensis comes cum Edoardo sentiens a Philippo in carcerem coniectus est. Insuper & arces plurimę nomine Philippi in Aquitania receptę sunt, occisis earum incolis. Deinde Rionem obsidens maritimam arcem eam vi capit, interemptis Vasconibus cum bona Anglorũ parte. At Guido qui liber a Philippo dimissus fuerat, aduersus eum insurrexit, in quem progrediens Philippus multo milite instructus primo insulam cum arce expugnatam recepit. Interim dum hęc gerũtur Carolus relicta Aquitania in Flandrenses progreditur, cui occurrẽs Guido comes cum sexcentis equitibus, & sexdecim peditum millibus acerrimis viribus pugnat. Victus tamen comes Brugas contendit. Ad quem Edoard⁹ Anglus veniens cum audisset Philippi aduentum relictis Brugis Gandauum se conferunt: ob quam causam Brugenses deditionem facientes Philippi potestati se submisere, datisq̃ inducijs Philippus in Franciã reuertitur. Non multo post Aubertus Alemanus rex apud Vallicolorẽ cum Philippo veteris amicitię iura innouauit. Verum cum inter Flandrenses induciarum finis adesset Robertus Guidonis filius aduersus Brugas castra posuit, in quem progressus Carolus Valẽcenis, Duaco, Bethuniaq̃ capta Gandauum Flamingi fugiunt, quos insequutus Carolus Guidonem filium eius Robertum ad Philippũ vinctos perducit, quibus diuersis custodijs mancipatis rex Philippus Flandriam

Philippus pulcher.

Guido Flãdrẽsis ĩ carcerẽ cõijcitur.

Philippus Flādriā ingredit͛.

ingreditur. Interea Bonifacius octauus pontifex bellum Hieroſolymitanum animo cogitans Epiſcopum Apanicenſem ad Philippum mittit, qui regem ad id negocium hortaretur, ſed cū fruſtra ſe laborare videret in regem maledicta congerit, denuncians regnum Franciȩ ad ius pontificis deuolutum eſſe, ob quā cauſam in carcerem Philippi iuſſu coniectus eſt: de quo in hiſtoria Bonifacij latius dicemus. At Flandrenſes animo inquieti nouos inſultus apud Brugas in Francos faciunt, quod cum reſciſſet Philippus militem illuc mittit, quos ſimulata parendi humilitate receptos nocte inſequente Brugenſes trucidant, qua victoria animos reſumentes, ſpem ſuū comitem liberandi capiunt. Atq; ita Guidonem comitis filium Alemanorum, Theutonicorūq; copijs inſtructum obſeſſum habent.

Robertus Artheſius trucidat͛. Franci fugātur & occiduntur. Flādrēſes vincūtur.

In quos Robertus Artheſius comes progrediens dum ſibi ab hoſtibus minus cauet/multis vulneribus confoſſus occubuit, fugȩ ſe cōmittentibus duobus hominum millibus. Inter quos multi Francorum proceres perpetua ignominia notati ſunt. Occiſorū millia duodecim fuiſſe referuntur, qui veterubus a plebeis Flandrenſibus dum ſuis viribus freti ſuperbiunt confoſſi ignominioſe occubuerunt. Verum non multo poſt Flamingi pœnas ſui ſceleris dederunt. Nam Francis occurrentes Flamingi octingenti interempti ſunt. Qua clade non contenti Flamingi rurſus bellum inſtaurant, victi tamen non procul a ſancto Audomaro millia.xv.ex ſuis vno prȩlio amiſere. Deide cum iterum apud Inſulam graſſarentur ad quingentos Tornacenſes incolȩ interfecerunt. Per hos dies Marchienſi comite defuncto Angoliſma Philippo obtigit, quam ipſe audiens Aquitaniam quoq; & Tholozatium prouinciam viſitauit. pacatis quorūdam animis qui ad rebellionem procliui eſſe ferebantur. Ratus prȩterea Philippus pacatos reddere Flandrenſes ſi eorum comitem qui aſſeruabatur in carcere liberum dimitteret, comitem cum filio ad Flandrenſes mittit, qui poſtq̄ ſeditioſam gentem ad pacem reducere nequiuerunt vt promiſerant ad regem reuertuntur. Vnde iterum in Flandrenſes mouens cum apud montem populorum caſtra poſuiſſet, ſperans cum hoſte manus conſerere, tandem eos vallo carriſq; munitos repperit. Qua re cognita rex nihil dubitās cum ſuis militibus arma deponit. Et ecce ſubito ferox hoſtis in caſtra ſtatim irrumpit, atq; vbi Francos exarmatos comperit, quos poteſt trucidat. Rex vero inconſo equo ſtatim vbi galeā impoſuiſſet in hoſtem animoſiſſime fertur obuiū quēq; interimens.

Flādrēſes occiduntur.

Quē reliqui inſecuti viginti millium Flamingorum ſtragem fecere, ita vt niſi ſuperueniens nox prȩlium diremiſſet Flandrenſium finis ſtatim habitus fuiſſet. Tandem rebus prȩclare geſtis Philippus poſtq̄ annos octo & viginti regnaſſet lecto decubuit, inde habita ad filios oratione cum religioſe hunc verſum, In manus tuas domine commendo ſpiritum meum, pronunciaret, animam efflauit. Huius cor apud cœnobium fœminarum, quod in Poiſſiaco ſub fratrum diui Dominici area condiderat humatum eſt: oſſa vero ad cœnobium Dionyſianum delata.

Capitulum. CCXLVII.

Bonifaciꝰ octauus.

BOnifacius octauus natione Campanus patria Anagninꝰ, Benedictus Caietanus antea vocatus ſedit annis octo, menſibus nouem, & diebus quindecim: vir certe callidus ingratiſſimuſq; qui ſua ambitione poſt abrenunciationem Cœleſtini pontificatum adeptus eſt, quem poſtea perpetuo carceri damnauit, nec vbi foret vnq̄ ſcire permiſit. Hic licet ſancti Cœleſtini

probitatem admiraretur,Leo tamen post pontificatum effectus nō tm̄ Coele=
stinum,sed & omnes contemnere cœpit,& gratias a prędecessoribus factas vt
plurimum reuocauit,discordiasq̄ q̄maxime inter Guelphos & Gebelinos ale=
re studuit:pręsertim Genuenses & Venetos,quorum Gebelinam factionē mi
rifice & crudeliter vbiq̄ persequi non destitit.Ea propter Petrum & Iacobū car
dinales Colonienses vna cum Sarra eorum patruo viros insignes ex odio Ge=
belinę factionis in dicta calumnia cardinalatus dignitate & beneficijs ac fun=
dis paternis,ac rebus omnibus priuauit:sicut habetur de schismaticis libro.vj. Bonifa=
Eius nempe ira omnibus Gebelinis implacabilis erat:vnde Sarra fugiēs ma= ci9 Ge=
luit in Piratarū manus q̄ in Bonifacij seueritatem incidere.Procheto vero Ge belinos
nuensi Archiepiscopo ad pedes Bonifacij die cinerum prodeunte hęc verba ꝓ= ꝑsequit̄
nunciasse refertur.Pōtifex,memēto homo qa Gebelin9 es,& cū Gebelinis in
cinerem reuerteris,in eiusq̄ oculos cinerem conijciens Archiepiscopatu priua=
uit.Idem etiam beatum Ludouicum Francorum regem inter sanctos retulit.
Edidit pręterea Sextum pontificij iuris codicem suo iussu a tribus doctissimis
viris compilatum. Egit insuper inter fraudes quibus abundabat vnum lau=
dabile opus.Nam Euāgelistarum & quatuor Ecclesię doctorum solēnitatem
sub duplici officio celebrari ꝑcepit:vt habetur de reliquijs & veneratione san=
ctorum libro.vj.c.gloriosus.His ita gestis bellum Hierosolymitanū animo
agitans cum speraret Philippum ad id bellum inducere/Appaniēsem Episco
pum ad regem mittit.Qui incassum se niti cum intellexit minis agere tentans
quasi Philippum regno priuandum dictaret si pontifici non suffragaretur,in Ep̄s ap
carcerem Philippi iussu coniectus est.Quo facto quia ius gentiū violasse Phi= panien=
lippum Bonifaci9 diceret,vt erat supra modum arrogās,vltionem parat.itaq̄ sis i car=
misso in Franciam Archidiacono Narboneñ Philippum vetat quicq̄ de Eccle cerē cō=
się prouentibus percipere,cum tamen antea permissione Bonifacij vacantium ijcitur.
Ecclesiarum prouentum vnius anni exigendi(quod ius regale appellamus)ac Ius re=
ciperet:denunciat etiam Francorum regnum per Philippi cōtumaciam ad Ro gale.
manam Ecclesiam esse deuolutum.Si secus faceret ipsum cum fautorib9 in hę
reticorum numerum habiturum.Episcopis quoq̄ & aliquot abbatibus theolo=
gis insuper & pontificij iuris doctoribus diem dicere iubet Romę ad Kł.Nouē
bris se sistendi.Simulq̄ indulgentias & concessiones a Romanis pontificibus
Francis elargitas nullas esse declarat.His mandatis ab Archidiacono superbe
expositis Philipp9 Episcopum Appaniensem,qui ob maledicta in regem car=
cere tenebatur,Archidiacono restituit,simulq̄ imperat regno sine cunctatione
illum excedere:insequenti postea vere conuentu Parisij habito pontifices pri=
mum Philipp9 cōmemoratis,quas a Bonifacio acceperat iniurijs / rogat,a quo
suarum Ecclesiarum prędia prouentusq̄ accepissent.Deinde ad proceres con=
uersus.Et vos inquit viri nobiles quem vobis regem dominūq̄ habere arbitra
mini.Respondētibus sine controuersia regio se iure omnia illa tenere atq̄ tue=
ri.At inquit rex Bonifacius ita agit,quasi vos,regnumq̄ omne Francorum se=
di apostolicę subiectum sit:imperium em̄ Alemanorum,quod ipse Alberto ter
petenti negauerat illud cum Francorum regno simul Alberto cōtulit.Nos au
tem o viri fidei vestrę ac beniuolentię gratias agentes pollicemur libertatem
publicam vestra ope freti protegere.Conuentu dissoluto rex publico edicto
prohibet regno quicq̄ auri,argentiue,aliarumq̄ mercium exportari constituta

in prçuaricatores edicti pœna iubet:prçterea ad regni extremos fines atq̧ exitus custodes assignari,qui ingredientes egredientesq̧ asseruent.per eos dies Philippus Aquitaniam Edoardo regi Anglorum restituit,paxq̧ inter reges conuenit:habitumq̧ est non multis post diebus Parisij Episcoporum atq̧ magnatum concilium,vbi de Bonifacij pontificis in Francos concepto imperio actū est,differentibus proceribus Bonifacium pontificatu indignū esse,qui & homicida & hçreticus esset,quorum scelerum testes in promptu habebātur.Fuit igitur omnium vna sententia Bonifacij iussis parere non debere,nisi prius sese ab obiectis criminibus expurgasset.Post hçc Bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens Philippus Anaginā quo se pontifex receperat Sarram ex Colūnensium familia cum Nogareto equite Franco in Italiā mittit ob causam insinuādç prouocationis,qua aduersus Bonifacij iniurias Philippus sese tuebatur:nā pontifex plus equo elatus Philippum regno priuauerat.Erat autem Sarra Colūnensis Philippo obnoxius.Quippe quem ex Italia fugiētem & a Piratis captum rex redemerat.Itaq̧ Sarra mutata veste ne ab Italis agnosceretur,quot potest annos colligit,& conductis Gallis Nogaretum militem cum bona manu Ferentinum prçmittit,ipse vero Anaginam Gebelinorum ope ingressus Bonifacium in patris domo capit,inde Romam deductus pontifex superbus carceri mancipatur,vbi post quartum & vigesimum diem violenta morte aut certe animi çgritudine defecit,'ponficatus sui anno octauo, mense nono, die decimosexto,sepeliturq̧ in Basilica Petri sepulchro a se antea extructo.Moritur autem canina morte Bonifacius,qui imperatoribus,regibus,principibus,nationibus,populis terrorem potius q̄ religionem inijcere conabatur,quiq̧ dare regna & auferre,pellere homines,ac reducere pro arbitrio animi conabatur.Aurum vndiq̧ conquisitum plusq̄ dici potest sitiens.Vnde de eo prophetatum fuerat.Intrauit vt vulpes,vixit vt leo,mortuus est vt canis,& mensura quam Cœlestino viro sancto mensurauit sibi çqua lance remensa est.Discāt itaq̧ huius exemplo principes omnes tam religiosi q̄ seculares non superbe sapere,clero prçesse,& populis non superbe & contumeliose,vt hic de quo loquimur,sed sancte & modeste vt Christ9 rex noster eiusq̧ discipuli ac veri imitatores Christi,non Neronis:q maluit a populis timeri q̄ amari.Vnde Tyrannoꝝ pernicies oriri merito solet.Sūt qui scribāt hunc quoq̧ discordias inter Italos aluisse, maxime vero inter Genuenses & Venetos populos quidem nauali prçlio satis potentes.Huius quoq̧ tempore vt scribunt quidam Hermanij cuiusdā corpus apud Ferrarienses iam viginti annis pro sancto cultum exhumari mādauit pontifex,cuius cognita hçresi combustum fuisse refertur.

Bonifacι9a Frācis homicida iudicat.

Bonifacius capitur & carceri mancipatur.

Bonifacius moritur.

¶Capitulum.CCXLVIII.

Albertus.

Albertus dux Austriç filius quondam Radulphi regis fuit electus in imperatorem ab electoribus congregatis Aquisgrani anno millesimo.cc.xcviij.qui misit solennes nuncios ad Bonifacium prædictum pro suç electionis confirmatione,quam multis allegatis rationibus reppulit,& asseruit esse nullā,post modum propter subortam discordiam inter ipsum papam & regem Franciç: idem papa Albertum prçdictum in imperatorem confirmauit,ei subijciens regnū Franciç sicut & alia regna.Hic regnauit annis.x.& fuit occisus a nepote suo filio fratris sui,anno.M.ccc.viij. ¶Cap.CCXLIX.

BEnedictus nonus dictus frater Nicolaus de Triuisio ordinis fratrum prędicatorum sedit in cathedra Petri mensibus octo diebus.xvij.obijt Perusij Noñ Iulij,sepultus in Ecclesia prędicatorum,per quem diuina virtus miracula operatur:maxime in dęmonibus & obsessis expellendis:vacauit sedes per annum sequentem & plus,cardinalibus inclusis non valentibus cōcordare.Hic denunciauit excōmunicatos publice actores caprionis prædecessoris sui,& nominatim Guillermū de Nogarero,& Sarram de Colūna,generaliterq; omnes complices.Hic Iacobo & Petro de Colūna eorum bona quę tenebat Ecclesia restituit,sed non ad cardinalatum.Hic priuilegia & libertates quibus Bonifacius regem Francię priuauerat pręsentibus nuncijs regis restituit,in concilio publico restringens constitutionem Bonifacij,quę incipit,clericis laicos libro.vj. Benedictus.ix

¶Capitulum.CCL.

HEnricus comes Luxēburgeñ fuit elect⁹ in regem Alemanię & Romanorum in Francheburgo in festo beatę Catarinę.anno domini Millesimo.ccc.viij.Eodēq; anno in festo Epiphanię coronat Aquisgrani.Post anno millesimo.ccc.ix.misit ad papam Clementem quintum apud Auinionem solennes nūcios & caduceatores,tres scilicet comites & duos Episcopos, petens coronationem imperij ab ipso papa sibi dati.Papa vero mense Iulij electionem eius admisit,confirmauit: & coronationem promisit tempus idem assignans vt a festo Purificationis ad duos annos Romam veniret coronā ibidem ab ipso imperij recepturus.Anno vero domini millesimo.ccc.x.in ęstiuo tempore mense Septembri Lōgobardiam intrās primo venit Taurinū,deinde apud Astam,receptusq; fuit vt rex & dominus.& inde Vercellas & Mediolanum perueniens coronam vnam imperij in Mediolano suscepit in festo Epiphanię domini,quam Mediolaneñ Archiepiscopus illi dedit:dehinc per incremēta Lōgobardiam superiorem suo beneplacito & dominio adunauit.Verū Parmeñ & Cremonenses a principio subigi noluerūt.Sed paulo post non valentes resistere consenserunt.Brixia vero ciuitas diu restitit vsq; ad sanguinem & strāgem plurimā sub anno domini millesimo.ccc.xj.in quo anno paulo ante festum beati Lucę Brixieñ reddiderunt se,& ciuitatem suam voluntati ac misericordię imperatoris procurantibus cardinalibus qui missi fuerant ad ipsum imperatorem coronandum Romę.Inde Henricus prędictus processit Romā coronam imperij suscepturus a tribus cardinalib⁹,quos illuc hac de causa Clemens papa quintus trāsmiserat loco sui de Auinione vel port⁹ de Malasauria, vbi ęstiuo tempore morabatur.Cardinales autem fuerunt Nicolaus Hostiensis Episcopus,& Leonardus Episcopus Albaneñ,qui anteq; peruenissent Romam ad coronationem imperatoris obijt in Luca ciuitate,& Lucas de Flisco Ianueñ,Arnardus vero Episcopus Sabineñ,& debebat cum imperatore legatus papę in Italiā remanere,vt noui imperatoris negocium quod omnibus nō placebat dirigeret & iuuaret.Res eñ noua & dura pariter videbatur, illis quidem Italicis atq; Tuscis & his maxime qui populum regere videbantur cū.lx. annis & amplius a depositione ab imperio vltima Federici sine imperatoris dominio perstitissent,q; eius dominio denuo subderētur,a quo se existimabant in perpetuum plurimum liberatos.Sed tyrannidis graue iugum q; in ciues suos Henricus.

ſcuierant metebantur,& vt tyrannidi ſubderentur,& hoc ipſum minor populus pręcipue affectabar.Fuit autem cotonatus in impetatorem per tres cardinales ſuperius memoratos de ſpeciali mandato Clementis papę quinti Romę in Eccleſia ſancti Ioannis Lateraneñ in feſto Apoſtolorum Perri & Pauli,anno domini milleſimo.ccc.xij.hic Henricus imperator obijt apud bonum conuẽtum in Tuſcia.xxiiij.die Auguſti in feſto ſancti Bartholomęi. Anno domini milleſimo.ccc.xiij.regni veto ſui,& imperij anno quinto,delatũq; inde fuit corpus eius apud Piſas,& ſepultũ.Huic Henrico Florentini Bononieñ,alijſq; adhęrentibus plurimum aduerſati ſunt: vnde & quidam refetunt Florentinorum opera ipſi Henrico venenum eccleſiaſtico ſacramento miniſtratum eſſe.

Hẽric⁹ morit.

¶Capitulum.CCLI.

Cle-mẽs.v.

Clemens quintus Vaſco Bernatdus antea vocatus ipſo exiſtẽte in Archiepiſcopatu ſuo Burdegaleñ electus fuit,& miſſum decretum electionis,a qua ciuitate receſſit circa finem menſis Auguſti,ac Lugdunum proficiſcens in Eccleſia ſancti Iuſti fuit coronatus.Cumq; de loco procederet ſummus pontifex cõprimentibus turbis depulſa maceria cuiuſdam muri collapſa eſt in Ioannem Britonum ducem,qua oppreſſus interijt.pontifex vero in tanta trepidatione ex equo deturbatus ſolum carbũculum precij ſex millium auteorum amiſit.Philippus quoq; ea ruina aliqua ex parte debilitatus eſt.Ex quibus multi more vulgi multa pręſagiebant.Eodem anno in aduentu domini fecit decem cardinales nouos,& duos olim per Bonifacium depoſitos tenouauit ſcilicet Iacobum & Petrum de Colũna patruum & nepotem. Eodem ãno.iij. Kl.Februarij renouauit duas conſtitutiones Bonifacij directas contra regẽ Frãcię, priore papa voluit regem Eccleſię Romanę eſſe ſubiectum in ſpiritualib⁹ & temporalibus, poſteriore vero quę in.vj.decre.continetur.quę incipit,clericis laicos.Anno domini milleſimo.ccc.v.prędicto menſe Martij regi Arragonum Sardiniam confirmauit,& rex promittens & iurans fidelitatem promiſit Inſulam aſcendere in Septembri proximo venienti.Anno domini milleſimo ccc.vj.papa de Lugduno redijt Burdegalam,vbi cum curia ſua ſtetit per annũ Eodem anno de ordinatione regis Francię fuerunt in toto regno capti Iudæi imperceptibiliter vna die,& confiſcata bona ipſorum & expulſi ad regnum minime reuerſuri.Eodem anno Hoſpitalarij cum exercitu Chriſtianorum oppugnare ceperunt Inſulam Rhodum cum adiacentibus inſulis quinq;,quas Turci inhabitabant ſub dominio imperatoris Conſtantinopolitani,& ab initio aliquas ceperunt ,ſteteruntq; in pugna obſidentes,& obſeſſi quatuor annis cõtra Turcos,tandem de Turcis victoria habita eſt.Anno domini milleſimo.ccc.vij.Clemẽs cũ curia receſſit Burdegala ad Pictauiã,vbi anno vno & amplius manſit,maxime pro ſedanda diſcordia inter reges Francię & Anglię.Eodem anno in Iulio moritur rex Anglię Edoardus.Anno eodem milleſimo.ccc.vij. in feſto ſancti Edoardi confeſſoris ſcilicet.iiij.idus Octobris feria ſexta capti fuerunt in toto regno Frãcię Templarij ex ordinatione regis & concilij mirantibus cunctis militiam templi nimis priuilegiatam ab Eccleſia Romana,ita ſubito vno die captiuari cauſam ignorantibus captionis,quę poſtea fuit publice manifeſtata,videlicet prophana confeſſio cum abnegatione Chriſti,& expuitione ſupra crucem in opprobrium crucifixi vt plures eorũ cõfeſſi fuerũt,

Clemẽs reſtituit duos cardinales Colũnẽſes quos Bonifaci⁹ priuauerat.

Inſula Rhodiorũ puenit i manibus Chriſtianorũ.

quod scelus etiam multi confiteri noluerunt, quãuis supponerentur quęstionibus & tormentis. Sedes vero Romana primo ęgre ferebat hmõi captionẽ. sed nõnullis coram papa & cardinalibus in Pictauia ductis & recognoscentib⁹ ritum execrabilem ac confessiones prius a se factas veras esse, ordinatum fuit q̄ Templarij vndiq̨ caperẽtur. Eodẽ anno in quadragesima sequenti inquisitores hęreticę prauitatis de ordine prędicatorum in Lõgobardia superiori cũ Episcopo Vercelleñ prędicata cruce cũ indulgẽtia peccatoꝝ cõgregauerũt exercitũ cõtra Dulcinũ Hęresiarchã Nouarieñ. q multos hoĩes sequaces habẽs morabatur in mõtanis Nouarieñ. ibiq̨ capt⁹ fuit Dulcin⁹ & cũ eo circa. c. l. At ꝑpter intensum frig⁹ eiusdẽ socij fame & frigore in mõtib⁹ mortui. ac gladio interfecti quadraginta & ampli⁹ sunt inuẽti. & vxor ei⁹ Magareta hęretica capta cũ eodem. Anno vero domini. M. ccc. fuit facta de eis executio per curiam secularẽ. Fuitq̨ Margareta ante Dulcini oculos mẽbratim concisa. Deinde & ipse Dulcinus mẽbratim cõciditur, & mẽbra oĩa cõburũtur, cũ alijs complicibus qui peruersum dogma Dulcini imitabãtur. Hi passim sine discrimie mares & fœminę habitãtes multos errores seminauerãt. Eodẽ anno Romę cõbusta fuit Ecclesia sancti Ioãnis in Laterano, in festo sancti Ioannis ante portã Latinã: vnde fuit in vrbe magna lamẽtatio, timẽtes dei iudiciũ ꝓcessiones faciũt clerus & popul⁹, pax inter discordes ordinatur, vtriq̨ & mulieres timorati signa assumũt pœnitẽtiæ & lamẽti. Cũq̨ ad reparationẽ Ecclesię dant operã. Clemens etiam pontifex data pecunia manum ponit adiutricem. Eodem anno Clemẽs papa regi Rassię a quo prius nuncios recepit misit fratres prędicatores & minores qui ipsum sicut petijt in fide informarent. Sed venientes cum honore recepti sunt a rege, finis tamen intentus null⁹ secutus fuit, quia rex matris ac fratris motu retractus penitus nihil egit. Eodẽ anno mẽse Augusti per vniuersa regna Christianitatis misit lr̃as ap̃licas vt Tẽplarij caperẽtur, & per diœcesanos fieret inquisitio cõtra singulares ꝑsonas ordinis sup articulis datis contra eos. Misit etiã personas insignes qui de toto ordine inquirerẽt, vt posset illi⁹ ordinis reformatio vel totalis deletio fieri in ꝓximo futuro cõcilio generali. Dictus põtifex anno. M. ccc. ix. in cœna dñi excõicauit Venetos, & priuauit cõmunione aliarũ ciuitatũ, ac exposuit ꝑsonas & res eoꝝ volẽtib⁹ occupare, quia Ferrariã cõtra Ecclesiã occupauerãt. Ob hoc missus fuit in Italia legat⁹ a latere cardinalis de Pelagura, qui sequẽti mense Augusti nõ sine magna & grandi effusione sanguinis Ferentinũ ac Ferrariã ex Venetis recupauit. Subsequenti anno ꝓpter inundantiam pluuiarũ fuit toto verno tpe grandis caritas annonę Tholosę vicinisq̨ partib⁹, ac fere in toto regno Frãcię, & tãta q̄ vix inueniebãtur frumẽta vęnalia, toto orbe inuẽtu difficilia erãt: vnde paupes hęrbas vt bruta comedebãt. Eodẽ anno in festo Assumptionis Marię virginis insulã Rhodi capiũt Hospitalarij cũ exercitu Christiano, q̄ caput est insularũ vicinaꝝ. & ex tũc redacta fuit sub dñio Christianoꝝ, inde apt⁹ patet in terrã sanctã trãsit⁹ per Christianos. anno. M. ccc. xj. cõuocato cõcilio gñali Viẽnę cassat⁹ & abolitus fuit ordo Tẽplarioꝝ, post ãnos circiter. c. lxxxiiij. quib⁹ militauit, & demũ anno. ccc. xij. eoꝝ bona ordini sãcti Ioãnis Hierosolymitani certis sub pactis applicata. In quo qdẽ cõcilio iter alias cõstitutiões edita sũt declaratoria & iterptatiua regulę fratrũ mioꝝ. s. exiui de paradiso, sup qua & ei⁹ obseruatiõe ps fratrũ minorũ, qui spũales dicebantur, cõtra alterã tumultuans & alterans priua

Destructio ordinis tẽplarioꝝ

Dulcinus hęreticus mẽbratim obtruncat̃ & crematur.

Abolit̃ ordo tẽplarioꝝ

tim & publice cōtendebat, iudiciū ſedis apoſtolicę poſtulādo. Dictus ſummus pōtifex cū ſediſſet annis.viij.mēſib⁹.x.dieb⁹.xv.ab hac mūdi caligine ſubſtractus eſt: & vacauit ſedes annis trib⁹, diebus.xvij. Quo anno videlicet.M.ccc.xiiij.electores Alemanię cōuenientes in vnū pro electione imperatoris diuiſi fuerūt i duos. Alij Ludouicū ducē Bauarię, alij Federicū ducē Auſtrię volētes regē Alemanię. Tandēq̧ dux Auſtrię captus fuit, & dux Bauarię ius imperij ſibi vendicans vſurpauit. Idem quoq̧ pontifex Cœleſtinum quintum approbatis eius miraculis inter ſanctos retulit, librum etiam Clementinarum a ſecō poſitum in Vienenſi concilio edidit. Lapſo biennio dictę electionis elect⁹ fuit in ſummum pontificem.

¶Capitulum.CCLII.

Ioānes xxij.

IOannes.xxij. Iacobus Caturcenſis antea vocatus Epiſcopus Portuenſis apud Lugdunū poſt longā altercationē electus eſt in cathedra Petri ſedit annis.xix.& vacauit ſedes diebus.xvj. Hic primo anno ſui pontificatus ſanctū Ludouicū Epiſcopū Tholoſanū canonizauit, & eodem anno a ſacerdotali & pontificali dignitate Hugonē Epiſcopū Caturceñ priuauit, & tādē quia in mortem ſummi pōtificis vt dicebatur cōſpirauerat, eo in aliqua parte corpis excoriato fuit cōbuſtus, quo anno Eccleſiā Tholoſanā erexit in Archiepiſcopalem in ſex epiſcopatus diuidēdo. Deinde in Archiepiſcopatu Narboneñ duas erexit Eccleſias cathedrales Electeñ ſcilicet & ſancti Pontij, Albieñ diuiſit in duos ſcilicet in Caſtreñ & Agenneñ ſedem ponens in Condono. In Epiſcopatu Lemoniceñ ſedem ordinauit, aliā in Abbatia Tutelleñ. In epiſcopatu Petragoriceñ in ciuitatē erexit villā de Sarlato, In epiſcopatu Ratheneñ aliā fecit ī villa de Vabrio. In ep̄atu Pictaueñ duas erexit ciuitates ſcilicet Malleaceñ & Lucioneñ. Vlteri⁹ in nōnullis villis fecit Eccleſias collegiatas canonicorū ſeculariū cū dignitatib⁹ & prębēdis, vt pote in mōte Albaneñ in caſtro nouo de Arrio, in villa de Burlato Albigeſij, in villa ſancti Felicis, in villa de inſula Iordani, in villa ſancti Pauli de Fenolgedeſio, quę ideo facta exiſtimo ob id quia prouentus annuos harū Eccleſiarū nō ignorabat cū eſſet hac patria oriūdus.

Erectio epiſcopatuū & ciuitatum a Ioanne xxij.

Dictus pontifex anno milleſimo.ccc.xvij.multas edidit Decretales circa pluralitatem beneficiorum inter quas eſt conſtitutio execrabilis. Eodem anno miſit ad ſtudia generalia conſtitutiones Clementis in concilio Vieneñ editas. Interea milleſimo.ccc.xxiiij. canonizauit ſanctū Thomā de Aquino de ordine prędicatorū anno.l.a felici eius trāſitu. Quo anno perpetuo declarauit edicto hęreticū eſſe cēſendū, qui affirmaret Chriſtū & Ap̄los nulla habuiſſe in ꝓprio nec in cōmuni. Itē affirmare ꝙ Chriſto eiuſq̧ Ap̄lis in his quę ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur, nequaq̄ ius ipſis vtendi cōpetierit, nec illa donādi, aut ex ipſis alia acquirendi erroneū & hęreticū declarauit, propter quam opinionē de paupertate euāgelica multi fratres minores & ſorores dicti ordinis diuerſiſq̧ vſcibus fuere cōbuſti. Dictus pōtifex anno.ccc.xxv.poſtillā dānauit fratris Petri ordinis minorū Biterreñ diœceſis, ex qua fundamētū cepit ſecta quędā peſtifera illoꝝ ſcilicet qui ſe pauperes de tertio ordine ſancti Frāciſci ſe appellant. At quoniā in pręcedētibus ſermo habitus eſt de diſcordia orta inter electores facultatē habētes eligēdi imperatorē, ſedet aio dictū orditi ſermonē. Nā dum Ludouicus dux Bauarię petere cōtempſit cōfirmationē a papa multis pręmiſſis proceſſib⁹ ip̄m pōtifex priuauit, eiuſq̧ electionē caſſam & nullā

Errores dānati ſub hoc pōtifice

declarauit, qui Ludouicus non approbatus sed reprobatus anno.ccc.xxviij. fauore partis Gebelinę intrauit Italiam, perueniẽsq́ ad ciuitatẽ Pisanā fuit receptus a Pisanis cum honore. Demum ad vrbẽ veniens in ponte Tyberis multos creādo milites a pręfecto vrbis receptꝰ est, imperijq́ diademate coronatus. Hic Ludouicꝰ quia dictus pōtifex iā dudū ꝓcessus fulminauerat cōtra ipm hęreticoꝝ dicentiū papā subesse impatori seductus cōsilio/fratrē Petrū Rullucij de Corbario Reatinę diœcesis ordinis minorū elegit in papā, qui electioni cōsentiēs cōsecrari seu potius execrari se fecit, Anno pręd:cto mēse Maij nōnullos creās cardinales. Cui etiā dictus Ludouicꝰ cū suis reuerētiā faciēs iussꝰ fuit scindere Ecclesię vnitatē. Hic frater Petrus dicebaṫ vxorem habuisse: videlicet Ioānā Matthęi de Corbario filiā, & ea inuita ordinē minorū ꝓfessum fuisse, & ipse in dn̄m papā seu potius antipapā cū electus fuisset ipm in suū cōsortiū iterū petijt corā Ep̄o Reatiñ. Fuitq́ sentētia lata ꝑ eadē. Tādē vero Ludouico recedēte de Italia idē frater Petrꝰ venit Auinionē per Bonifaciū comitē Pisanoꝝ papę pręsentatꝰ, & in publico ad gratiā receptꝰ, vbi fuit tractatꝰ vt domesticus & vsq́ ad terminū vitę suę cōseruatꝰ vt hostis.

Ioānes xxij. excōmunicauit Ludouicū Bauarū pseudo imperatorem.

¶ Pręterea āno.ccc.xxxiij. mortuo Carolo rege Frācoꝝ sine hęrede masculo Philippꝰ comes Valesius nepos eiusdē Caroli regnū adeptꝰ est Frācoꝝ, Remisq́ coronatꝰ, licet ex opposito per ꝓcuratores suos ad hoc missos instaret Edoardꝰ Anglię rex petēs se admitti ad regnū tanq̄ illū cui debeṫ ex successione matris suę quę fuit soror Caroli tūc defuncti, & tn̄ cōsuetudo antiqua regni Francię erat filias nō succedere in regno, ideoq́ idē Edoardus repulsus fuit nec admissus, quare inter eundē Philippū & Edoardū grauis orta dissensio multis durauit annis, quę & Frāciā vltra modū afflixit. Nec mirū si in regno illo christianissimo filia nō succedat: nā & si in lege veteri: vt habeṫ Numeri.xxvij. deus lege perpetua statuit filias in hęreditatibꝰ succedere, hoc tn̄ voluit in paruis hęreditatibꝰ, nullatenus vero in regnis. Nā & Deuteronomij.xvij. cū pręcepit regē nō haberi nisi de filijs Israel solū & dūtaxat in gn̄e masculino locutꝰ est, nō aūt in fœminino: & si legaṫ Athaliā matrē Othosię om̄e semen regiū interfecisse vt regnaret, vti.vj. ānis regnauit: vt habeṫ.iiij. Regū.x. ideo ipsa q̄a cōtra legē regnauerat extra septa tēpli fuit ducta & interfecta: vnde lętatus est populus terrę, causamq́ lętitię dat Magister histo. q̄a abstulerat dn̄s opprobriū ne mulier sup eos regnaret. Ex quibus paret ꝙ nō fuisset opprobriū reputatū si mulier regnare debuisset, ideo extitisset gaudiū ꝙ lex dn̄i impleretur. Qui ergo in regno Frācię ex filię successione ius habere pretēdit chimorisat, etiā lex illa erat iudicialis, & iudicialia in lege noua cessauerūt: nā trāslato sacerdotio necesse est vt legis fiat trāslatio: habetur ad Hebręos.vij. sed sacerdotium est trāslatum ab Aaron in Christo, ergo & tota lex translata: sic igitur iudicialia non obligāt. Circa hęc tempora quęstio & altercatio inter Theologos oritur, de visione essentiali dei post mortem beatorū, quā papa morte ꝑuētus reliquit indecisam, sed eā successor eiꝰ determiāuit.

Vxor papam maritū in iudicio obtinuit.

Edoardꝰ repellit a regni postulatione.

Nota ꝙ de iure diuio filię non debent i regno succedete.

¶ Hic autem pontifex anno.xj. pontificatus sui conuentu habito Guidonem Petramalē post occupatā ciuitatē castelli exauthorauit, coronāq́ a diœcesi Aretina separauit, & in ciuitatē erexit. Tandē anno ętatis suę.xc. Auinioni moriens tantam in thesauris suis auri & argenti vim reliquit, quantam vnq̄ nullus ante eum pontifex fecerit. Interrogatus hic aliquādo qui foret a veritate remotus, respondit vulgi sententia, nam quicquid laudat vitupetio dignum est,

quę quod cogitat vanũ: quę quod loquitur falſum: quod improbat bonũ: quod approbat malum & quicquid extollit eſt infame. Huius quoq; tpe Ioannes de Polliaco natione Picardus, aſſerens eos qui mendicãtibus religioſis peccata cõfitentur oportere eadem ſuis curatis rurſus enarrare, põtificis iudicio aliter ſentire compulſus eſt.

ℂCapitulum. CCLIII.

Ludouicus Hutinus.

PAtris funere in ſepulchrum delato Ludouicus Hutinus filius eius regnum adeptus eſt, qui ſtatim inito regno cũ nihil in theſauris paternis inueniſſet Enguerrannum qui regia negocia viuente Philippo adminiſtrauerat in carcerẽ conijcit, cuius vxor cum totis viribus maritum conaretur a vinculis eximere quoſdam Magos Pauiotum ſcilicet & Claudiam mulierem adit, pro

Magorũ malignitas.

miſſiſq; muneribus petit vt Enguerrannum liberent. Itaq; cęreas quaſdã imagines ad regis & Caroli Valeſij, cuius cõſilio Enguerrannus detinebatur ſimilitudinẽ effingunt, quę languentiũ ſpeciem prę ſe ferẽtes breui vt magis videbatur vitã regis ac Caroli definierãt, ſed cognita Magorum malignitate ac fal

Magorũ ſupliciũ.

lacia Enguerrãnus in ſupremo Pariſienſis patibuli ligno ſtrangulatus eſt, Pauiotus autem ad inferiorem trabem illaqueatus. Claudiam vero flamma conſumpſit. Per id etiã tempus quatuor veneficę mulieres cum veneno depręhenſę igne crematę ſunt. Prӕterea Ludouicus cum pecunia illi opus eſſet tributa quę pater impoſuerat colligere tentauit, ſed cum cognouiſſet populum ad arma paratum negocio abſtinuit. Rebellibus etiam Flamingis bellũ indixit, ſed tãtis imbrib⁹ terra plena vbi caſtra Frãcoꝝ erãt vt genuũ tenus eq; detinerẽtur, ob quã cauſam nulla re geſta in Franciã reuerſus eſt. Hanc autẽ temporũ iniuriam ſecuta eſt fames, ac peſtilentiã permaxima. At Ludouicus apud Vicẽnas agens mortuus eſt, relicta vxore grauida, quę poſtea filium Ioannem enixa eſt ſed paucorum dierum rex breui mortuus eſt. Inſtituerat autem Ludouicus vt Parlamenti curia ſtabilis permaneret apud Pariſios, ne litigatores nimijs impenſis grauarentur.

ℂCapitulum. CCLIIII.

Philippus Lõgus.

ITaq; Ludouico ſine liberis maſculis defuncto, Philippus cui cognomento Longus Pictauorum comes, ac Ludouici frater ex rectore a ꝓcerib⁹ Francis rex ſalutat⁹ eſt. Moxq; inter ipm ac Flamigos pax eſt. huic tamen aduerſabatur Burgũdus dux dicens filię Ludouici regnum deberi, quę res poſtea controuerſias, ac bella multa Francis inuexit. Burgundũ tamen in ſuas partes Philippus traxit data filia grauidiore natu vxore. Per hos etiã dies quidam ouium paſtores ſeipſos cruce ſignantes in Syriam religionis cauſa profecturos ſe palã denunciabant quaſi cœleſti oraculo id opus agerent: hi tñ prędas & latrocinia exercẽtes a Carcaſſonenſibus patibulis ſtrangulati ſunt. Erãt

Iudęoꝝ horrẽda maligni tas.

quoq; per id tempus Iudęi apud Frãciã. quos a Philippo Pulchro regno pulſos Ludouic⁹ Hutinus reduxerat, qui leproſos quoſdã mercede cõducẽtes venenũ puteis per omnem Franciã infundere leproſorũ opera cõiurauerãt, quo omnes Chriſtiani illi⁹ aquę potu interirẽt aut elephãtię morbum incurrerẽt. Itaq; ſan

Leproſi cũ Iudęis cõburũtur.

guine & lotio humano cum quibuſdã hęrbis lętiferis pharmacon cõfectũ panno inuoluẽtes in profundũ puteorũ deijciebãt, quod poſtq̃ Philipp⁹ cognouit veneficos oẽs leproſos ſcilicet ac Iudęos flãmis cõburi mãdauit. Horũ quadraginta cũ ſe morti addictos reſcirent, duos ex eorum numero delegerũt, qui cę

teris omnibus mortem inferrent. Vetustissimus itaq̃ illorũ atq̃ iunior hoc exe
crabile opus perpetrarunt. Omnibus igitur interemptis iunior seniorē necat,
qui fune ꝑ fenestrā sese demittēs in foueā lapsus crus fregit. Inde a Christianis
dephēsus appēsus patibulo est: reliquoꝝ vero cadauera cremata fuere. Quibus
ita gestis Philippus diē clausit extremũ apud fontem blandi, sepultusq̃ est apđ
sanctũ Dionysiũ anno salutis. M.ccc.xxj.

¶Cap.CCLV.

BEnedictus. xij. natione Tholosanus Cisterciēsis ordinis Iaco Benedictus.xij
bus antea vocatus sedit in cathedra Petri annis. viij. vacauit se
des diebꝰ. xiij. Hic primus incepit cōstruere palaciũ apostoli
cũ Auinione. Hic circa collationē bñficioꝝ timens ne cōfer=
rētur indignis durꝰ fuit, sentētias latas per prędecessorē suum
cōtra Ludouicũ ducē Bauarię se ꝓ imperatore gerentē nunq̃
aggrauauit, sed & legatos misit mouēs & exhortās vt ad Ecclesię rediret vnita
tē. Anno secũdo sui pōtificatꝰ in die sanctorũ Simonis & Iudę circa horā ve=
speroꝝ ventus improuise surgēs diuersis in mũdi partibꝰ aerē adeo fortiter cō
mouit turbinosum, nec tñ diu durans, vt locis in multis tecta Ecclesiarũ & do
morũ etiā plũbea ad magnā distātiā trāsportaret, magnaq̃ & multa fuit domo
rũ/Ecclesiarum & monasterioꝝ ruina. Eodem anno. iiij. Kl'. Februarij Decreta
lem edidit, quę incipit, Benedictus deus in donis suis, decisoriā quęstionis agi=
tatę, de visione essensiali sanctoꝝ ante diem iudicij determinās ꝙ aīę sanctę ni=
hil habēt expurgabile, primo statim vt decedũt faciē dei vidēt, mādās sub pœ=
na anathematis & incursionis hęresis ne quis cōtra hmōi determinationē dog=
matizaret aut crederet. Circa idē tēpus dñs Alphōsus rex Hispanię cōtra regē
Marrochię cũ certo ꝑlio triũphauit, & in signũ victorię idē rex vexillũ suum
dño papę misit, qđ vsq̃ hodie in capella papę Auinioñ cōseruat̃. Hic aũt pōti=
fex cũ in Theologia & alijs multis doctrinis & moribꝰ insignitꝰ esset tātę fuit
cōstātię vt nũq̃ a recto dimoueri posset. Bonos em̃ diligebat & vicissim malos
ac sceleratos aperte odio habebat. Semel aũt toto sui pōtificatus tpe sex presby
teros cardinales viros egregios nō de sua stirpe (vt nunc fit) sed vndequaq̃ ad
tantam dignitatem vocatos creauit. Eius autem tales fuerunt sententię. Talis Benedicti pręclara dicta.
esto filius quales gnatos cupis habere. Malus mortem/bonus autem magis vi
tium formidat. Quęsita legendo serua, quę nescis legēdo disce. Aeque turpe est
carere amicis & eos sæpe mutare. Optime conseruantur amici si preces cogi=
tant. Regi turpius est vinci beneficijs q̃ armis. Hic deniq̃ moriens magnā vim
auri & argenti non cognatis & amicis sed Ecclesię reliquit: quā ob rem in eius
morte omnes tum pręsentes tum etiam absentes collachrymarunt. Huius etiā
tempore Petrarcha insignis Poeta laurea donatus est in capitolio Romano.

¶Capitulum.CCLVI.

PHilippo sine liberis defuncto Carolus eius frater Marchię co= Carolꝰ
mes successit. Hic Blancham Matildis filiam, quę Carolum ex
fontibus leuauerat in vxorem duxit: cognito tamen ꝙ secundũ
Canonũ diffinitionem illegitima esset eam dimisit. Per id tem=
pus apud Aquitaniam erat quidam nomine Iordanus, cui Ioan
nes pontifex. xxij. matrem desponsauerat, sed cum esset mori= Iordanꝰ suspēditur.
bus ferox rapinis q̃plurimũ delectabat̃. Inde apud Carolũ accusatꝰ cũ sarmē=
te (vt verbis Galloꝝ vtar) virga q̃ ad officiũ de more vtebat̃ occidisset, iudicio

parlamentei senatus a tigno superioris Parisiensis patibuli pependit. Interea bellū ab Aquitania surgit,dicente Mōpesaco Aquitaniam Anglorum ditioni subesse. Inde occisis multis Francis vrbes aliquot Monpesacus nomine regis Anglorꝫ recuperat. Quo cognito Carolus Riolam petit arcē expugnaturꝰ:verū eruptione ab oppidanis facta retrocedere Francos coegerūt,nōnullis occisis. Hęc ęgreferēs rex machinas ad muros statim admouet breui vrbem recepturus,inde pace conuentum est. Itaqꝫ hostis Carolo parere contentus modo saluis fortunis suas ædes incolere liceat, Aimirus regis Anglorum frater,qui arcem tuebatur ad fratrem ire permissus est. Qui cum tempore statuto non reuerteretur oīs Aquitania pręter Burdegalam & Baionā Caroli iussis facile obtemperat. Post hęc vero Isabella Caroli regis soror Angli regis coniunx ad fratrem venit componendę pacis causa,qua obtenta cum dies multos in Francia mansisset,timens ne marito suspecta foret in Angliam propere reuertitur,quo cognito rex Anglus singulis portubus custodes adhibet,qui reginam propellant,quo minus Angliam intret. Isabella vero cognita mariti perfidia Ioannē Hannoniū accersit,qui tū trecētos milites habebat,qui multos Anglos in suā partē trahens tandē reginā ad virū reduxit,quā cū pertinax Anglus nollet recipere proceres in eū arma mouēt,atqꝫ regno deturbāt suffecto in eiꝰ locū filio Edoardo. Ioannē vero dispēsariū cuiꝰ cōsilio Anglus rex Isabellā nō admittebat capiūt,atqꝫ ptiꝰeuulsis intestinis atqꝫ corā igne cōsumptis capite punit. De

Carolꝰ morit. inde Carolus cui cognomen Pulcher āno salutis.M.ccc.xxvij.apud Vicēnas obijt,sepultusqꝫ est apud Dionysianum cœnobium,relicta vxore grauida.

Capitulum.CCLVII.

Clemēs.vj. CLemēs.vj.natione Lemonicen̄,Petrꝰ antea vocatꝰ primo monachus,deinde Archiepiscopus Rothomagēsis,postremo electus fuit in papā,anno dn̄i.M.ccc.xlij.in cathedra Petri sedit annis.xj. Anno primo sui pōtificatꝰin ęstate fuit tāta aquarū inundatio fere per totū mūdū nō a pluuijs orta,sed vndecūqꝫ ꝙ scaturire etiā in mōtiū cacumine videbat,adeo ꝙ loca incōsueta occuparet,& in ciuitate Auinion̄ nauigio iretur,& per muros multarum ciuitatū,& p̄sertim ciuitatis Colon̄ a nauibꝰ scāderet,pōtes & turres plurimę ruerēt ab aquis suffossę. Eodē anno mēse Ianuarij p̄fatus papa pn̄tibus legatis Romanoꝝ in anno.l.futuro oibꝰ visitātibꝰ vrbē cōcessit indulgētiā plenariā, & annū illū instituit Iubileū quē olim Bonifaciꝰ.viij.statuerat de cētesimo in cētesimū,iste de.l.in quinquagesimū cōmutauit. Dictus pontifex anno.ij.sui pōtificatꝰ idibꝰ Aprilis ꝓcessus cōtra Ludouicū ducē Bauarię innouās ipm penitꝰ reprobauit.monuitqꝫ electores vt ad electionē ꝓcederēt,alioqn sedes apostolica ꝓuideret. Eodē anno mēse Iunij Edoardo regi Anglię cōtra Philippū regē Frācię mare trāsituro ꝓpe Sclusā portū Flādrię obuiauit exercitꝰ Frācorū,cōfligitur,tāta strages facta ꝙ aqua maris plęrisqꝫ diebꝰ tincta sanguine videret. Dicti pōtificis tpe & anno.xlvij.inter Philippū Frācię & Edoardū Anglię reges ꝓpe Cressiacū cōfligitur,ibidē rex Bohemię,comes Flādrię & ꝗplures terrarū dn̄i ꝓpter regē Frācię aduenię̄tes occisi sunt,victoria cedēte Anglicis. Subsequēti anno circa Purificationē beatę Marię virginis cepit mortalitas Auinionē durās ibi fere per annū,& deinde per partes alias serpēdo per totā Frāciā,Italiā,& Alemaniā crescebat tā vehemēs vt viui vix sufficerēt mor-

Dira pestis.

tuos prę multitudine sepelire,& multę villę & loca multo tempore desertę manerent. Nascebantur hominibus vlcera sub ascellis,& his natis post tertium diem superuiuere non poterant. Aliqui etiam proprio sanguine suffocabantur. Hanc pestilentiam aliqui afferebant ex coniunctione aliquorū planetarū ortum habuisse in signo Aquarij,cuius effectus.xx.annis erat duraturus,& ex aere corrupto,ita q̄ hoīes se mutuo inficiebāt,sicut ad hoc erant dispositi scd̄m cōplexiones. Anno sequēti Iudęi per totā Alemaniā fuerunt cōbusti,quib⁹ imponebatur q̄ fontes & puteos intoxicassent,quorꝫ quidē tortura affecti id confessi fuerunt esse verum. Subsequenti anno &.vij.Septembris terręmotus fuit Romę,& in multis ciuitatibus Italię,tūcq̄ Ecclesia sancti Pauli Romę,ac plura alia ędificia ceciderunt. Hoc tempore Delphinatus Vienneñ ad manus Caroli venit primogeniti Ioannis regis Francię ex vltimi Delphini renunciatione,qui ex milite factus fuit Patriarcha Alexādrinus. Anno domini.M.ccc.lj. visum fuit in prouincia portentum ignis in coelo,quod a Philosophis appellatur candela rotunda. Quo anno in Alemania surrexit quędam secta pestifera gentiū quę se poenitentes cruciferos seu flagellatores appellabant. Cōfluebāt huiusmodi ex diuersis docti cum indoctis,nobiles cum ignobilibus,sine delectu personarum congregati,& peregre euntes sub vexillo crucifixi.xxxij.diebus cum dimidio peractis nunq̄ in vno loco ptęterq̄ diebus dn̄icis bina nocte quiescentes,faciebant poenitentiā mane & sero nudantes corpora solis foemoralib⁹ retentis:se flagellabāt flagellis nodosis,acubus insutis,cum trib⁹ chordis ictus dantibus. Haec secta coepit in superiori Alemania,& ad inferiorem descendens,demum ad partes Gallicanas: qui dum prohiberentur a clero,minabantur violentiam se facturos. Tandem nisi quia dn̄s papa sub sentētia anathematis id phibuisset,mala plurima per eos attēptata fuissent. Et quia vt pręmissum est,dictus summus pōtifex electores imperij monuerat vt ad electionē procederēt: Ideo Colonień, Treuireñ,& Magūtiñ Archiepī,dux etiā Saxonię,& Ioānes Bohemię rex in villa Rensę Treuereñ dioecesis dn̄m Carolū dicti regis Bohemię primogenitū in regē Alemanię elegerūt,qui postea in oppido Veneñ dioecesis circa festū sanctę Catarinę corona ferrea coronat⁹ est eo q̄ vrbs Aqueñ,vbi hoc fieri est cōsuetum,Francfordia vbi electio celebrari consueuit,Bauaro tūc viuēti adhęrebāt. Hic imperator anno.lv.descēdēs in Italiā coronā imperialē suscepit,& vxor eius cum eo in Basilica sancti Petri Romae in die sancto Paschę. Statimq̄ Romā exiens vicarium fecit Marchionē Monstisferrati in Italia,& Episcopū Augusteñ in ciuitate Pisana. At populus Roman⁹ libertatē vt videbatur vindicatur⁹ quēdā Nicolaū Rentij notariū vrbis in tribunū elegerat,qui populi fretus auxilio multos nobilium occidit,seq̄ lauari faciens in concha qua olim Cōstātinus imperator mūdat⁹ est a lepra,ipse die sancto Pentecostes miles factus Talenticulū sibi vsurpauit: hoc titulo sibi imposito: Candidatus spiritus sancti miles Nicolaus seuerus & clemens,liberator vrbis,zelator Italię,amator orbis,& Tribunus Augustus. Iste gubernādo vrbē pacē multā in ea & in vicinijs ei⁹ fecit. Dn̄m Carolū electū & electores corā se citari mādauit,docturos de iure suo,& alia multa egit quę dignitati & iuri imperij derogabāt. Tādē habitū ignotū inducēs curiā dn̄i Caroli in Bohemia adijt scrutatur⁹,sed ip̄m agnitū sibiq̄ pn̄tatū idē impator papę misit,q̄ ip̄m Auinioñ i carcere aliquādiu reclusit. Sed cōperto q̄ aduers⁹ Ecc̄iam nihil

Nicolā⁹ Rentij.

attentasset relaxatus dimittitur,& Romam rediens a populo tumultuante peri mitur. Dictus imperator fuit vir peritus literarum,& multarũ linguarũ,astu tus,sagax,qui regnum Bohemię optime reformauit in Italiam:cum maximo veniens potentatu.ope & fauore Vrbani quinti terribilis primo apparuit.Sed cito cum magna pecunia,sed maiori infamia reuersus est ad patriam,obijtq; se nex cum imperasset annis multis. ¶Clemens autem pontifex quosdam car dinales ex Auinione Romam misit,qui statum vrbis componentes,seditioni bus sublatis,Petrum Sarram Colunensem,& Ioannem Vrsi filium senatoris declararunt. Deniq; cum Bauari & Mauri infideles vtrãq; Hispaniam & Ger maniam lacerarent,Clemens hic pontifex ad gerendũ bellum contra eos prin cipes Christianos compulit,qui contra hostes sępe & feliciter pugnauerunt/ multisq; eorum cęsis innumerabiles triumphos egerunt. Postremo in omnib9 boni pastoris officio functus anno domini millesimo.ccc.lij. Auinione mori tur,& a cardinalibus adhibita honesta funeris pompa ibidem sepelitur. Hic ita q; optimus pontifex cum esset eruditissimus vir & secularium literarum non ignarus,ac iuris pontificij doctor insignis & declamator verbi diuini famosis simus, edidit quędam opuscula non indocta,e quibus sunt ista: Sermonũ liber vnus,in approbatione Caroli liber vnus,collationes multę liber vnus,Episto larum liber vnus,In canonizatione sancti Iuouis liber vnus.

Cle mẽs mo ritur.

¶Capitulum.CCLVIII.

Philip pus Va lesius.

Carolo itaq; defuncto cum vxor eius Ioanna grauidã esset Phi lippus qui Carolo gradu masculino coniunctus erat regnum administrat,q̃uis nonnulli se propinquiores gradu fœmini no cẽserẽt. At Ioãna cum apud Vicẽnas peperisset filiã enixa est,Vnde Philippus Valesius ex regente rex effectus est. Re gno itaq; assumpto repetens animo Flamingos semper esse pertinaces in eos exercitum ducit,quem in decem acies distribuit,quo cognito Flandrenses etiã coactis copijs in edito loco suas acies instruunt,vt regi pos sent resistere. Hi cum nullam pugnandi potestatem facerent Philippus eorũ agros incendi iubet,sed nec sic loco moti Flãdrenses/sese curare a labore instu tuerunt Franci: vnde postea remissius agentes nullas excubias faciebant quin potius alea ludentes nihil timebant. Ea re vigilanter comperta Flamingi subi to in castra Francorum ruunt,pugnatum est ab alterutris acerrime,sed cũ Frã ci milites arma resumpsissent tantam hostium stragem fecere, vt in eo prelio octingenta supra decem & nouem millia cecidisse manifestum sit. Hac victo ria de Flamingis habita statim Ipras in fidem recepit rex cum multis alijs op pidis,atq; eo pacto Ludouicum Flandrię comitem in patriam reducit. Quib9 itaq; gestis Philippus concilio multorum sacerdotum ac procerum apud Pari sios habito expeditionem in Syriam parat,quam ob causam Anglię regẽ Edo ardum rogat vt itineris ac belli socium sese adiungat,sed nihil eorum quę sunt Christi curans rex Anglus magis se in Franciam parare exercitum respõdet. Circa hęc tempora Hugo Crussiarus Parlamẽteus pręse x Burgũdia oriun dus ob corruptũ iudiciũ patibulo Parisiẽsi appẽsus est,ãno dñi millesimo.ccc. xxxvj. At Anglus exulceratum gerens animũ incursiones multas in Franciã facit: similiter & Franci apud Vasconiam grassantes ea quę ditionis erant An glorum incendebant,populabãturq;. Per id tempus Flamingi partes Edoardi

Flamin gi vin cuntur.

Hugo Crussia r9 suspẽ ditur.

sequebantur duce Iacobo Artenella plebeio apud Gandauos genere oriundus, quorum spe fret⁹ Anglus Ludouicum Bauarum sese nominari fecit, vt hoc nomine Theutones in suam partem faciliori negocio allicere posset. Dum hæc ab Anglo agerentur duas ex classe Anglorum onerarias naues non sine suorũ strage capiunt, quę quanto fuere prius nocumento, tanto etiam postea cõmodũ attulerũt ob innumeras in eis repertas opes. Quo facto tũ Angli tum etiã Franci regiones & Francorum & Anglorum vicissim perdunt ac vastant. At comes Salberiensis qui ab Edoardo Flandrẽsibus pręfectus erat vt insigne nomen compararet Insulam expugnare instituit. Cuius aduentum Insulẽses certiores effecti Salberiensem comitem disposita prius acie a tergo inuadunt & capiunt: cęteris qui cum eo erant interfectis aut captis. Hoc damno affecti Flamingi pacem cum Philippo inire satagunt, sed quas ponebant pacis conditiones respuens Philippus ad Anglum reuertũtur. Quod Philippus animaduertẽs classem quadraginta nauium instruit, quo Anglum cum Flamingis a suis finibus repellere posset. Harum duces Barbanarius & Nicolaus Buchetus extitere. Itaq; Barbanarius periculorum maris peritus cum Anglum aduenientem cerneret socios monet vt in patens pelagus traducãt, quo sese tueri possẽt, sed non obtemperantibus cęteris, atq; in angustum sese continentibus post sex horarum pugnam triginta millia ex vtroq; exercitu cecidisse narrantur. Edoardus vero in fœmore graue vulnus excepit, sed solidato vulnere Gandauũ nihilominus petit. Inde iterum coacto exercitu cœptum iter progreditur. Fuisse in exercitu Edoardi centum viginti millia electorum pugnatorum ab Historicis narratur. Contra vero Philippus instructo etiam milite obuiam pergit, qui cognito Roberti Arthesiensis in Audemaros incursione illi in animo fuit, Robertum intercipere: sed mutato proposito in hostem non est progressus. Robertus vero pro portis irrumpens aliquot milites Frãcos occidit, sed qui in oppido erant hostem adeo propellunt, vt ex quadragintaquinq; millibus tria millia desiderata sint, cęteris omnibus in fugam versis. Deinde vero Robertus ad Edoardum cum exercitu se recipiens vna cum Edoardo, cęterisq; tum Flamingis tum Theutonibus Tornacum obsident. Hi omnes cognito Philippi aduẽtu ab obsidione statim abstinent: vnde nulla pugnandi potestate ab alterutra parte facta de concordia inter reges comitis Hannonię matre interueniẽte conuẽtum est, Inducijs hincinde datis: verum in fide non manens Anglus huc atq; illuc pręda agit. Insuper Montemburgum, Carentum, sanctum Londum, cęteraq; oppida apud Normaniam vi capit, pręlijs multis in Angliã traductis. Inde mouẽs Edoardus omnia oppida castellaq; sancto Clodoaldo tenus incẽdit ac diripit. Cui occurrens Philippus a suis proditus, ac fugę sese dedentibus Genuensibus balistarijs ipse cum paucis nocte ad Ambianos se recipit, reliqui vero Franci deserto rege fugę se dederunt complurib⁹ occisis, e quorum numero Bohemus rex, comes Aleconnus Philippi frater Lothoringorum dux, Ludouicus Flamingorũ dux cum cęteris Frãcis procerib⁹ trucidati sunt. Postridie vero cum permulti pedites atq; equites Francorum fuga lapsi ad suos redirent, visis procul Frãcorum signis, quę Angli erecta tenebãt illuc pergunt, atq; in manus hostiũ incidentes multo plures q̃ pridie occisi sunt. In eo pręlio triginta millia Francorum cecidisse reperta sunt, nonnullis culpam Philippo attribuentibus q; suos nimijs vectigalibus affligeret. Fuere etiam tunc temporis

Franci vincuntur.

Franci nimia lasciuia ac vestimentorum cultui dediti, adeo vt iaculatores omnes Francos ex eorum vestimentis crederes. His rebus prospere gestis Edoardus Calisiũ oppidum multo milite obsidet, atq̃ tãdiu oppugnat, quo ad desperato auxilio oppidani sese dedunt vita salua cum vna tm̃ veste abire permissi.

Carol⁹ Blesensis captiuus i angliã ducitur.

His malis accedit q̃ Carolus Blesensis Britonum dux apud rupem Terianã victus in Angliã captiu⁹ duct⁹. Insuper & pestis valida Frãcos vexabat, quib⁹ incõmodis affectus Philippus post inducias vnius anni ab Edoardo impetratas apud Nongentum regis moritur, anno salutis millesimo.ccc.l. annũ agẽs quinquagesimum septimum, sepultusq̃ est apud sanctum Dionysium postq̃ annos tres & viginti regnum administrasset. ¶Cap.CCLIX.

Philippus moritur.

Innocẽtius. vj.

INnocentius sextus natione Lemoniceñ in cathedra Petri sedit annis.x. vel circa. Anno sui pontificatus secũdo.xvij. Septẽbris hora tertiarũ fuit eclipsis Solis ferme duab⁹ horis, quo anno hyems adeo fuit aspera, vt fluuij quasi septem hebdomadibus congelati stetere, & quadrigę magnę onustę per glacies transiere. Dicti pontificis tempore & anno.lv. Iacobus rex Arragonię breuissimę staturę & deformis admodum in curiam venit causa cõponendi cum Ecclesia super regno Sardinię, quod Ecclesię titulo possidebat/tenebar. Circa hęc tempora ad petitionẽ regis Basię missus fuit Episcop⁹ Patteñ de ordine Carmelitarum ad baptizandum ipsum & populum. Sed illuc veniẽs vacuus reuertitur eo q̃ syncere non petebat idem rex, sed vt regis Vngarię incursus euadere posset. Anno.lvj. Edoardus primogenitus regis Anglię vastauit ducatum Aurelianeñ, duce Laucastrię Britanniam deuastante. Eodem anno in superiori Alemania fuit terręmotus in die sancti Lucę, & pluribus alijs diebus, adeo vehemens q̃ ciuitas Basileensis funditus euersa est, & circa eam castra.lxxxv. ceciderunt. Homines in diebus illis vagi in campis currebant, nõ audentes in ciuitatibus & locis vbi ędes erant lapideę permanere. Eodem tempore de mense Maij circa Spiras/Argentinam/ & Treuiros fuit terręmotus grauissimus, multisq̃ in locis terra aperta aquam albam & fœtentem euomẽs, castra & loca fortia casui dedit & ruinę. ¶Circa hęc tempora in die sancti Bartholomęi fuit terręmot⁹ i regno Portugallię arces subruẽs & castra. Anno dñi. M.ccc.lvij. bellũ ortũ est iter reges Castellę & Portugallię, & ciuitas Tyrazoneñ capta fuit p regẽ Castellę. Anno vero.lx. dux Mediolan⁹ obsedit Bononiã, q̃ restituta fuit eodẽ anno Ecclesię Romanę, quo tpe fulminati fuerunt pcessus aplici cõtra Barnabonẽ inuasorẽ terrarũ Ecclesię. quo tpe Ioãnes rex Frãcię pro trib⁹ millionib⁹ florenoꝝ liberat⁹ est a populo regni sui recept⁹ in mẽse Ianuarij. Eodẽ anno de mẽse Februarij magn⁹ ignis quasi tot⁹ aer ardere visus est in Alemania, quo ãno & in ęstate sequẽti mortalitas icepit in Auinione, vbi obierũt octo cardinales & populus innumerabilis, & caritas grandis fuit, adeo vt sarcinata frumenti octo florenis vendebatur. ¶Cap.CCLX.

Basilea ruit.

Ioãnes rex.

POst Philippum Valesium Ioannes eius filius maior natu Normanorum dux regni diademate insignitus est, ac de more regũ Remis vnctus. Cuius regni initio tanta annonę caritas fuit, vt sextarius tritici octo libris venderetur. Quo etiam tempore Franci aduersus Anglos apud Xanctonas pugnãtes fugati occisiq̃ sunt. Quibus mox & aliud ab Anglis detrimentum fuit.

Nam Carolus rex Nauarrę Connestabilem apud Rothomagum tunc agentē missis satellitibus occidit, quem a Ioanne ad Anglos deficientem multi proceres secuti sunt. Quo cognito Ioannes rex miseram regni fortunam cernēs Nauarrā pollicitationibus allicere cupiebat data etiam pecunia, quam sibi a Ioanne deberi dicebat, sed cum inquieto esset ac perfido animo iterum ad Anglos defecit. Quā ab rem ex Anglia mouens Edoardi filius multo milite instruct⁹ ad Tholosates auxilio Caroli Nauarri aduentens Narbonam vsq; oppida ac castella incendio consumpsit. Edoardus vero Arthesium ingressus nullo respectu induciarum habito prędas vndequaq; agit. His malis pressus Ioannes a populo petit auxilium aduersus Anglos. Itaq; omni consensu triginta millia pugnatorum a populo regi assignantur, qui populi impensa militarent. Nec fuit quispiam qui non vel sui operis aut census prouentum capiens non contribueret. Tum vero Ricardus Edoardi filius in Bituriges & Pictauos grassans in Turonos breui se venturum dicebat. Contra quem Ioannes instructis aciebus pergens in Pictauiam redire coegit. Quo cognito Ioannes hostem persequitur sed inter densissimas vepres castra collocans Ricardus vallis vndiq; se munit, Ioannes vero non procul ab hoste castra etiam collocans acies triphatiam diuisit. Primam ducebat Francię Connestabilis. Secūdę pręerat Carolus dux Normanus Ioannis filius maior natu. Tertiam Philippus Aurelianeñ dux moderabatur. Quib⁹ ita dispositis. xiij. Kł. Octobris āno salutis millesimo. ccclvj in vallum hostium irrūpere conati crebris sagittariorum iactibus tardati sunt atq; ita qui imbellis erant animi equites pedites q; magno numero ignominiose fugerunt. At Angli nihil morati in Francos irruentes mille septingentos occidere occiso Cōnestabili qui primam aciem ducebat Gaufrido, qui Auriflammā preferebat. Ioānes vero egregie prę ceteris pugnās a Dionysio Morbequo equite Arthesiensi cum Philippo eius filio viuus captus necnon cum mille septingentis Burdegalam perductus est. Carolus vero filius maior natu fugiens Parisium se contulit, quo miserę fortunę opitularentur Parisienses, qui omnes vno consensu subueniendum decreuerunt, sed cum suam quisq; fortunā ampliare cuperet vix a Parisiensibus quippiam Carolus obtinuit. At Narbonensis prouincię incolę statim vt statum regis cognouerunt octo millia hominum pugnatorum suis stipendijs decernunt, tantusq; mœror apud eiusmodi regionis incolas erat, vt nullus insignis coloris vestes deferret. Interea vero Nauarrus qui in custodia asseruabatur a Ioāne Pinquigniaco quem rex Arthesio præfecerat, vt ereptus ad Parisios veniens quæ postulabat a Carolo obtinuit, multos enim habebat Parisienses in sceleribus complices. Ob quam multę cędes, multęq; prędę tum Parisijs tum agris vicinis factę sunt, adeo vt multis proceribus occisis vix Carolus euaserit, tantaq; seditio fuit vt passim capitiolis quibusdam ad seditionis discrimen impositis, vndiq; Parisiensis vagarentur, hinc atq; illinc quos repperissent occidentes. inter has calamitates Carolo cura fuit Campanos, Meldenses, ac Vicomādos in fide continere, atq; ita consensu apud Compēdium habito vno consensu decretum est, vt a ciuitatibus & oppidis singulis ex septuaginta domesticis capitibus eques vnus daretur ex agris & vicis, de centū liberis hominib⁹ vnus, de ducentis seruis vnus cōmuni impensa ad subsidium belli legerentur. Clerus vero decimam: nobilitas ex centum librarum annui prouent⁹ solidos centum penderet, pręter decimas quibus

Connestabilis a nauarro occiditur.

Edoardus Arthesium vastat.

Ricardus.

Ioānes capitur & in angliā perducitur.

Carolus ad quotidianos sumptus vteretur. Per id etiam apud Beluacenses agricolarum quædam insolens turba in nobiles grassata est, adeo vt Compendium atq Syluanectum nobilium multam cędem faciens multas etiam arces spoliauerit atq deiecerit. Inde vero nobilium vxores ac filias coram maritis stuprantes paulo post interficiebāt, tātus hoꝝ furor erat, sed a Nauarro rege atq Carolo depręhensi ad viginti hominum millia cęsa sunt. His ita peractis de Parisianis vltionem facturus Carolus magno militum numero sese instruit, quo cognito Parisienses Nauarrum regem sibi capitaneum etiam instituunt, qui non multo post tempore octo millia Anglorum qui sub eo militabant ad vrbem tuendam aduersus Carolum imponit, sed cum Angli prędas agerent in eos Parienses mouentes trucidant multis in vincula coniectis, cuius facti tamen eos postea pœnituit, nam dum eos persequūtur apud saltum diuę Marię Bononiēsis insidijs positis maxima Parisianorum pars trucidata est. His tamen a Nauarro atq pręposito Parisiensi ita peractis populus prępositum ac multos, qui aduersus Carolum conspirauerant trucidarunt, quare excandescens Nauarrus Carolo qui tū Parisios in fide cōtinebat bellū indixit, atq cū Anglis multas incursiones faciens omnia populabatur, multis vrbibus atq oppidis direptis. Non possunt Epitomatis cœpti causa huius temporis omnes calamitates regni Frācię narrari, nam nullum oppidum fuit, nullus deniq vicus quin suę factionis principem deligeret. Interim Edoardus de pace ad Francos mittit, petens pro regis captiui redemptione Normaniam sibi perpetuo dimitti, Xāctonas insuper ac totam Pictauiam Turonumq cum Vasconia ac Narbonia, adhuc quadragies centum millia philipporum aureorum, & super hęc centū millia librarum Sterlingorum. Quę pacis conditiones cū Francis gratę nō essent communi decreto bellum Anglis indictum est. Quod ęgreferēs Edoardus cū quadringentis equitibus & duobus sagittariorum millibus in Galliam traiecit cum sex carroꝝ millib⁹ annona varijsq rebus oneratis. Comitabātur fossores quingenti & fabri lignarij qui syluas impedientes exciderent. Igitur Remos obsidens cum ibidem quadraginta dies stetisset re infecta Senones petit, ac deinde ad Burgum reginæ, qui a Parisijs quatuor milliaribus distat / castrametatur, ex quo incursiones vsq ad muros Parisiorum faciens acerrime repulsus est. Inde vero recedens Britanniam petijt, vbi per ęstatem morat⁹ initio Autumni ad suburbia sancti Marcelli iuxta muros Parisienses redijt, sperans Parisianos belli potestatem facturos, sed intra mœnia sese continentibus Francis Carnutum petit, clam explorans si pacis conditio posset admitti. Quā non renuentes Franci multis iam bellis attriti ad hunc modum apud Brerigniacū conuenere. Anglo omnis Pictauia Andegauos vsq cum Xanctonis Lemonia omniq Aquitanię ducatu obuenit. Ei quoq diebus statutis tredecies centena millia aureorum persoluerentur. His conditionibus Caroli nomine ita firmatis Ioanni in Franciam redeundi libertas data est. At milites qui arces occupabant exire iussi capitaneos sibi constituunt, atq ita Burgundiam populātes tandem post multam Francorum cladem Auinionē deuenere, in qua tunc pontifex morabatur, quorum aduentu exterritus pontifex Marchionem Montisferrati accersit multis pollicitationibus eum ad hanc perditorum hominum colluuiem tollendā alliciens, quos dum sibi ad bellū conducere inspicit sexaginta florenorū millibus datis, aduersus Mediolanenses secum ducit. Dum hęc age-

Insolentes Belouaci.

Misera Francorū fortuna.

Cōuētio inter Frācos & Anglos.

rentur Philippus Burgūdorum dux moritur, cui succedēs Ioannes rex cū Burgundos inuiseret Auinionem deuenit salutandi pontificis gratia. Ibi calamitatem Christianorum qui in Syria erant audiens cruce se signat, spondens se in Sarracenos breui expeditionem ducturum, inde ad Anglos transiens de filijs obsidibus liberandis curam gerens Londonijs mortuus est. Cuius corpus ad cœnobium Dionysianum delatum ad maius altare sepultum est. Hoc tempore Manta ex Nauarri ditione a Francis erepta est cum alijs multis oppidis.

Ioānes Auinionē adit. Ioānes Londonijs moritur.

Capitulum. CCLXI.

Vrbanus.v.

VRbanus eius nominis quintus patria Lemonicensis Innocentio defuncto suffectus est. Hic ante Guillerm⁹ Grisant vocatus ordinē sancti Benedicti professus erat. Deinde abbas sancti Victoris apud Massiliam cum legatione apud vicecomites in Italia fungeretur omnium consensu etiam absens delectus est, seditq; annis octo, mēsib⁹ quinq;. Vir quidem sanctissimę virę ac decretorum doctor, qui pontificatu suscepto ad tuendam Ecclesię libertatem animū adiecit. Nam cum res Ecclesię labefactari cerneret Egidiū Hispanum virum belli peritum in Italiam legatum mittit, qui legatiōe susceptа septem vicecomites qui tum Italiam armis vexabant, in suam potestatem redegit, ac in vinculis habuit. At pontifex post sui pontificatus annum quartum Romam veniens ędes multas & extruxit & reparauit. Capita etiam Apostolorum apud Sancta sanctorum inuenta locellis argenteis ante maius altare magna cum veneratione apud Ecclesiam Lateranensem condidit. Prӕterea crucem contra Turcos prędicari mandauit. Verum dum in Gallias proficiscitur anno sui pontificatus octauo, mense quarto Massilię moritur. Ad quem beata Suetię princeps adueniēs paulo ante mortem sui cœpti regulam confirmari obtinuit.

Capitulum. CCLXII.

Carol⁹ imperator. Pestis orbem vexauit Locustarum ingēs numerus.

VIsdem temporibus vt apud multos cōperi Carolus Bohemus rex in imperatorem delectus est, qui Romam veniens solēni celebratione inunctus imperij coronā sub Innocētio tranquillissime suscepit. Huius tpe lugubris & miseranda pestis pene per orbē grassabat, quę i Asia apud Indos incipiēs passimq; puincias irrepens trium annorum spatio vsq; Britannos vbiq; terrarum in omnes gentes deseuit, quӕ sexaginta hominum millia apud Florentiam absumpsit. in Aphrica etiam & Cypro infinitus prope locustarum numerus apparuit, quę hęrbarum simul & arborum teneras depascentes frondes magnam frugum sterilitatem fecere. Vnde non multo post bella horrenda / seditiones / stragesq; non paucę per orbem vniuersum, sed maxime in Italia contigere: vnde & Pisani in prӕlio capti ad spectaculum Florentini populi quadragintaquatuor curribus per Florentiam deuehuntur. Carolus in Italiam reuertēs cum Vrbano pontifice aliquibus arcanis rebus compositis trans alpes exercitum reduxit, qui dum ętate grauis esset, atq; triginta duobus annis regnasset quieti volens consulere Vincislaum filium natu maiorem imperio prӕfici voluit, cum quo & ipse octo annis regnans humana functus vita decessit.

Capitulum. CCLXIII.

Carol⁹ quintus

CArolus eius nominis quintus Ioannis defuncti filius maior natu regnum Francorum obtinuit, qui de more regum Remis vnctus Philippo fratri ducatum Burgundię donauit. Per id tempus milites qui e pręſidijs exierant prędas vndiq̧ agentes multa mala regno Francię inferebant, qui oēs tandem a Gueſilinno in vnum coacti duce Henrico qui ſe Hiſpanię regem aſſerebat, in Hiſpaniam profecti ſunt: qui primo incurſu Burgas vrbem petētes eam facili negocio in ſuam poteſtatem acceperunt. At Petrus qui tum Caſtellę regnum occupabat ad Ricardum regis Anglię filium Aquitaniam tum incolentē fugiens poſtq̄ ſuā enarraſſet miſerā fortunā, Anglus Nauarrā pertranſiens multo milite inſtructus Caſtellam peruenit, in quem Henrici milites irruentes quingentos Anglos occidunt, ſed cum totis copijs pręlium conſertum eſt, Henricus cum ſuis funditur ac fugatur captis bellorum ductoribus Francis, qua victoria elatus Ricardus deficiente cōmeatu in Vaſconiā copias reduxit, quę per Burgundiam diffuſe omnia populabātur, ſed paucis poſt diebus a Francis omnes capti ac occiſi ſunt. Tum vero Ricardus pecunia egēs Vaſcones & Aquitanos vectigalibus vexare cœpit, ob quā cauſam regē Francię Carolum adeuntes proceres Aquitani petunt, vt Ricardum in iudiciū parlamentei ſenatus euocet, quo eis liceret aduerſus Anglum ſuam cauſam exponere, itaq̧ rex ad Anglum oratores mittit, qui rem ei exponant, ſed eos parui habens Ricardus in carcerem conijci eos fecit. Carolus itaq̧ legatorum iniuriam vlciſci parans exercitum cogit in Angliam traiecturus, quod audiens Edoardus rex ducem Gloreſtrię cum valida manu Caleſiū pręmittit, ob id non vltra progreſſus Carolus Philippum fratrem aduerſus Anglum cum copijs mittit, ſed leuibus tm̄ cōmiſſis pręlijs nihil egregie tunc geſtum eſt. Inter hęc belli dāna rex Carolus pecunię egens Pariſij conuentum habuit, in quo omnium conſenſu decretum eſt, vt ad quotidianam regis impenſam denarios duodecim ex ſingulis libris venditi ſalis quotānis perciperet. Ad belli autem neceſſitates incolę vrbium qui rem domeſticam habebant Frācos quatuor, agricolę vnum & dimidium annui cenſus ſinguli penderent, de integro vero vini dolio vendito ſolidos tredecim emptor, de eo vero quod menſuratum quiſq̧ vęnale promeret quartum regi denarium venditor ſoluere cogeretur. Vectigal inſuper ad portas Pariſienſes ex ſingulis dolijs importatis inſtitutum eſt. Hiſdem temporibus Robinus Canolus & Thomas Granconus ex Anglia mouentes cum valida manu ſex milliū armatoꝝ ac ſagittarioꝝ mille quigētoꝝ in Franciā penetrāt, qui oia prędantes Pariſium vſq̧ profecti ſunt, ſed nullam pugnandi poteſtatem facientibus Pariſianis multis oppidis incenſis Andegauos petunt, quo cognito Bertrandus Francię Conneſtabilis in eos mouens omnes interemit, capto eorum duce Thoma Grancono, deinde in Pictauos mouēs eos facili negocio in Caroli poteſtatem redegit, cui ſuppetias ferens Henric⁹ Caſtellę rex xxx. naues Anglorum onerarias in portu Rochellę cepit. Quā ob rem ſuis rebus conſulens Edoardus ducem Leucaſtriæ cum Ioanne Montefortenſi Britonum comite qui ad Anglos defecerat Franciam populaturum mittit. In cuius exercitu. xxx. millia pugnatorum fuerunt. Aduerſus quos Philippus Burgundus regis frater mouens tantam eorum cędem fecit, vt ex triginta millibus ſex tm̄ millia Garūnam traiecerunt. Dum hęc Philippo Burgundorum duce

Vectigal ſalis a Carolo inducitur.

Vectigal portarum.

Angli trucidātur.

prospere gererentur, Carolus futurorum prouidus publico edicto authoritate parlamentei senatus firmato statuit vt regis Francorum primogenitus cũ primum quartum decimum annum attingeret idoneus ad regni administrationem foret, hoc edicto sperans omnem occasionem se maliuolis ablaturum qui per longam tutelam semper solẽt res deteriores facere. Per hos dies diuersis in locis quinq; exercitus Carolus alebat. Horum Andegauus comes primum in Aquitaniam duxit, quam statim tum expugnatione tum voluntaria deditione recepit, superatis Anglis qui in pręsidio erant. Alius vero exercitus Britanniã Carolo aquisiuit. Hi vero qui regię classi pręerant in Angliam delati Lariam Anglię ciuitatem incenderũt. ¶ Hoc quoq; tempore imperator Gallias adiẽs visendi regis Caroli causa honorifice a Francis suscipitur, atq; a Carolo ad palatium Parisianum summo cum honore ductus est, atq; iterum in patriam reductus acceptis a Carolo non contẽnendis muneribus, ob quam causam inter imperatorem & regem foedus ictum est. imperatore igitur ad suos regresso noui tumultus a Flandrensibus oriuntur: nam a suo comite deficientes pręsidem quem illis pręposuerat interficiunt, sed cognito quid illis doleret Philipp⁹ Burgundus comitis gener pacem cum illis composuit. Verum his sedatis ali⁹ apud Narbonenses insurrexit tumultus. Nam dum Ludouicus Andegauus Caroli frater per suos magistratus pensum exigeret a ciuibus Montispessulani trucidantur, sed ex his supplicio sumpto intercessione legatorum Romanorum cæteris ciuibus culpam remisit. Ricardus autem Edoardi defuncti filius Anglię nouellus rex inquieto semper animo filium cui nomen Thomas, cũ octo milibus pugnatorum in Frãciam misit, qui prędas in Viromandos, Suessiones, Chatamios, Vastunũ, Blesiã, Bonaualã, Senones, Arthesios, ac ceteros populos agẽtes ad Britãniã vsq; deuenere, nemine tum occurrente ob Caroli malam valitudinẽ. Inde vita defunctus apud Beantam diem clausit extremũ, relictis duobus liberis Carolo & Ludouico. Eius ossa in Dionysiano coenobio recondita sunt, cor vero apud Rothomagũ deportatum est. Hic est ille Carolus qui pręcæteris Francorum regibus sapientis cognomen meruit, cuius item opera pręclarus Coelestinorum ordo ad hęc tempora manens illibatus, ex Italia in Franciam aduocatus est, vtilitatem non modicam ob vitę meritum regno Frãcię afferens.

Thomas anglus.

Carol⁹ morit.

¶ Capitulum. CCLXIIII.

Gregorius huius nominis .xj. patria Lemonicẽ, Petrus de Bellosorti antea vocatus, sanctę Marię nouę diaconus cardinalis post Vrbanum quintum in cathedra Petri sedit annis octo. Vir profecto multę clęmentię, qui põtificatu inito pacẽ cum Vicecomitibus inire curauit, sperans hoc pacto pacem cũ omnibus Italię populis se firmaturum, sed longe aliter q̃ sperabat euenit. Nam cum omnes vicecomites pręter Venetos essent infensi perturbationibus omnia vexarunt, hęc omnia pius pontifex suę absentię ascribens Romam properauit, cum omnibus pacem facturus. Romam itaq; veniens mirabili omniũ lętitia exceptus est. Omnia etenĩ in ea vrbe regia suo indigebant aduentu. Nam & vrbis moenia vetustate labentia restituit, omnes etiam Ecclesię fores, cęteraq; ędificia ruinam minitantia miro modo reparauit. Demum & vrbanitatem ac mores collapsos in modum optimũ redegit. Erat nempe vrbs olim potens, & quę mundum vniuersum ex barbarie ad vrbanitatem reduxe=

Gregorius .xj.

rat(meritis ciuiū id exigentibus)adeo labefactata vt nihil ciuilitatis,nihil ho=neſtatis in ea conſpiceretur.Pontifici vero ſede in vrbe locata cura fuit pacem cum omnibus firmare,cui aduerſantes Florentini non modo pacem non rece=perunt,ſed inſuper & pontificem contemptui habentes nullum genus iniuriæ prætermiſere,quod in pontificem transferri poſſet,quibus rebus motus ponti=fex Florentinos anathemate notauit,ſed ꝙ Florentini omnia contemnētes cō=tra ius phasq; ſacerdotes rem diuinam facere coegerunt, cōtra eos mouens Gre gorius cum omnia recte diſpoſuiſſet.v.Kl'.Aprilis intolerabili veſicæ dolore migrauit ad dn̄m,ſepultuſq; eſt apud ſanctam Mariam vitæ nouæ omnibus col lachrymātibus:eadē hora ſui exitus palatiū Auinionēſe conflagrauit,nec ex=tingui potuit priuſq̄ dimidiam partem abſumpſiſſet ignis.

¶Capitulum.CCLXV.

MOrtuo Gregorio cum de creando nouo pontifice mentio habe retur ad cardinales Romam cōcurrunt rogantes vt aliquē na=tione Italicum eligerent,timebant em̄ ne ſi forte Gallus de=ligeretur ſedem iterum in Gallias transferret.Reſpōdere tum cardinales ſibi curæ fore vt vir optimus deligeretur,qui Eccle=ſiæ dei præeſſet nulla perſonarum aut nationum acceptione ha bita.Ob quam cauſam ad arma conuerſi Romani eo cardinales compulerunt

Schiſ=ma. vt Epiſcopum Barenſem,Bartholomeū nomine deligerent:quem Vrbanum ſextum vocauerunt.Tam em̄ ſeditioſus auaruſq; eſt Romanus populus,vt nul lo reſpectu habito ſanctitatis magis largitiones q̄ probitatem exoptet. Nam cum optimi viri fuerint qui ex Gallis pontifices delecti fuerint ac optime Ec=

Roma=ni vi pō tificem eligunt clesiam rexerint eos tamen exoſos habuere Romani,ꝙ nihil ſtipendij,nihilq; lucri ex eoꝝ electione adipiſcerent.Cardinales itaq; cū dictum Vrbanū metu ppl'i Romani delegiſſent e cōclaui,pdeūtes partim in Adriani molē,partim ad montana loca cōfugere:impetū populi furentis vitaturi, quippe qui audierant cardinales non ex animo ſed fictione magis Vrbanum pontificē pronūciaſſe. Quapropter Galli cardinales iterum in vnum coeuntes Anaginam primo mox Fundos petentes in Vrbanum inuexerunt,eum aſſerentes non verum pō tificem,ſed vi ac metu creatum,ob quam cauſam alium Gebennēſem cardina=lem,qui ante legatus in Italia fuerat pontificem creant,quem vocauerūt Cle mentem.Hinc in Eccleſia diſcordia maxima exorta eſt,nam Chriſtianorum

Roma=ni occi=duntur. pars Vrbano,pars vero Clemēti fauebat: hinc bella/hinc ſeditiones exoriun=tur.Hinc caſtrorum atq; vrbium direptiones exercentur,hinc Romanus popu lus ad arma currens dum incompoſite aduerſus cardinales pugnat grandem ſtragem accepit.Pugnauere interim Genuenſes & Veneti cū maximo vtriuſq; partis damno,victores tamen Genuenſes claſſem Venetorum diripiunt ca=ptis duobus hominum millibus.Inde iterum in eos mouentes ad ſex millia ex Venetis ceciderunt captis nongentis & quinquaginta. Vrbanus vero non(vt pontificem decebat)paci intentus nouos tumultus concitat. Nam cardinaliū & Ioannæ reginæ quæ cardinalibus fauebat iniurias vlciſci cupiens,Florētinos anathemate notatos vt in ſuam reduceret ſententiam abſoluit,Carolum vero Ludouici Vngariæ regis filium aduerſus Ioannam reginam cum octo milli=bus equitum miſit,qui Neapolim veniens eam armis cepit,ſed Vrbanus natu ra inquietus eo regem Carolū minis illatis impulit, vt cuſtodijs adhibitis per

aliquot dies prodire in publicum nequiuerit, inde Genuā fugiens Vrbanus septem ex veteribus cardinalibus saccis inuolutos in mare demersit, tam erat inhumanus hic Vrbanus. Cūq; ibidem ad Caroli obitum permāsisset tandē Romā reuersus. xxix. cardinales vno die creauit, quibus creatis paucos dies superuixit, atq; ita pōtifex pōtificatus sui infeliciter acti anno vndecimo mēse octauo Romę moritur, sepeliturq; in Basilica Petri ob eius mortem paucis fletibus. Erat enim rusticus & inexorabilis, cui⁹ Epitaphium rusticum & ineptum adhuc visitur. Vrbanus moritur.

Capitulum. CCLXVI.

INter has reipublicę ecclesiasticę calamitates dū Clemēs apud Gallos tanq̄ verus pōtifex honorat, Itali cardinales mortuo Vrbano Petrū de Thomacellis natione Neapolitanū pōtificem creāt, quē mutato noīe Bonifaciū vocauerūt. Sed in tam florida ętate adeo prudēs in reb⁹ oībus fuit vt iuuētutē cū senectute mutasse videretur, qui licet sciētię minus esset peritus mulię tamen prudētię/magniq; cōsilij fuit, adeo vt vim oēm populi Romani in pontificē trāstulerit creatis suo nutu magistratib⁹. Hoc etiā tpe Galeatius vicecomes Mediolanēsis Florētinos multis cladib⁹ affecit, occisis vno prelio xx. millib⁹ equitū, quos ex Gallijs in auxiliū asciuerāt. Pōtifex vero Bonifacius munitis vrbis fortilicijs post decimū sui pōtificat⁹ annū iubileū celebrauit. Inde vicecomitū potētiā verit⁹, vt res Ecclesię meliores redderet annatarū vsum instituit, hac cōditiōe, vt qui beneficiū cōsequeret dimidiū annui prouētus fisco Apostolico persolueret. Hanc aūt cōsuetudinē oēs p̄ter Anglos recepere, q̄ hoc de solis episcopitabus fieri p̄miserunt. Pręterea Ladislaū filiū Caroli Neapolitani in regno patris substituit, abrogata in primis priuatione/quā Vrbanus. vj. cōtra Carolū p̄tulerat. Brigidā etiā Suetię principē/virginē clarissimā sanctarū Catalogo ascripsit, q̄ suo tpe ad dn̄m migrauerat. Studium quoq; generale apud Ferrariā cōstituit. tandē dolore laterū afflictus/post. xiiij sui pōtificatus annū morit, ac sepelit in basilica Petri. His tpibus p̄sbyter quidā ex alpibus cū magna multitudine Italiā aduenit. Is q̄dem albo indutus pāno/tantā modestiā vultu ac verbis prę sęferebat, vt ab oībus sanctus haberetur qui Hetruriam ac Flaminiam veniens non modo rusticos ac seruos viros ac mulieres, sed & Epos in suā sententiā traxit: q̄d audiēs Bonifacius timuit ne pōtificatū appeteret: quā ob rem missis satellitibus presbyterū illū cōpręhēsum ad pontificē perducāt: pōtifex itaq; inuidia tract⁹ vt nōnulli scribūt, hoiem necauit, post cuius mortem magna pestis homines multos consumpsit.

schisma Bonifacius. Brigida sancta. Noua quædā alborū multitudo.

Capitulum. CCLXVII.

HIsdem tpibus dū apud Italos regnat Bonifacius, apud Gallos Clemēs p̄ vero pōtifice colitur, atq; ita dū suā quisq; partē souet/grāde schisma disseminatum est. Vrbano em̄ atq; Bonifacio ei⁹ successori principū christianorū pars, & pars Clemēti fauere cœpit. Italia etem̄ cū Germania & Pānonia Vrbano. Clemēti vero Gallia, Hispania, Cathelonia, & Britania adhęserūt. Cardinales aūt Galli dū suū pōtificem delegerūt, villas/oppida/ac vrbes multas diripere & occupare statim festinarūt, atq; hoc mō cladib⁹ multis datis Clemēs in Galliā cū suis cardinalib⁹ se recepit, vbi apud Auinionē sedē cōstituēs ver⁹ pōtifex a Gallis habit⁹ est, seditq; ānis. xv. Clemēs.

Cap. CCLXVIII.

Benedi=ct⁹.xiij POst Clementem Gallici cardinales Benedictū huius nominis xiij.in schismate pontificem delegerunt,seditq annis.xxj.vocabatur autē antea Petrus de Luna.Fuit autē electus anno dñi.M ccc.xciiij.in Auinione,vocatusq Benedictus.xiij. Hic priusq̄ gustasset summi pōtificis dulcedinē tēpore Clemētis prędecessoris sui ardēter ꝓsecutus est Ecclesię reintegrationē,cui⁹ occasione christianissimū principē dñm Carolū Francorū regē apud Parisios tum residentē adijt,suadēs eidē ꝙ in schismate sanctior via erat vt vterq colludētiū pōtificatu se abdicaret. Verū & appetitus gliscentiū celsitudinē crebro ascēdere,& nullatenus descēdere optat:sic de Luna celsitudo papat⁹ imutauit affectū & effectū adeo surda aure trāslibat quotiēscūq sermones ei fiebāt de cessiōe, qđ ęgre ferēs dom⁹ illa illustrissima & christianissima Frācoꝝ,cui sup oēs volūtati fuit semp euellere schismata & Ecclesię calamitatib⁹ succurrere,intra annū assumptionis ipsius.P.de Luna ad papatū/dñs Carolus Francoꝝ rex illustres pricipes Bituricen̄,Burgūdię,& Aurelian̄ duces destinauit,offerētes pro parte regis & sua ac totius regni cōsilia,auxilia & fauores ꝓ schismatis extirpatione.Sed post sermones habitos cū dicto de Luna ab eo nihil aliud specifice habuerūt nisi viā cōpromissi,quā iustitię appellabat. Tū p̄fati duces ꝓ parte regis & sua dixerūt & cessionis via ipsi⁹ Benedicti & sui aduersarij erat illa ꝑ quā schisma facili⁹ elidi poterat,attētis diuturnitate tpis ac difficultatib⁹ tam facti q̄ iuris in causa schimaticis occurrētibus,postulātes vt eā vellet acceptare,offerre & prosequi.Pręsertim quia cū esset legatus in Francia tpe sui prædecessoris illā sanctionem acceptaret pro vnione habenda,& legē patienter subire debebat,quā tulerat ipse:vidensq prędictus rex dicti de Luna superuacuas dilationes,& ꝙ etiā si nulla fuisset ad cedendū astrictus promissione Ecclesię attenta iactura tenebatur vt Ecclesia quę vnius veri quę iā diu destituta fuerat pastoris solatio vni desponsaretur viro,qui nō ex sanguinibus neq ex voluntate carnis nat⁹ foret/neutrius partis fautorem se statuit,habito sup hoc suorū regni plasstorū,principū,& vniuersitatū consilio,vt de papatu contendentes intra semestre tunicā obmisissent dñi reintegrare incōsutilem,lapso vero tpe ad plenum edoctus ꝙ quisq contendentiū persistere in damnata cathedra volebat,& honore cōcupito se neutri prędictoꝝ pōtificū adhęrētē publice nūciari mādauit, anno dñi millesimo.cccc.viij.Deinde reges Romanorum Castellę & Anglię regis Francorū sequētes vestigia dictū Benedictū ꝙ cederet papatui alio cedēte,requisiuerūt, quibus in publico respondit se grauiter offensurū si viam amplecteretur cessionis,a quo autē fonte hęc prodierit assertio nisi solum ex libidine dominandi,quę teste Augustino opiniones gignit legi & fidei cōtrarias.vt autē horrenda ruptura Ecclesię peramplius inueteraretur,dictus Benedictus præsentes dictos principes velle simile facere dicto Gregorio suo clā misit nūcios,qui Gregoriū in eandē sententiā traherēt,qui a Benedicto edoctus caduceatoribus regum eadem vt Benedictus responderat & respondit. Sicq conscito de vtriusq contendētium peruersa voluntate ambo dñorum cardinaliū collegia seu saltem maior pars in ciuitate Pisana concilium generale cōuocauerūt initiandū die Annunciationis gloriosę virginis anno prędicto,vbi cū ingenti prępelatorum copia & legatoꝝ /regum /principum/& vniuersitatū immoratū est vsq in.xxvj.mēsis Iunij,qua die eiectis primit⁹ per sentētiā dictis conten=

dentibus de papatu iuris ordine in omnibus ſeruato, elegerunt in ſummum pō=
ſulem dominū Petrū de Candia Baſilicȩ.xij Apoſtolorū preſbyterū cardina=
lē, quē Alexandrū quintū vocauerunt. Sicq̧ ſchiſmati additum fuit nouū ſchiſ
ma/& rupturȩ ruptura: quiſq̧ em̄ horū triū poteſtā habuit obedientiā. obijt Bo=
noniȩ hic Alexander, vir quidam optimus, munificuſq̧ in pauperes adeo, vt ſi=
bi nihil reliquerit. vnde per iocum iterdum dicere ſolebat ſe diuitē Ep̄m fuiſſe,
pauperem cardinalem/mendicū pontificem: poſt cuius obitū electus fuit Bal=
tazar de Coſſa, diaconus cardinalis & intitulatus, Io.xxiij. Et fuit electus āno
domini milleſimo.iiij.c.ix.& die.viij.menſis Iunij. Huius pontificis tempore
eo tunc exiſtente in vrbe rex Ladiſlaus vrbem inuaſit, eamq̧ cepit: & dictum
dominum Ioannem cum tota curia ſua ignominioſe fugauit, cui nec Romano
rum robur, nec pugnatorum manus, nec fortitudo caſtri ſancti angeli reſiſte=
re potuit, cum etiam ibi tum pontificis, tum etiam cardinalium bona repoſita
eſſent. quin potius Ladiſlaus obſeſſo/& interempto caſtellano ictu cuiuſdam
bombardæ, quidam Germanꝰ ſpurius: datis muneribus & ſponſionibꝰ caſtrū
vna cum omni ſupellectili, tandem direpta Roma regi tradidit, cum magna
mulierum elegantum cohorte receſſit, omneſq̧ curialium opes: ac ſanctorum
reliquias omnium ſtudioſe acquiſitas accepit, qui anno ſequēti infelix deceſſit.
Dictuſq̧ ſūmus pōtifex cū curia Florentiā fugit, de hinc Bononiā redijt: a cuiꝰ
vrbis palatio āno dn̄i milleſimo.iiij.c.xiiij. prima Octobris poſt prandiū, me
tunc ibi exiſtente, deceſſit verſus Conſtantiam ꝓficiſcēs ꝓ celebrādo gn̄ali cō
cilio.xxviij.menſis Aprilis. Qui quidē ſūmus pōtifex in die omniū Sanctoꝝ
intra miſſarū ſolēnia denuo ibi generale conciliū celebrādū, & tertio Kal̄. No=
uembris initiādum indixit: vbi prȩlatorū & principū Chriſtianoꝝ multitudo
ānis tribus cū medio ſūmo cū decore reſplēduit. Qua die aduenīēte inter cæte
ras exhortationes, exhortatus eſt om̄s habētes peritiam ſacrarū lr̄arū: vt oī cu=
ra penſarent, ſi quid ad fidē augendā videretur vtile. Inſup aīaduerterēt in erro
res cuiuſdam Ioannis Vuiclef Anglici, cuius errores inferius deſcribētur. Ve=
rum timens pontifex ne a ſede concilij decreto pelleretur inſane cōſultus a cō=
ſtantia.xx. menſis Martij, clam ſub imagine cuiuſdam ruticolæ aufugit. li=
cet prima dicti menſis vltro papatus ceſſionem obtuliſſet: & ne occaſione di=
ctæ fugȩ ſynodus Conſtan̄ rupturam pateretur, diffinitum fuit.xxv.dicti mē
ſis, ꝙ propter dicti ſummi pontificis abſentiam ſeu aliorum quorumcunq̧ prȩ
latorum ſynodus non erat diſſoluta: ſed in ſua perſiſtebat itegritate & auctori=
tate. vnde ſatis liquet cum diſſolutū nō fuerit dictū cōcilium/& felicē exitū ha
buit, ꝙ a deo & non ab hominibus fuit, ſicut Actuū.v.legit̄: ſūmus vero ponti
fex licet ſepius redire interpellatꝰ ad Cōſtācien̄ cōciliū remeare noluit, ob quā
cauſā āno.M.iiij.c.xv.&.xiiij.die Maij ab oī ſpūali & tēporali adminiſtratio
ne ſuſpenſus fuit, & eueſtigio.xxix.eiuſdem menſis a papatu velut ſimoniacꝰ
notorius bonorum & iurium nedū Romanȩ: verū aliarum Eccleſiarū lapida=
tor pacis & vnionis ſponſȩ Chriſti/ac ſchiſmatis inueterati fautor a ſede ponti
ficia depulſus ē. Cū aūt hȩc agerēt Petrus de Luna, & Angelus Corarius i pō=
tificium quiſq̧ ſe habere aſcribebat. Vnde & Angelus. vt Eccleſiæ calamitati
ſubueniretur, legatos ad conciliū mittit/qui ſuo nomīe papatui cederent, quod
tandem Carolus de mala teſti eius procurator fecit. Ipſeq̧ Angelꝰ per dictam
ſynodum fuit pronunciatus legatus a latere in prouincijs Martiæ Antonita=

Alexander.v.

Multiplicatur ſchiſma

Baltazar de Coſſa Io.xxiij appellatus.

Me tūc ibi exn̄te, auctor huius libri illo tpe viuebat

nę,& Farceñ. Quia vero nondum grauis & pestilens dissentio Ecclesiæ prorsus erat eradicata, citatus fuit Petr9 de Luna, qui cum iuxta datam fidem nõ venisset, iuris ordine in omnibus seruato. vij. Kal. Augusti, Anno domini millesimo. iiij.c.xvij. velut hęreticus/schismatic9, & a fide alienus e papatu, velut hæreticus, deijcitur, omniq; honoris gradu/ac dignitate ptiuatur: ipse tamen q iã in abyssum omnium malorum venerat, vsq; ad animę & corporis diuisionem se gessit pro vero beati Petri successore. Nec est reticenda eius duricies, quę tanta est, & tã obstinata fuit, q̃ suis in agone mortis Episcopis/cardinalibusq; mãdauit, vt eius funere tradito Ecclesiasticę sepulturę ad electionem properarent summi pontificis, quod velut proprię salutis immemores perficere non horruerunt. Et quendam Egidium Sericij Munionis in idolum erexerunt, quem Clementem octauum vocauerunt. Hic cum suis nunc degit & moratur Pauistolę

Nescio si auctor huius libri erat tũc tẽporis

cum suis anticardinalib9, excepto hęretico illo formato Io. Carrerij, qui sub dominio & alis Ioãnis comitis Armeniaci fouetur & nutritur in ptibus Ruthen. in quodam castro vocato Gelenta, apud quem residet potestas tota prouidendi Ecclesiæ, vt ipse asserit de summo præsule, quia antedictus Clemens simoniace summum ambiuit & obtinuit pontificatum: vt autem dicta synod9 ipsã spõsam Christi vnicam/& virginem dudum cupidis, pollutisq; contendentiũ de ea manibus attractatam, & ad instar tripolis atrociter dispertitam sub vno resarcirẽt capite & spõso, die Iouis anno præfato, quæ fuit dies sancti Martini vndecima Nouembris reuerẽdissimi domini cardinales cũ alijs numero. xxx. cum assensu ipsorum cardinalium per concilium electis, elegerunt in summũ pręsulem/reuerẽdissimum patrem dominum Odonem de Columna diaconũ cardinalem sancti Georgij ad velum aureum quem vocauerunt.

¶ Capitulum. CCLXIX.

Martinus quintus.

Martinum quintum qui actu vniuersali pręest Ecclesię, & pręfuit annis. xij. Qui quidem summus pontifex. viij. Kal. Martij mox suam post Assumptionem, vt viperea doctrina illi9 Ioan. Vuiclef Anglici, suorumq; sequacium demoliretur, mãdauit, credentesq; capi & incarcerari per pręlatos & inquisitores iussit. Sic tamen non dubium nostris exigentibus demeritis eius sequaces crebro inualescunt, q̃ totum fere regnum boemię aduersum est a fide, & in templis vbi altissimi nomen laudabatur: nũc hæreses voce publica proclamantur: nec est qui ex aduerso se opponat. Alia huius pręsulis gesta nobilia, ideo sileo, quia non est consuetudo historiographorum viuentium gesta describere, nec ab re: quia non potest viuens tute & sine trepidatione laudari, qui meminit de pręterito se habere quod doleat: & de futuro videt sibi superesse quod timeat. vtilius est enim homini magis memorię laudem dare, q̃ virę: qñ nec laudantis adulatio notet, nec laudatũ temptet elatio. Laudare qppe debemus, post periculũ prędicare securum. Nam et Salo. vetat omnem mortem hominis laudare. Prędicti enim summi pontificis/cuius regimen & vitam longęuam/ac felicem deus faciat, & iocundam gesta nunc tego silentio, & probanda suo tempore reseruo.

¶ Sequuntur errores Ioannis Vuiclef.

Quia in præcedentibus dictum est, q̃ errores maledicti Ioannis Vuiclef inserentur, imprimis & ante oĩa sciendum est, q̃ sacrum Constan=

cien. conciliũ attendens, ꝙ damnatȩ memoriȩ dictus Ioannes Vuiclef Anglicus, Io. Hus de Boemia, & Hieronymus de Praga: eo, quia prælati & alij iudiciariȩ potestatis regimina exercentes, velut canes muti latrare non valentes, & fortasse nescientes eos canonice cohercere non curarunt, propter quod præfati hȩretici ouile Christi per diuersa mundi climata infecerãt dialogo, & trialogo, cum nonnullis alijs voluminibus per illum Vuiclef editis, Anno domini millesimo.ccccxv. condẽnauit, decernẽdo ipsum Vuiclef fuisse notorie hȩreticum pertinacem, ac in hȩresi decessisse. ex cuius codicibus sequentes articuli fuerunt decerpti & cõdemnati. ¶Primus, substantia panis materialis, & similiter substantia vini manent in sacramento altaris. Item accidentia panis manent sub subiecto in eodem sacramento identice & realiter in propria pr̨esentia corporali. Si Episcopus vel presbyter est in peccato mortali non ordinat, nõ conficit, non consecrat, non baptizat. Non est fundatum in Euangelio, ꝙ ipse Christus missam ordinauerit. deus debet obedire diabolo, si homo debite fuerit contritus. ¶Omnis confessio exterior est superflua sibi & inutilis, si Papa sit malus, & per consequens membrum diaboli non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte a Cȩsare. Post Vrbanum. vj. non est aliquis recipiendus in papam, sed viuendum est more Grȩcorum sub legibus proprijs. Cõtra scripturam sacram est, ꝙ viri ecclesiastici habeant possessiones. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum a deo. Et qui sic excõmunicat, fit hȩreticus ex hoc / vel excommunicatus. prȩlatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem / & ad concilium regni eo ipso est traditor regis & regni. Illi qui dimittunt prȩdicare / siue audire verbum dei propter excommunicationem huiusmodi sunt excommunicati: & in die iudicij traditores Christi habebuntur. licet alicui diacono / vel presbytero prȩdicare verbũ dei, absq; sedis apostolicȩ auctoritate / vel Episcopi catholici. Nullus est dominus ciuilis, nullus est prȩlatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia possessionata habitualiter delinquentibus. i. ex habitu nõ solo actu delinquentibus. Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere. Decimȩ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prȩlatorum ad libitum suum eas auferre. Episcopales orationes applicatȩ vni personæ per prælatos vel religiosos non plus prosunt, ꝙ generales cæteris paribus. Conferens eleemosynam fratribus / est excommunicatus eo facto. Si aliquis ingreditur religionem, siue possessionatorum, siue mendicantium redditur ineptior ad obseruantiam mandatorum dei. Sancti instituentes religiones priuatas sic instituendo peccauerunt. Religiosi viuentes in religionibus priuatis non sunt de religione Christiana. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem. cuius conclusionis prima pars est scandalosa, secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatẽ fratribus non licere. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant errare, pro alijs in temporalibus succurrẽtes. Oratio nulli valet. Oia de necessitate absoluta eueniunt. Iuuenum confirmatio / & clericorum ordinatio: locorum cõsecratio reseruantur papȩ, & Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris. Vniuersitates, studia, collegia, graduationes, & magisteria in eisdem sunt vana, & vana gentilitate introducta, & tantũ prosunt ecclesiæ / sicut diabolus.

Hȩresis & errores Ioãnis Vuiclef Anglici.

Excommunicatio Papę,vel cuiuscunq prælati non est timenda:quia est censu ra antichristi. Peccant fundantes claustra:& ingredientes sunt viri diabolici. Ditare clerum est contra regulam Christi.Syluester papa & Cōstātinus impe rator errauerunt Ecclesiam dotando. Omnes de ordine mendicantium sunt hę retici,& dantes eis eleemosynā sunt excōmunicati. Ingrediens religionem eo ipso est inhabilis ad seruandū diuina pręcepta.Cōsequēter nō perueniendū ad cœlum nisi apostauerit ab eadem. Papa cum omnibus clericis suis possessionē habētibus sunt hęretici,eo quia possessiones habent,& dn̄i seculares & laici in hoc eis consentientes etiam hęretici.Ecclesia Romana est synagoga Sathanæ. Nec papa est īmediatus & proximus vicarius Christi & Apostolorum.Decre tales & Epistolę sunt apocryphę & seducunt a fide Christi,& clerici etiā stulti sunt qui eas student.Imperator & seculares domini seducti fuerunt a diabolo vt Ecclesias dotarent de bonis temporalibus.Papę electio a cardinalibus per diabolum est introducta.Non est de necessitate salutis credere Romanam Ec= clesiam esse supremam inter alias Ecclesias,si per Romanam Ecclesiam intel= ligatur vniuersalis Ecclesia,aut concilium generale,aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super alias Ecclesias vniuersaliter error.Fatuum est credere indulgentias papę & Episcoporum aliquid valere. Iuramenta illici ta sunt quę fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia ciuilia. Augustinus/Benedictus/& Bernardus damnati sunt,nisi pœnituerint de hoc ꝙ habuerint possessiones,ac instituerint & intrauerint religiones, & sic a papa vsq ad infimum religiosum omnes sunt hęretici.Omnes religiones indifferen tes introductę sunt a diabolo.Sicut Christus est simul deus & homo,sic hostia consecrata est simul corpus Christi ad minimum in figura,& verus panis in natura.Sicut Ioannes figuraliter fuit Helias,& non personaliter,sic panis in altari figuraliter est corpus Christi.& absq ambiguitate hęc est figuratiua lo= cutio,Hoc est corpus meum,sicut ista,Ioannes est Helias. Excogitatio etiā illius dementiæ qua fingitur accidens sine subiecto fore in altari est blasphe= mare deum & illudere Ecclesiam per mendacia accidentis.Diffinientes paruu= los fidelium sine baptismo decedentes non fore saluandos sunt in hoc stolidi & pręsumptuosi.Graue est & infundabile plurium audire confessionem populi modo quo latini vtuntur.In his verbis vos mundi estis sed non omnes,posuit diabolus pedicam qua pedes caperet Christianorum.Introduxit enim confes= sionem ex hoc priuatam & infundabilem,& postq̄ peccata confessori nota fue= rint legem statuit ꝙ non prodatur malitia sic confessi.Hæc verba,accipiam te in vxorem,eligibiliora sunt in contractu matrimonij q̄ ista.Ego accipio te in vxorem,& ꝙ contrahendo cum vna per illa verba de futuro:& post cum alia per dicta verba de pręsenti non debent frustrari verba prima/per verba secun= daria de pręsenti,papa,qui se false nominat seruum seruorum dei sub nullo gra du est in opere euangelij,sed mundano, Et si sit in aliquo ordine dæmonum deo plus culpabiliter seruientium. Papa non dispensat cum simoniaco/vel voto temerario cum ipse sit summus pontifex est ridiculum: & Christus ipse, nec in Petro,nec in alio talem approbauit dignitatem.ꝙ ex fide Euangelij ista papalis pertinentia ceperit ortum est æque falsum,sicut ꝙ ex prima verita= te error quilibet sit exortus.Duodecim sunt procuratores,& discipuli anti= christi:scilicet Papa/Cardinales/Patriarchæ/Archiepiscopi/Episcopi/Ar=

chidiaconi/officiales/decani/canonici/pseudo fratres introducti iam vltimo & quęstores. Patet luce clarius ꝙ quicũq; est humilior & seruitior Ecclesię & in amore Christi fundatior, est in Ecclesia militanti maior, & proximus Christi vicarius deputãdus. Nec testiũ depositio, nec iudicis sentẽtia, nec copalis posses sio cõfert homini sine gratia dominiũ vel ius ad aliquid. Nos nõ debem⁹ pręsta re aut donare aliquid peccatori, dum cognoscimus ipsum esse talem: quia sic fo ueremus proditorẽ dei nostri. Sicut princeps vel dñs cum est in peccato morta li/nõ sortitur nomẽ illius officij nisi nominatiue & satis æquiuoce: Sic nec Pa pa, Episcopus, vel sacerdos, dum lapsus fuerit in peccato mortali. Omnis habi tuatus in peccato mortali/caret quarumcunq; rerũ dominio & vsu licito, etiam boni operis de genere. Ex principijs fidei est per se notũ, ꝙ qcq̃d homo in pec= cato mortali fecerit/peccat mortaliter. Ad verum seculare dominium requiri= tur iustitia & rectitudo dominantis: sic ꝙ nullus existens in mortali peccato/ est dominus alicuius rei. Ex fide & operibus quatuor sectarum quę sunt clerus cęsarius, varius monachus, varius canonicus, atq; fratres, euidẽter elicio/ꝙ nul la persona istarũ est mẽbrũ Christi, nisi in fine dierũ suorũ deseruerit sectã suã stolide acceptatam. Paulus quondam pharissæus propter meliorẽ sectam illã dereliquit. Et hæc est ratio quare claustrales cuiuscũq; sectæ fuerint, vel obliga tione aut iuramento stulto astricti, debent libere exire ista vincula, & induere li bere sectam Christi, potestate qua fungitur Papa, & aliæ quatuor nouæ sectæ sunt fictæ, & ad seducẽdum subditos introductæ: vt prælatorũ, Cæsareorũ, ex cõmunicatio, citatio, incarceratio, & reddituum vẽditio. Multi sacerdotes sim= plices superant pręlatos in huiusmodi potestate: vt videtur fidelibus ꝙ magni tudo potestatis spiritualis plus est in filio imitanti Christum in moribus, q̃ in prælato qui per Cardinales est electus. Subtrahat populus decimas, oblatio= nes, & alias priuatas eleemosynas ab indignis Antichristi discipulis, cum hoc facere debeat secundum legem dei: nec est tenenda, sed gaudenter acceptanda maledictio/vel censura quam inferunt discipuli Antichristi. Papa enim, reli= giosi, & clerici titulo perpetuę dotati possessionis debent renunciare in mani= bus brachij secularis, si non fecerint debent per seculares dominos cogi. Non est maior hęreticus vel Antichristus q̃ ille qui docet ꝙ licitum est dare posses= siones sacerdotibus & leuiticis legis gratiæ, & dotari possessionibus tempora= libus. Non solum possunt domini temporales auferre bona fortunę ab Eccle= sia habitualiter delinquente, nec solum hoc eis licet, sed debent hoc facere sub pœna damnationis æternę. Si sacrę paginę & rationi debeamus credere patet ꝙ discipuli Christi non habent potestatem exigendi temporalia per censuras ecclesiasticas. & tentantes sunt filij Belial. Deus nihil potest annihilare, nec mundum maiorare vel minorare, sed animas vsq; ad certum numerum & non vltra creare. Quælibet creatura est deus, vbiq; omne ens est, cum omne ens sit deus.

POst hunc Vuiclef surrexit alia vulpecula quæ visa fuit exter= minare vineam domini Sabaoth, quam Ioannes Hus introdu= xerat, sed conuictus de hæresi igni combustus est: cuius ali= qui errores hic inseruntur. Primus, Paulus nunq̃ fuit membrũ diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus Ecclesię malignã= tiũ cõsimiles. Petrus nõ fuit nec ẽ caput Eccl'ię catholicę. Sacer

Heresis & errores Ioānis hus. dotes quomodolibet criminose viuentes sacerdotij polluūt potestatem. Papalis dignitas a Cęsare inoleuit,& papę prefectio & institutio a Cęsaris potentia emanauit. Nemo gerit vicem Christi vel Petri nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior,nec aliter a deo recipit procuratoriā potestatem,quia ad illud officium vicarij,requiruntur & morum conformitas,& instituentis auctoritas. Papa non est manifestus & verus successor principis Apostolorum Petri si viuit moribus contrarijs Petro,& si quęret auaritiā tunc est vicarius Iudę,& pari euidentia cardinales non sunt veri successores collegij Apostolorum Christi nisi viuant more Apostolorum,seruantes mādata & cōsilia domini nostri Iesu Christi. Obedientia ecclesiastica & obedientia secūdū adinuentionem sacerdotum Ecclesię est preter auctoritatem sacrę paginę,diuisio imediate humanorum operum est ꝙ sunt virtuosa vel viciosa,quia si homo est vitiosus & agit quicq̄,tunc agit vitiose,quia sicut crimen quod vitium dicitur siue peccatum mortale vniuersaliter inficit actus hominis,sic virtꝰ viuificat omnes actus hominis virtuosi. Sacerdos Christi viuens secūdū legem eius habens notitiam sacrę scripturę & effectum ędificandi populum potest & debet predicare,esto ꝙ interdiceretur sibi ꝙ nō faceret sub sententia excōmunicationis,si papa vel alius prelatus mandet sacerdoti sic disposito non prædicare,non debet ei subditus obedire. quilibet prędicationis officium de facto accipit,qui ad sacerdotium accedit,& aliud mandatum debet exequi peruersa excōmunicatione non obstante,per censuras ecclesiasticas,excōmunicationis/suspensionis/& interdicti ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat,auaritiam multiplicat,malitiam protegit,viam pręparat Antichristo. Si papa est malus & prefertim si est prescitus tunc vt Iudas est filius perditionis & non caput militantis Ecclesię,cum nec sit membrum eius. Papa est quilibet malus prelatus,& prescitus est ęquiuoce pastor & vere fur & latro. Papa nō debet dici sanctissimus,etiam secūdum officium ꝙ alias rex deberet etiam sanctissimus dici scd̄m officium,& prędicatores dicerentur sancti,immo etiā diabolus deberet vocari sanctus cum sit officiarius dei.

Errores Hieronymi de Praga. Prędictorum errorum Hieronymus de Praga insecutor & fautor in dicta sacra Synodo Constantień,anno prędicto &.xxiij. Septembris omnem heresim de qua hactenus infamatus fuerat & quam priscis temporibus dogmatizauerat & tenuerat,presertim Io. Vuiclef,& Io. Hus abiurauit. Subsequentet anno millesimo.cccc.xvj.& die.xxvij. mensis Aprilis fuerunt dati pet motorem dicti sacri concilij multi articuli erronei contra dictum Hieronymum, inter quos fuerunt isti sequentes,quos ipse Hieronymus tenuerat. Primus,in deo siue diuina essentia non solum est trinitas personarum,sed etiam rerū quaternitas. Item istę res in diuinis sunt sic distinctę ꝙ vna non est alia,tamen quęlibet earum est deus. Item istarum rerum vna est alia perfectior. Item in rebus creatis vt in anima hominis est ponere trinitatem rerum in vna essentia: videlicet memoriam/intellectum/& voluntatem/voluptatem in essentia animę humanę. Item anima hominis est perfecta imago trinitatis,isto solo dēpto,quia anima hominis est creata & finite perfecta. Item de potentia dei absoluta deus pater potuit non generare filium,memoria Angeli. Memoria Angeli siue voluntas eius seu intelligentia est essentia Angeli,& tamen non est perfecta. Oia

futura de necessitate conditionata euenient. Substantia panis vi consecrationis non conuertitur in corpus Christi. Deus nihil potest annihilare: imagines repręsentantes effigiem Christi, virginis etiam gloriosę, vel cuiuscunq; alterius sancti canonizati in Ecclesijs nec alijs locis sunt ponendę, vel vllatenus sunt venerandę, sed hoc facere est hęreticum. Viri & mulieres de secta Vuiclefistarũ possunt cõficere corpus Christi, baptizare, cõfessiones audire, atq; quęcũq; alia ecclesiastica sacramenta conferre, dũmodo proferant verba ordinata ad consecrationem & sacramenti collationem, & q̃ talia sacramenta sunt tantę efficacię & virtutis ac si per sacerdotes iuxta formam Ecclesię conficerentur: q̃ indulgẽtię quę conceduntur per Papam seu per Archiepiscopos, vel Episcopos, in nullo proficiunt. Nedum dictus Hieronymus prælibatos articulos, verum plures alios erroneos, quos breuitatis causa pretermitto, tenuit, & dogmarizauit: vt luce clarius probatum extitit in Synodo Cõstañ, ob quod ipse qui vt canis ad vomitum redierat, viruſq; pestilentissimum quod in suo latuerat pectore euomuerat, fuit pronunciatus hęreticus & relapsus in hęresim. Et hoc anno dñi millesimo. cccc. xvj. & xxx. die Maij, & eadem die traditus igni.

Statuta Synodi Cõstã-cien.

Sedet animo inserere huic operi antidota statuta per dictam sacram Synodum Constancieñ ad futura schismata tollenda, a quibus fere omnia profluxere Ecclesię cõmoda: propter quod processus Constancieñ scribere acceptum est. ¶ Edicto eñ perenni statuit dicta Synodus q̃ deinceps de decennio in decenniũ concilia generalia celebrarẽtur, quorum celebratio agri dominici pręcipua cultura est tanq̃ tribulorum/spinarum/hęresium/errorũ/& schismatum extirpatura, excessuum deformium reformatiua, & dominicę vineę ad frugem creberrimę fertilitatis adductiua. In locis quę summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilij, concilio tamen approbante & ratum habente, vel in eius summi pontificis culpam ipsum concilium deputare & assignare teneatur, cuius decẽnij tempus summo liceat pontifici de fratrum suorum concilio emergente casu abbreuiare, nullatenus autem tollere. Et si causa subesset necessaria mutandi locum concilij (quæ aliter interdicitur) summo liceat pontifici cum suorum fratrum aut duarũ partium assensu alium locum pri⁹ deputato loco viciniorem & aptum, sub eadem tamen natione subrogare, nisi in illa vigeret natione casus propter quem a primo fuit translatus loco. Teneatur tamen summus pontifex loci mutationem seu cõcilij abbreuiationem publicare & intimare solẽniter per annũ anteq̃ fiat. Statuit etiam edicto perpetuo q̃ si duo aut plures aduenięti tempore pro summis se gererent pontificibus a die quo ipsi pontificatus insignia publice assument seu administrare incipient, intelligatur ipso iure terminus concilij tunc forte vltra annum pandens ad annum proximum breuiatus, ad quod absq; alia vocatione omnes prelati, imperator, ceteriq; reges & principes, & alij qui ad cõcilium venire astricti sunt ire tenebuntur, vel personaliter aut per solennes nũcios, tanq̃ ad cõmune incendium extinguendum. & quilibet ipsorum pro Romano pontifice se gerentium intra mensem a die qua scientiam habere potuerit alium vel alios assumpsisse papatus insignia vel in papatu administrasse sub ĩterminatiõe maledictionis ęternę, quã tã iuris amissiõe, qđ forte sibi quęsitum esset in papatu, q̃ ipso facto incurrat, & cum hoc ad omnes sit inhabilis dignitates actiue & passiue, concilium ipsum ad terminum anni predictum loco

prius deputato celebrandum indicere,& publicare supra nominatis prçlatis & principibus teneatur.Nec non in termino prçdicto sub pœnis prçdictis ad locum concilij personaliter se transferre,nec inde discedere donec per concilium causa schismaticis plenarie finita fuerit.Nec aliquis contendentium de papatu in ipso prçsideat concilio,quinimo suspensos esse voluit ab omni administratione donec causa ipsa per concilium terminata fuerit.❡Diffiniuit etiam edicto perpetuo,ꝙ si forte electionem Romani pontificis per metum qui caderet in constantem virum seu impressionem,decętero fieri contingeret,ipsam nullius decreuit esse efficacię aut momenti,nec posse per sequentem cōsensum etiā metu prçdicto cessante ratificari aut approbari,nec liceat si casus accideret dominis cardinalibus ad aliam procedere electionem donec per generale concilium de electione illa fuerit iudicatum,& si procederent nulla erit electio ipso iure,& ipsi sic eligentes & electus si se papatui ingerat omni dignitate & honore etiam cardinalatu & pōtificatu erunt ipso iure priuati & inhabiles decętero ad omnes dignitates,& eo casu ꝙ cardinales contra fecerint electio futuri summi pontificis ad cōciliū & non ad ipsos cardinales pertinebit.Diffiniuit etiā dicta sancta Synodus ꝙ cardinales q̄citius sine suarum animarum periculo poterunt caducis temporalibus bonis postpositis,& teneantur se ad locum tutum trāsferre,& metum prçdictum allegare coram tabellionibus publicis & personis notabilibus,ac exprimere speciem & qualitatem dicti metus. Teneantur etiam cardinales concilium indicere & publicare,condecentiq̧ tempore se personaliter transferre & causę sententiam expectare,contra etiam metū impressionem vel molestiam seu factionem aliquam perpetrantes graues dicta sancta Synodus indixit pœnas/innouando signanter contentas in constitutione fœlicis recordatiōis Bonifacij octaui,vbi reperies graues pœnas.Anno domini millesimo.cccc.xxvj.dei iudicio per longum tempus terrçmotus adeo fuerunt validi per Arragoniam ꝙ multę Basilicę,aliaq̧ ędificia plurima funditus ruerunt,& cum hoc oppida multa multis oppidanis interemptis euersa sunt. Et ꝙ magis nos omnes debet vertere in stuporem,nedum terra tremuit illis in partibus,sed per totam linguam Occitanam ac Vasconiam,ac ducatū Aquitanię.Vnde verisimiliter suspicandū est hoc fore prçsagium alicuius magnę nouitatis in orbe.❡Dicti etiam pontificis tempore flos & lilium mundi regnū scilicet Francorum regnorum opulētissimum,cui omne genu cutuabatur,per tyrannum illum nomine Henricum regni Anglię occupatorem & iniquum detentorem sic euestigio est deiectū,quod spectabile est oculis nostris,quomodo de tam sublimi,imo quasi ineffabili culmine & potētatu in hāc deuenit momentaneā humiliationē.Nec em̄ hoc sine dispensatione iusti dei iudicij credendum est.Hic Tyrannus sub vno breui annorum spatio subegit totam Normaniam,vrbes etiam Parisieñ,Carnotensem,Remeñ,Treceñ,Beluaceñ,pluresq̧ alias cum castris & oppidis circūcirca adiacentibus.Et licet tela eius vitę prçcisa sit prohdolor prçdicta eius obtinent hçredes de prçsenti,non tamen sine cōsensu seu saltem dissimulatione multorum procerum regni prçdicti Frācorū, hęc fiunt seu tolerantur.Illi ergo habeant confusionis signum,quibus contingit sacramenti violare promissum,denotentur inter cuneos insidiorum,qui gēti suę excidium parauerunt,reportent in progenies seculorum titulos infamię suę qui euersores facti sunt ꝓprię patrię:effusionem luminum non euadēt,nec

corporum, qui proprię patrię gloriam minuentes proditionis notam temerarie incurrerunt. Ecce his in dieb⁹ hoc in regno olim gloriosissimo, vbi dudum omnis i fidelitas prodijt in apertum campum infausta perfidia, quę nephandorum societatem cruentis sibimet amplexibus ad scādalum impulit, & proditionem, ciues/incolę regni ad suorum perniciem, plębs ad euersionem proprię patrię/exhęredationem regis, non solum proprias, sed externarum commouerūt plębium nationes. Testis est horum, quę dico, terra, quę ipsorum est exterminatione decreta. Teste est cœlum sub quo attribuetur Christianissimo pricipi domino Carolo regi Francorum nouissimo triumphale vexillum, qui q̄q̄ a suis sit, & fuerit derelictus, omnipotens tamen a quo est omnis victoria, ei auxiliabitur, & eum propicius respiciet, qui in momento prout expedire videt, hūc humiliat, & hūc exaltat: & qui hodie i bello obtinet, crastino hebetatur, dum tamē humilietur: & corde puro auxilium petat. Nam & Maccabęi cū fletu & lachrymis, vt bonum destinaret angelum pro Israelitici salute rogauerunt, nec defuit altissimus mittens adiutorem de cœlo. Vnde ipsi Maccabęi more leonum cum impetu irruentes in hostes, vndecim milia peditum prostrauerunt, & equites mille. vj.c. cęteris in fugam versis. Et licet incōmoda indicibilia dict⁹ rex Anglię, tam per se, q̄ per suos regno Francorum intulerit, plurimas scilicet munitiones euertendo, stragesq͡ innumerabiles faciendo, ferro & flamma cuncta deuastādo, Ecce pręmium, ecce stipendium, igne sancti Fiacri accensus miserrime in regno Francorum, vbi deliq̄rat, cum celsiori frueretur potētatu pręsentis vitæ clausit horam, nec infelicissimus ad necem sui germani, ducis scilicet Clarentiæ, qui quodam in conflictu antea expirauerat, oculum direxit: sublatus est etiam de medio, vt alios taceam Anglicos, quorū numerus faciliter computari non posset. āno millesimo. iiij.c. xxviij. de mēse Maij. Salberieñ in Aurelieñ obsidione existente, iactus lapis quidam a quadam bombarda cecidit super pectus ipsius comitis, sicq͡ comminutus expirauit. Reuera si Anglorū neces innumerabiles, si cętera aduersa & incommoda ęqua lance librentur: profecto quisq͡ sanę mentis diceret, ꝙ contra Francos insurrexisse, totq͡ eis dispendia intulisse Anglicis non profuit: imo temporaliter obfuit/& spiritualiter, ac in ipsis prophetale vaticiniū adimpletum est, quod dicitur. Cadēt in gladio pricipes eorum, & erit subsānatio eoꝝ in oēm terram. Hic enim Anglię rex si huiusmodi aggressionis considerasset exitū: & quid ei & suis succedere poterat vti & successit, puto ab hac regni destitisset aggressione. quippe discretionis est, & prudētis nedum rimari negociorum iitia: verum aduertere finē ipsorū. Quid enim prodest alicui bene forte in principijs agere, quę demum terminari contingunt fine sinistro. Laudabilius est ab illis initijs abstinere, quę euentus dubios in se habent, & quę magis ad infelicia, q̄ felicia declinant, vti sunt pręlia: quorū euentus semper est ambiguus. quia non in multitudine exercitus: sed de cœlis est victoria. Hic infelix rex regis Priami ad instar suę maluit quieti isidias opponere, suāq͡ tranquillitatem submittere casibus, ac de iocunditatis requie venire ad anglicorum victimas suorum miserabilium, q̄ quiete ac felicitate perfrui qua antea refulgebat. ¶ Dicti etiam pontificis tempore, cū rex Cypri magna frueret quiete, omnisq͡ suus potentatus pacifice regeretur āno pręd:cto & mēse Augusti infideles partē bonā regni hostiliter inuaserunt, vbi vastatis agris, & aliquibus oppidis icēsis, vltra. M. v. c. personas Christi charactere isignitas

secum adduxerunt. Et his non pacati, nec contenti malis/anno subsequenti, & vij. Iulij, ille inimicus fidei Sultanus cum octoginta. &. vij. nauibus veniens fines dicti regni introgressus cum rege conflixit. qui licet suo cum exercitu viriliter pro fide decertauerit Christiana: ei tamē neq robur virorum, neq pugna totum valida manus profuit, quin tandem in manus Sultani inciderit (deo sic permittente) dei tamen gratia in dicto certamine pauci occubuerūt. Ipse tamē Sultanus vastatis & direptioni datis multis villis & oppidis dicti regni, mora q facta in eodem. xv. diebus/& plus, multis cum spolijs, magnaq captiuorū turma: in qua rex vsq ad numerum sex millium personarum, & ampli⁹ sine lesione ad propria remeauit. Non tamen pmissa facta sunt sine damno & dedecore fidei catholicę. ¶ Dicti etiā pontificis tēpore, Anno millesimo. ccccxx viij. in die ad Vicula sancti Petri Bononiēsis plebs, & si nō vniuersaliter, pars vna scilicet de caueculo, Zembecarijs, Guiflerijs, & Griffonibus se constituerūt rebelles aduersus ecclesiam, & reuerendissimū patrē Ludouicū titulo sanctę Cecilię cardinalem eorum legatum. ¶ O infelices voluistis reputari degeneres: sed solitam imitati estis rebellionem. O miseri omni miseria digni. Clamitat vulgus. Qui bene stat, non se festinat ad motum. & qui sedet in plano non habet vnde ruat, ab re voluistis vos submittere, vt de faucibus ambiguis, vt de vestro infelici casu ridendi nationibus occasionem pręberetis: de sinistris eñ successibus aliorum facile hominum mulcetur auditus. ¶ Si reuerendissimi domini legati durum iugum vos proditores vestri facinoris in excusatione pretē ditis aliorum sceleratorū priscum insequentes ritū. quib⁹ ad excusationes vtiq fronte erecta nulla subest vrbis facultas: vestrum aliquis potest edicere, ꝙ prefatus dominus legatus supbe/ceruicose/rigide/vos rexerit, ꝙ quēq vestrū trucari/vel interemi iusserit, ꝙ inter vos schismata/aut diuisiones fouerit, ꝙ tyrānidem exercuerit, ꝙ vi/metum/vel violētiam vobis intulerit, ꝙ quempiā verbo aut facto dehonestauerit: profecto fatemini, ꝙ vos oms amplectabatur, eiq cura & solicitudo tanta erat, ac si omnium & singulorū quasi genitor esset. Nūciate igitur vos huius facinoris/& proditionis pricipes motiōis vestræ tm̄ aduersus eccclesiam, Christiq vicarium, & aduersus Christi legatum: qui licet foret in ordine presbyterali/& dignitatibus Archiepiscopat⁹/& cardinalatus/ac sedis apostolicę legatus cum non erubuistis ignominiose/ac dedecorose tractare, suisq omnibus bonis spoliare, a tot & tantis facinoribus vos pditores debebat retrahere, venia per eum vobis indulta a reatu proditionis. Ha, gens cęca/qua fronte ausa fuisti nephas icēptū continuare? Vęh, vęh tibi Bononia viduata iam hac vniuersitate linguis hominum exposita, omniq abiectioni dedita a te olim propter studium omnium exempla virtutum petebantur: nunc autem errorum deliramenta/seditiones/ac homicidia in te reperiuntur. Causabe ris fortasse vrbis rectores tantū facinus perpetrasse. Si tibi excusatio hæc asylū pręb et/vel pudorem fortasse in proditionis origine, hoc te aliquātisper excusabat: sed cum tāto secuta fueris tempore proditores, minime te nunc vales excusare. Si appetitus dominandi est perfrui libertate/te incitauit libertas, non dubium dulcis thesaurus est, & incomparabilis: nec tamen tibi conuenit, sicut nec multis alijs/quibus pax/securitas tantū ex debita subiectione cōtingit, nec est aliud tibi libertas, ꝗ perditio libertatis. Nauis subiecta nautis seruatur a fluctibus: a qbus si libera fuerit mox naufraga dissoluetur. Si formica alijs subiecta

de fouea sursum erigitur,statim ab araneis capitur. Tibi ergo libertas certa est
amissio libertatis. Si scientia te impulit,quia scientia inflat quęso qualem i hoc
sapientiam ostendisti:concepisti superbiam/& perdidisti prudentiam, tuamq
pro nihilo amisisti gloriam. Nimirum minus considerasti.ꝙ sinus proprię sa
pientię humilitas sit:quid sciuisti,si te ignorasti/ac si nouisti quomodo super=
bisti,nulla maior dementia,q̃ per scientiam cum inflaris perdere sapientiam.
Si erubescis subesse deo & Ecclesię,eiq famulari,audi itaq Apostolum inquiē=
tem seruire deo regnare est,quod iam te obliuioni dedisse puto.& cum esses im=
pinguata dilatata,& per dominum legatum fora velut filia cęca latrasti,& dere
liquisti dominum tuum,recessisti a deo salutari tuo. Caue tibi /iam enim Chri
sti vicarij manum vindicem aliquando experta es cum.xxv.diebus post tuum
perpetratum nephas,perditores anathematis gladio occubuisse non ignores,
quos infames /periutos crimine lęse maiestatis reos satis nosti,quādo te inter=
dicto Ecclesiastico supposuit eorū malicia,quādo te vniuersitate priuauit, quā
do te pręsule perpetim orbauit. Hisdem temporibus ab huius pontificis iugo
& obedientia dominus Ioannes comes Armeniaci suasu cuiusdam schismati=
ci & hęretici:scilicet Ioānis Carterij,& nonnullorum aliorum perfidorum resi
liuit. Qui quidem summus pontifex obmisso gladio irritati iudicis callem inse
quendo pijssimi patris.xj.annis.& plus eius inobedienteam patientissime tol=
lerauit,manūq exercere vindicē distulit,ipsūq Ioannē comitem studuit pater=
nis affectibus ab suis erroribus reuocare.& ad fidem & vnitatem Ecclesiæ, ex=
tra qnā nō est salus,reducere. Cunq dict9 comes peruersorum suasu peiora pe=
iorib9 cumularet,anno domini millesimo.ccccxxix.& die.iiij.Martij,in gene
rali consistorio eundem comitem mucrone anathematis interemit, omnibusq
terrenis & dominijs vna cum sua posteritate vsq ad quartam generationē pri=
uauit,et eius vassallos a fidelitatis iuramento absoluit. Vtinā ipe princeps(qđ
Salomon in Prouerbijs dicit)attendisset,audi consilium & suscipe doctrinam,
vt sis sapiens in nouissimis tuis. Nam & cogitationes consilijs roborātur. Nō
ne plura vident quatuor oculi,q̃ duo,& multiplicati radij plus vno illuminăt,
maior certe valitudo est plurium.& ratis securius nautis pluribus gubernatur.
qui bene videt,certe consiliario addito certior erit,qui non recte statim in meli9
dirigetur:quanto igitur consilium est ex pluribus.tanto salubrius.quoniā vbi
multa consilia ibi salus. Sic audiens sapientior erit,& intelligens gubernacula
possidebit: sed cuius sit consilium audiendum sciscitabitur. quippe sapientis
prudentis/ experti /amici fidelis /magnanimi, deumq timentis.

Capitulum.CC.LXX.

HIs temporibus in regno Francię Carolus qui Sextus appella Carol9 sextus.
tus est pro patre defuncto suffectus est,quāq̃ inter sese princi=
pes nequaq̃ satis conuenirent,quibusdam ex his ętatem ad re
gni tutelam suscipiendam minus idoneam acclamantibus.
In hac tamen discordia vicit opinio Ioannis de Maserijs, qui
regem coronandum propter simultates asserebat. Nā & eo=
dem tempore miles francus non secus/ac hostis publicus /prędas agebat/ stu=
pratis quas inuenisset matronis. Verum nec inter tanta regni pericula princi=
pes ipsi a simultate & odijs abstinebant. Quamobrem cum etiam inter fratres
Philippum videlicet Burgundum & Andegauū ducem,nihil de pace agi pos=

Anglorũ incursiones. ſet,Pariſienſes ipſi nouos tumultus concitant.Qui dum ex ſententia vectigalium remiſſionem non obtinerent,refractis foribus publicarum ædium pecunias inuentas in viam ſpargunt interfectis regijs miniſtris.Quo cognito Anglus frãco ſemp inſidians,Turonos/Andegauos/Cęnomanoſq inuectis paſſim ignibus incurſat/& deuaſtat.Inde ad Britones ſe recipientes Nanetam vrbem circũuallant,qua diutius acriter a Claſſeno,qui rũ in pręſidio erat,defenſa nouę copię ex Francia ſuperuenere:quarum aduentu territi Angli primo fugã petunt,quod eorum pręfectus animaduertẽs,milites Anglos ignauię/ac ſecordię arguit,qui aduenientem francum pauerent cum ipſi numero ſuperiores eſſent.Quibus verbis animati Angli viribus reſumptis multa pertinacia Francorum impetus repellunt ſagittis/ ac telis acriter ſe defendentes. Fuit diu anceps pugna:cedentibus tamen Anglis francus euaſit ſuperior multis occiſis captiſq:qui vero ex Anglis euaſerunt,in Angliam nauigauerunt. *Angli vincũt.* Per id tempus conuocatis Pariſienſibus ciuibus rex Vectigal a plębe requirebat,quo pet negato a clericis decimas antipapa/nõ ſine conſenſu regentis Andegaui exigebat,ob quã cauſã non pauci ſcholaſtici reliquerũt Pariſiẽſes ſcholas. Vnde rector cõtione habita ad regem Carolum doctorem nomine Ronceum mittit,q̃ rectoris nomine calamitatem ſcholę narraret.Habita itaq oratione, tanta ira pcitus eſt Andegauus dux,cuius conſilio decimę exigebantur,vt ſtatim hominem in vincula coniecerit.Nec ante exemptus eſt,q̃ Clementi antipapę ſe auditurum polliceretur. *Hugo Aubriotus.* Per id tempus Hugo Aubriotus Parilianus pſes Iudęorum ſectator detecta hęreſi perpetuo carceri adiudicat9 eſt.Verũtamen nõ parum illuſtria beneficia conſtrinxit,ipſo publicam pecuniam adminiſtrãte.Nã & Baſtildam/& paruum pontem aduerſus ſcholaſticorum iniurias cõſtrui fecit. *Baſtilda Pariſienſis.* Prętera deficiente rege pecunia vectigal Pariſiẽſib9 rex indixerat. ob quã rem populus ad arma ruens/exactores tributi ſtatim interemit:qui nec etiam Eccleſiæ immunitatem præſtabat. *Exactores a populo trucidãtur.* Nam quidam exactor ad diuum Iacobum hoſpitalem immunitatis cauſa confugiẽs/dum diuę Marię imaginem amplecteretur,a furibundo populo trucidatur.Has calamitates antea non procul a ſancto Dionyſio demonſtrarat monſtrum biceps tris habens oculos & liguas duas.Concurrens pręterea ad carceres furibunda plębs,omnes reos liberauit/ qua iniuria indignatus rex ſupplicio afficere Pariſiẽſes cogitarat,quod intelligentes quidam ex ciuibus ſapientes ad regem legatos mittunt,quos audiẽs rex mitigatus eſt. *Plębis motus.* Atq ita centum millia Francorum Pariſienſes regi perſoluerũt. Flandrenſes vero quibus pax exoſa fuit,Ludouicum Flãdrię comitem multis incõmodis afficiunt,occiſis qui comiti fauebant.Vnde Ludouic9 ad Carolum fugiens/aduerſus rebelles auxilium petit.Erat per id tempus Artenella quidã Gandenſis,quem ſibi ducem conſtituentes Flamingi quadraginta hominum millibus inſtruxerunt,quo aduerſus frãcos ſeſe tueri poſſet hic,hic victoria elatus/qua comitem Ludouicum vicerat,vlterius pgredi iſtituit. *Artenella Flãdr9.* Vnde Aldenardum petens/quo ſe frãci ex fuga receperant,obſidione cigit.Ea re cognita Carolus obſeſſis opem laturus exercitũ copioſum ad Attrebates mittit.Inde mox ſequutus ipſe ante exercitum mille ſeptingentos ſexaginta foſſores pręmittit, qui vias ęquarent,hos inſequentes equitum millia viginti,ſagittariorum duo millia ſeptingenti pręter peditum ingentem multitudinem primo pontẽ Harlam inuadunt,vbi occiſis incolis vltra progredientes franci ruſticorum turbã

conspiciunt,in quos irruentes magnum a flumine Liza acceperunt incōmodū.
Erat enim quidam super hunc fluuium pons effractus,fragiliq; materia conte=
xtus,cui se cōmittentes Franci pro magna parte demersi sunt.At rex Carolus
nihil moratus in Cominas progreditur,ibi Francus prędas agēs multas opes
secum abstulit.Inde superato Cominarū ponte rex cum copijs Flandriam in=
gressus ad montem Iprensem castra ponit.Quā ob rē veriti Iprenses regis po=
tentiam legatos de pace ad regem mittunt,qui vrbem cum ciuibus regię pote=
stati subiectam denunciarent deditos.Carolus quadraginta millibus Franco=
rum in stipendium militum mulctauit,pręfectis vrbis occisis.Incolę vero re=
gionis illius ad regem venientes pręfectos quos Antenella eis imposuerat vin
ctos regi tradiderunt,ob id regis gratiam meruerunt. Tum Artenella cogni=
to regis aduentu sexaginta millibus hominum congregatis regis exercitū ad=
oriri cogitat.Ea re ad regem perlata aliquot equites pręmittit,qui Flandrensiū
modum & ordinem explorent,qui iussa complentes postq̄ eos moderate in=
cedere conspiciunt,regi eos ad pręlium paratos denunciant. Quapropter suos
in ordine continens Carolus Flandrensium aduentum expectat.Verū priusq̄
bellum cōmitteretur,tanta coruorum nubes supra vtrūq; exercitum volitauit,
vt cunctis terrori essent. Tāta etiam caligo cœlum obtexit vt vix acies mutuo
se conspicerent.Quę res futurę cladis pręnuncia fuisse indubitato creditur:nā
statim vt Carolus suos in hostem progredi iubet,cœlo serenitas reddita est.Ex
qua re animum resumentes Franci in hostem ferocissime ferūtur.Fit tūc atrox Prēliū
pręliū:in quo tam pertinaci animo pugnauerunt Flandrenses,vt parum abfue atrox.
rint quin loco cedere compellerētur Franci.His tn̄ animū ac vires resumentis=
bus Flandrenses ingenti virtute superant ac occidunt.In eo pręlio quadragin= Qua=
ta millia Flandrensium occubuisse scribunt Historici,pręter eos qui a militib⁹ dragītā
comitis in paludibus latitantes occisi sunt.Hac tam illustri victoria de Flan= millia
drensib⁹ habita Artenellam inquiri rex iubet.Regis itaq; iussa complētes qui= Flādrē=
dā Frāci milites a quodā pręfecto Flamingo qui vulnerat⁹ iacebat,discūt illū siū occi
inter cadauera iacere.Hoc igitur in campum ducens cadauer Artenellę osten= sa.
dit,nullo vulnere confossum,sed tm̄ mole oppressorum fuisse interemptū.Ob
id Carolus captiuum Flamingum curari iubet & seruari,sed medicamenta re=
nuens Flamingus maluit inter cōmilitones mori q̄ principi seruire.His ita ge
stis Carolus in Parisios mouens ad trecentos ciues interfici mandauit,q; audis
set eos populum ad rebellandum incitasse.Reliqui vero dimidiam fortunarū
suarum partem redimendi sui causa regi penderunt.Dum hęc agerētur Angli
copijs instructi Flandriam adueniunt,vt inde Franciā populantes omnia per Angli
derent,quod cum cognouisset Carolus grandem exercitum contrahit in hostē Franciā
mouens: hinc Flandriam adueniens cedere Anglos leuibus pręlijs cōmissis sę populā
pe cōpulit.Tandem vero interuentu Britonum ducis in Angliam abire a rege tur.
permissi sunt.Quę res cum proceribus multis displicuisset rem dissimulans
Britonum dux in Britanniā se recipit,tuto illic esse existimans.Per hęc tempo
ra Aruerni cum Lemonicensibus atq; Pictauis grauissimam seditionem exci=
tarunt,qui nullo genere crudelitatis pętermisso,alios amputatis membris cre
mabant,alios arboribus affixos,sagitisq;,telisq; cōfodiebant.Aduersus hos ne=
phādos prędatores dux Biturigū mouēs multos ex eis occidit,ac patibulo affi=
xit.Sublatis e medio prędatoribus pacem cum Anglis componere omnibus

modis rex nitebatur.Vnde conuenientibus apud Calesium Biturigū duce cū
principe Leucastriç optimç pacis leges a Francis Anglo propositç sunt,quas
renuens Anglus pertinaci animo Franciam perdere instituit.Quam rē ęgre
ferentes multi ex Franca nobilitate proceres regi suadent vt in Angliā traij=
ciat,facile factu esse vt Angliam omnem subijciat,asserentes:quod libenter au
diens Carolus de expeditione in Angliam cōsilium capit. Magnus fit nauiū
apparatus,tributa inaudita vixq͂ ferenda rex a populo exigit:quapropter mul
ti Francia relicta nouas sedes quęsiuerunt.Dum hęc ita parantur/ principū se
cotdia,qui iam pecuniam inter se diuiserant/ apparatus ille nō secus ac fumus
euanuit.Vnus tamen ex his Francię Admiraldus sexaginta nauibus instructꝰ
Franci in Angliam traijcit,in quam ingressus adiunctis tribus millibus Scotorū ho=
Angliā stiliter incursat ac depopulatur,nullo illi occurrēte Anglo.Atq͂ ita multis op=
populā pidis captis Droardum arcem vix expugnabilem facili negocio capit ac diri=
tur. pit.Quo cognito rex Anglus grandē exercitū agens in Scotiā Francos se reci
pere coegit,vbi fœminę cuiusdā regię nobilitatis amoribus captus,ammoni=
tus tandem ab ea Scotia discedere q͂ suspectum eum rex haberet,conscensa clā
naui in Frāciā se contulit.Mortuo deniq͂ Ludouico Flandrię comite Philippo
Burgundo duci oīs comitatus obtigit:vnde inter regem & Gandēses pax icta
est. Multo vero tempore interiecto,rebusq͂ permultis in Francia gestis, qui=
dam Anachorita regem Carolum adit,rubeam crucem in dextra portans,qui
(vt dicebat)desuper admonitus tollenda vectigalia ex plebe regem hortatur,
quę si renueret iram dei breui super se venturam expectaret.Huius verbis per=
territꝰ rex vectigalia tollere cogitabat,sed cōtra nitētibꝰ Burgūdo ac Biturigo
duce cogitatis abstinuit.Insuper & cū adoleuisset Carolus nō modo non remi=
sit tributa,sed sali maius adiecit,& patris monetam cum populi damno maxi=
mo sustulit.At vbi vectigalium nullus modus erat,omnia in rixa per Franciā
fieri cœperunt,malorum etiam ex ea re futurorum prænuncię fuerant tempesta
tes:hac de re Ricardus potiundę Francię magnam spem habebat:vnde misso
duce Leucastrię ad regem/petit sibi liberam Aquitaniā Aurelijs tenus dimiti
necnon & pecuniam quę pro redemptione Ioannis restabat sibi dissolui man=
dat.Huic legato respōderunt Franci Anglum regem nil habere quo conquera
tur,quin potius illum debere damna compensare,quę pręter pacis fœdera sui
milites Francis intulerant.Reddat etiam regem Ioannē & obsides qui sua cul=
pa in Anglia mortui erant.Quibus ita responsis dux Leucastrię in Angliam
Carolꝰ reuertitur.Carolus vero nō multo post in furiā cadit secūdū q͂ prędixerat qui=
in furiā dam Anachorita dum in Britones pergit ęgre Parisium reportatur.Hinc fa=
versus. ctiones a principibus,hinc simultates exortę vnoquoq͂ regni regimen sibi as=
sumente.Conuenientibus per id tempus Francis principibꝰ cum Anglis qua=
tuor annorum spatio inducias posuerunt.Quā ob rem rex Carolus volens ex
ercitatum reddere militem,omne genus ludorum pręter sagittandi artem pro=
hibuit.Plebei itaq͂ Franci non segniter agentes tantam sagittandi artē adepti
sunt,vt principibus terrori essent:quare hoc exercitij genus nō passim sed per
insigniores vrbes permissum est.Fuit item non multo post Francorum ac
Anglorum conuentus vt iterum de pace tractaretur, vtrisq͂ de Isabella Ca=
roli filia regi Anglorum desponsanda proloquentibus,quam ob causam.xxx.
annoꝝ inducię inter vtrunq͂ regem confirmatę sunt, & Isabella septimū annū

agens Rolando regis Anglię vicario data est. Angli vero Chereburgum in Normania & Brescum in Britannia, quę hactenus Angli possederant Carolo permisere. Per hæc tempora in lingua occitana stella grandis in cœlo visa est, quam quinq; minores hostili more persequi videbantur. Iuxta quam armatus quidam miles stans flammas emittebat, qui stellam lancea quam manu gestabat percutiens, mox euanuit. Auditę quoq; in Aquitania prœliantium voces / ac armorum strepitus, magnum hominibus terrorem incusserunt.

Stellæ mira apparitio.

Accepta vero ab Anglis Isabella, atq; in Angliam deducta, pax inter reges icta est, mutuis datis osculis ac dextris. Verum dum hæc a regibus agerentur tanta vis grandinis orta est vti multos regiorum castrorum funes tempestas abruperit. Redeuntibus autem regibus alter in Franciam, alter in Angliam, Valli regi Anglo rebellant. In quos dum Ricardus mouet multi in eũ conspirabant, atq; imprimis Isabellam reginam in arcem munitissimam retrudunt, duobus ex omni eius familia Gallica in obsequium relictis.

Isabella regia in arcẽ retruditur.

Seditione Anglorum cognita Henricus ducis Lencastriæ nepos, qui ob conspirationem in regem Ricardũ ad Carolum confugerat, clam e Francia se proripiens, multos ad suas partes traxit, adeo vt facile ab omnibus ei breui sit obtemperatum. Vnde Ricardo occiso regnum Anglię mox occupauit. Isabella vero ad patrem reducta est. magna etiam discordia inter Philippum Burgundum & Ludouicum Aurelianensem orta est ob regni administrationem, quã ob rem parum abfuit quin aperto marte prœliaretur. Conualescente tamen Carolo Ludouicus Aurelian⁹ publica gubernacula sumpsit, assentiente Carolo. Verum nõ multo post auaritię nimium intendens a publicis administrationibus amotus est, suffecto in eius locum Burgundionum duce. Inde Luxẽburgum contendens Aurelianus res nõnullas pręclare gessit, sed cum suę glorię satisfecisse arbitraretur in Franciam rediẽs a perditissimis satellitibus Ioãnis ducis Burgũdię authore Reinaldo Angeuillo interficitur, proxime Barbetę portam.

Ludouicus Aurelianẽsis a burgundo dolose occidit.

Hãc ob rem sibi cõscius Burgũdus in Flandriã fugit, multas postea cędes exercẽs in Francia, quę satis apud Guaguinũ descriptę sunt, miserabile certe & miserãdũ tempus: quod vtinam deus nũc a nobis auertat. Iam eñi similia nobis quę illis accidũt.

Gaguinus.

Grassata est hoc tempore Laniorũ hoc est carnificũ cohors non tñ in plębeos sed etiã in nobiles reginę obsequentes fœminas.

Carnifices in fœmias nobiles grassãt.

Fuit certe hoc tempus pessimum authore Burgundo, qui multorum nobilium equitum ceruices sine vlla causa amputari iussit. Ex qua Parisiorum præses Iuuenellus regem adit, narratq; quod his diebus factum fuerat: quã ob rem occiso Aurelianensi duce Burgundus in Flandriam se contulit, ne de eo supplicium sumeretur. At Henric⁹ Anglus cognitis Francorum discordijs Harfleum cum valida manu appulit, qui postq̃ Francorum desidiam cognouit / signo suis dato eos repente adoritur, atq; iia millia quatuor Francorum nobilium cecidere, Anglorum vero quadringenti cum duce Eboracensi Henrici fratre. Captiui vero in hostis potestatem venere, dux Aurelianus & Borbonius, cum alijs multis, quos in Angliam duxit.

Franci vincũt.

Qua clade affectus Carolus Armiguiacum Conestabilem instituit, qui Armiguiacẽsium copijs instructus confestim ad regem venit. Ioanni autem Burgũdo promittit Picardię magistratum si in Anglos mouere vellet, sed perfidus Burgundus neces hominum expectans maluit hosti q̃ suo regi fidẽ dare. Hisdẽ tpib⁹ Angli Cadomũ, Falesiã, Baiocas, & sanctũ Landũ occu

pãnt segniter agentibus oppidanis. Burgundus vero cum magno exercitu Pa
risium adueniens multa tulit ab Armiguiaco incõmoda. Tum regina damna
augescens Burgundum ad se vocat, querens se damno affectã ab Armiguiaco
alijsq permultis, ad quã citis itineribus veniens burgũdus a Turonẽsibusq re
cipitur. Mox per Turonorũ loca p̃sidijs impositis reginã cũ filia eius Catari
na Carnotum adduxit, quã insequens Armiguiacus cum sexcẽtis supra mille
equitibus ob imbrium abundãtiorem aquã intercipere non potuit. Anno qua=
dringentesimo decimooctauo supra millesimũ Ioannes Villerius Insulę Adã
dominus cum trecẽtis sanguinarijs satellitibus, noctu Parisium ingreditur ꝓ
dente ciuitate quodam fabro ferrario. Qui omnes statim / vt ingressi fuere salu
Incursꝰ tem burgundo / & pacem inclamantes, magnam sibi factionis burgũdę cohor
Burgũ= tem conciliauerunt. Inde regem mentis impotem adeuntes, impositum equo
dorum. ad fauorem populi concitandum per vrbem circũducũt. Nec mora in eos quos
sibi hostes arbitrabantur crudelissime desæuiunt. Atq imprimis Armiguiacũ
Armi= & Cancellarium, ac q̃plurimos egregię nobilitatis homines trucidarunt. Nu=
guiacus merus vero occisorum millium quatuor fuisse relatum est. Delphinus autẽ ex
occidit. ꝓpugnaculo sancti Antonij se proripiẽs Meldunũ peruenit, vbi cõuocatis bel
li ducibꝰ Parisium recuperare tentat, iamq ad Bauderij portam peruenerãt. sed
cum a præda non abstineret insolens miles Parisiorum animos in se concita=
uit, quã ob rem re infecta Delphinus vrbe discessit, Turonos quoq adiens vr=
bem in suam potestatem redegit. Per id tempus Pontisura ex Anglorum subie
ctione ad Frãcorũ potestatem peruenit. Ex qua re cõcitatus aĩo Henricꝰ An=
glię rex Rothomagũ obsidet, septẽq mensibus obsidionẽ cõtinuãs penuria ta=
bescẽtibus Rothomagẽsibꝰ vrbe potitur. At burgũdꝰ mali ꝓpositi tenax / aĩo
uariꝰ / sanguinis appetẽs cũ Delphino amicitiã inire cogitabat, vel arte simu=
labat. Inde die dicto cũ vterq Delphinus scilicet & bugũdus pontẽ Mõsterio=
li aduenisset cõponẽdę pacis causa, burgũdus ad cõuicia se conuertẽs, ab quodã
Ioãnes ex Delphini aulicis interemptus est. Quo cognito filius eius Philippꝰ Caro=
burgun lum regem cum Catarina eiꝰ filia, Parisios quoq / Briam / Cãpaniam / atq Bur
dus occi gundiam Henrici Anglorum regis potestati tradidit. Quibus auctus Henri=
ditur. cus Catarinam Caroli filiam Trecis vxorem sibi desponsat. His itaq gestis
Delphinus in linguam occitanam aufugit. Henricus vero Meldunum pro=
grediens vrbem cepit dedentibus se incolis, Meldem inde obsidẽs statim in po
testatem recepit. Hoc etiã tempore Clarẽtię dux Henrici frater Andegauiam
profectus inter prandendum cognito ꝙ apud Baugeum Franci cum Scotis in
armis essent, a conuiuio surrexit illos adorsurus. Pręcedens itaq Clarentię dux
Angli aciem Francos adoritur, sed a Frãcis primo occisus suorum animos fregit, oc=
occidũ= cisi sunt in eo prælio multi Anglorum proceres, multis etiam viuis captis, qui
tur. vero euadere potuerunt, in Normaniam se contulerunt. Hanc deinde Anglo=
rum cladem accipiens Henricus multis contractis copijs in Franciam adna=
uigat vltionem de Francis facturus. Sed cum ad vada Ligeris transitu a Fran
cis esset prohibitus, in Belsiam exercitum ducit, hortensibus hærbis atq ole=
ribus pro dapibus vtens. Post hæc fame / pestilentiaq vexatus, quatuor ex
suis millia amisit, auium ferarumq pabula. His quoq diebus qui Burgun=
dę factionis erant a Francis superantur fugiẽte Rothebarone Burgũdę factio
nis duce, qui ad Conẽses fugiens ab Anglis liberatus est. Henricus vero ma=

gna animo voluens postq̄ damna plurima Francis intulisset, morbo quem sancti Fiacrij vocant apud Corboliū decubuit, sicq̧ miserabiliter defunctus est, pastoris exemplum relinquens. Hic est enim qui conturbabat orbem vniuersum cedes hominum faciens, nunc vero iudicio dei percussus miserabiliter moriēs. Anno vero salutis millesimo quadringentesimo vigesimo secundo Carolus sextus mortē oppetijt, quo anno & ille peruersus Henricus obierat. Nō multo vero post Martinus pontifex, sublatis schismatibus, superatoq̧ apud aquilam Brachio/multisq̧ alijs Tyrannis & latronibus pontificatus sui anno.xiiij.ętatis āno.lxiij.apoplexia Romę moritur, & in Cōstātiniana Ecclesia sepelitur.

Hēric. Angl9 morbo sancti Fiacrij morit. Carol9 morit.

Capitulum.CCLXXI.

Venselaus Caroli regis Bohemię pręfati filius viuente patre electus est imperator, qui primo iuuenis/prudens/atq̧ robustus se miseram in vitam ac libidinosam prouoluit. Hic q̄q̄ sępissime instantia pulsatus nunq̄ ad Italiam aut alio pro coronis imperialibus adiuit/suo semper patrio torpidus manens in regno. Hic imperator Ioannem Galeaze dominum Mediolani ducali titulo primum insigniuit, qui Ioannes rerum prosperitate atq̧ munificentia tanta claruit, vt ab Augusto Cęsare citra parem Italia clęmentia atq̧ liberalitate non habuit. Hic tādem, quem cometa sidus per mensē coruscātibus radijs moriturum esse prædixerat, ferali peste decessit. Post cuius obitum Longobardia per annos, xvj.ferro, peste, fame, rapinis, & sęuiētibus vbiq̧ discordijs consumpta remansit. Vuenselaum eundem, quia vt pręmissum est ad Italiam sæpe requisitus non veniebat, ac insigniendo præfatum ducem visus erat imperium alienare, Electores Germanici priuantes imperio Robertum Bauarię ducem/comitemq̧ Palatinum, de quo dicetur inferius, Romanum regem elegerūt. Hic Vuenselaus imperio priuato hęreticam/perniciosamq̧ quā Husistam nūcupāt sectam in regno ipso confouit, quorum demum tantū fuit incendium atq̧ pręsumptio, vt post eiusdem Vuēselai obitum crescēte multitudine atq̧ potentia cunctas Ecclesias atq̧ demum ipsum orbem quasi funditus destruxerat. Et omnis plębs fere illis erroribus est infecta, eo etiam superstite. Et dicti Gregorij.xiij.tempore dum de Episcopatu Leodięn̄ contentio foret exorta cuncti Leodien̄ cum comite de Paeruueys, cuius natus in Episcopum electus fuerat, simul & Ioannes dux Bauarię, tunc etiam Leodien̄ electus auxilio ducis Burgundię & comitis Hollandię fretus, campestre bellū inierūt, in quo interfecta fuerunt virorum fere.xl.millia. Paulo post Ioannem.xxiiij. Ecclesię Romanę pręsidentē, rex Polonię cum magistro & fratribus Pruciæ de castrorum iure certantes aliquorum bellum cōmiserūt, in quo plusq̄.xl.millia Prutenorum cum dicto magistro occubuerunt. Ipse postremo Vuenselaus nulla imperiali corona aut virtute redimitus obijt, imperatorum numero nulatenus annumerandus.

Vuēselaus.

Vuēselaus hęreticus.

Capitulum.CCLXXII.

Robertus dux Bauarię rex Romanorum, sicut supra memoraui, electus est Vuenselao viuente, confirmatusq̧ per Bonifacium nonum supradictum. Hic Robertus iustus atq̧ catholicus electorum impulsu grauiter ferens supradictum Ioannem Galiace titulo ducali insignitum, Florentinorum sua su collecta multitudine Germanorum cōtra Ioannem ipsum

Robertus.

veniens ad Italiam per montanas ciuitates Brixien͂, eius in planicie per gentes armigeras Ioannes ibidem conflictus atq; fugatus cum suis iactura turpissima mox in patriam rediit, vbi paulopost morte naturali decessit, postq̄ annis duobus vel circa regnauit.

¶Capitulum.CCLXXIII.

Sigismūdus. Sigismund⁹ filius memorati Caroli de Luxenburg rex Vngariæ & frater dicti Vueselai eo superstite suasu & instantia præfati Ioannis.xxxiij. post obitum dicti Roberti electus est imperator, & per eundem Ioannem postea confirmatus. Iste Sigismundus speciosus forma, imperiosusq; statura / prudens in consilio / linguarum plurium idiomata doctus: licet in qualiber executione negociorum parum lentus ad Italiam scilicet laude venit, cuius instantia præfatus Ioannes papa concilium generale in ciuitate Constanciane͂, de quo in prioribus locutus sum, certo tempore cōstituit: ad quod idem Ioannes papa & Sigismundus profecti sunt. Hic imperator triplicem funiculum contendentium de papatu a filo concilij generalis dissoluit, colligationemq; impietatis quibus tanq̄ funeribus peccatorum circūplexa fuerat Christi sponsa eligit. Et cum propter dirum schisma cætera Ecclesiæ membra ęgritudine laborarent, hic christianissimus imperator sua vehementi religione, nullis fortunis siue periculis, nullis laboribus, pergrinationibus nullis pepercit, sed proprijs comoditatibus christianę religionis bonum præponens in vnam animorum sententiam / in votum vnum / dilectionem vnam / in patriam securam, fertilemq; totam christianitatem pro vnione vniuersalis parentis christianæ progeniei collegit. Idem Sigismundus imperator anno præsenti millesimo.cccc.xxviij. & de mense Augusti prælio asperrimo inito cum inimicis fidei christianæ conflixit, vbi facta est cędes maxima. Fuitq; tellus multo vestita cruore, deo tn̄ cooperāte millia multa Turcoꝝ / Volucrorum / & Tartarorum occubuerunt. Temporibus eisdem rex Arragonum a Sicula regina Ioanna nomine in filium adoptatus, nauigio potenti Neapolim venit, vbi demum inter eos exorta seditione rex ipse quasi totam ciuitatem igni succensam spoliauit. Sed eo demum ad patriam redeunte pœnam similem intulit Marsilię ciuitati, sic ꝙ rex iste quasi eodem contextu præfatas ciuitates fere ad nihilum redegit. Pro istis & alijs bonis tandem pręmia suscepit

¶Capitulum.CCLXXIIII.

Carol⁹ vij. Carolus hui⁹ nominis septimus post Carolum sextum regno Francorum successit: quo in tempore tantis calamitatib⁹ Frāci vexabantur, vt his attritus populus & obstupescens quorum partes sequi deberet, ignoraret. Itaq; regi Carolo Biturigestn̄ parebant cæteris Francis modo ad Anglos, modo ad Burgundiones spectantibus. Eo enim tempore Henricus Henrici filius regnum Franciæ occupabat: quod diceret ex pacto illud sibi deberi. Carolus vero compassus suum armis defendere semper animo agitabat. Vnde & Franci milites in armis parati aduersus Anglos repentina prælia committebant. Varijs igitur prælijs commissis, modo Angli, modo Franci superantur. Verum feliciter gestis aduersus Anglos multis bellis etiā & Francis auxiliatores Scotorum quinq; millia aduenerunt, quos perbenigne

& beniuolo affectu rex suscepit. Eisdem temporibus Angli multas vrbes rece perũt atq nõ sine multo Francorũ dãno, adeo vt vno prælio apud Vernoliũ cõ misso Bethfortus Anglorũ dux quinq millia Frãcorum occiderit, captusq est Alenconius dux cũ aliis plurib9 Frãciæ nobilitatis pceribus. Hac victoria læ ti Angli multa alia oppida receperunt. Tum Aurelianos obsidẽs Tallebotus cum Salseberiensi comite quatuor per gyrũ munitiones extruxit, quib9 in vr bem quicq̃ inferri vetabat. Aurelianẽses vero semper erectiore animo se suaq acerrime tuebantur. Aderat etiam & illis subsidio q̃ maxime poterat Carolus rex. Multa tamen diuturnaq obsidione pressi consilium capiunt de deditio ne facienda, eo pacto vt vrbs Burgundo duci permitteretur. Legatos itaq ad Burgundum mittentes eũ de ea re certiorem reddunt, quibus respondit Burgũ dus se perq̃ libenter vrbem recepturũ, si Bethfortus assentiat. Itaq legati Beth fortum adeunt, quibus respondit Aurelianenses in gratiam non recepturum, quoad omnem belli impensam persoluissent, suęq voluntati eos subdidisset. Eodem tempore Ioanna, cui puellæ ob integritatem corporis cognomento fuit, annos viginti nata ad Carolum regem veniens illum breui in regnum se restituturam pollicita est. Erat enim hæc virgo excelsi animi/ nihil muliebriter agens, sacerdotali cõfessione, quaq fere hebdomada conscientiam purgans, di uinãq Eucharistiã deuote sumẽs. Huic itaq postq̃ a rege hostes expugnãdi ne gocium datum est, tanta vi Anglos expugnauit, vt non modo Aurelianos ab obsidione remouerit, sed & omnes a regno Franciæ deturbauit, multis occisis, multisq viuis in prædam captis. Huius præclara gesta satis ab Historicis Frã cis descripta sunt. Hæc autem post multas Anglorum cędes tandem apud Cõ pendium dum suis opem ferre studeret, a Ioanne Luxẽburgo capitur, qui eam Anglis vęnundedit. A quibus hostiliter habita apud Rothomagum cremata est, q dicerent eam virili habitu indutam, ac pro Francis decertasse, nullã mor tis causam in ea inuenientes. Erubescant igitur Angli se a fœmina & quidem catholica regno pulsos, nec deinceps apud exteras gentes suum robur iactent, sed per abrupta fugientes posteris enarrent, puellam nomine Ioannam nõ qui dem vi armorum sed pditione deceptam morte mulctasse. Ab hoc igitur tem pore Angli animo tabescentes mala fortuna semper vsi sunt. Nam dum Cõ pendium obsiderẽt, dum se a Francis mactari conspiciunt castra deserentes in sua vt quisq poterat fugiebat. Atq eo pacto arces & oppida a Francis recepta sunt: multaq millia Burgundionum & Anglorum occisa. Eodem tempore, qui fuit annus domini millesimus quadringentesimus trigesimus primus, Henri cus Angliæ rex Parisium aduenit, vbi honorificentissime receptus apud di uam Mariam regni diadema Virescomesi suscepit, male tamen succedente fortuna. Fuere per hos dies inter Anglos/Francosq prælia multa, atq sin gularia certamina. Demum conuenientibus Francis Burgundisq reatotis bus, authore Cardinali sanctæ Crucis ordinis Carthusiensis, pax inter re gem Carolum, Burgundumq ducem hoc modo icta est, vt Ambiani ciui tas, Corbia, Modesiderius, Perona, sanctus Quintinus, & Abbatisuilla, cum Pontiuiaco & Bononię comitatib9 duci Burgũdo obuenirẽt, quas tñ Carol9 re dimere poterat quadringẽtis aureorũ millib9. Fuere etiã multę alię pares cõdi tiones adeo Francis onerosę vt si cõplerẽtur perpetuo dedecori forẽt, tã est po pulus Francus pacis amator. Eodem tempore mortua est Isabella Caroli

Alenconi9 dux capitur.

Ioanna puella.

Ioannę facta pclara.

Ioanna dolose capitur.

Isabella mortf. regis mater, quę tum sub ditione Anglorum priuatam vitam agebat, cui9 corpus sine pompa quatuor tm̄ comitib9 naui aduectū apud sanctum Dionysium sepultū est. Pace igitur feliciter inter Francos/Burgundosq̨ cōposita cum audissent Franci quosdam ex Parisianis ciuibus dominium Anglorum ęgre ferre noctu ad portum sancti Michaelis castra locant, quod audientes Parisiaci ciues statim Anglos partim cędunt/partim fugant/capiuntq̨. Quorum plærique sancti Dionysij portam occupare frustra nisi sunt: nā ferreę catenę per omnia fere viarum vrbis compita erant protinus transuersę & tensę, & iter hosti pręreptum. Ad hęc ex fenestris & rectis ędium nemo non in diffugientes Anglos saxa/ligna/tignaq̨ deijciebat. Audito vrbis clamore Franci spem Parisiū tenendi capiunt, refractisq̨ foribus alij per muros scandunt, alij nauibus quas ad Sequanam repererunt in vrbem euadunt, nulla cęde facta tm̄ Antonij propugnaculum obsidentes, in quod Angli confugerant, qui salutem desperantes de deditione colloquium cum Francis habuere. Itaq̨ loco cedētes abire liberi permissi sunt, anno Christianę gratię. cccc.xxxvj. Non multo vero post tāta mala territorium Parisiense presserunt, vt superiores bellorum turbines etiā crudelitate superarent: nam pręter incredibilem famem ac pestem miles Francus in colonos non secus ac hostis grassabatur. Ad hęc accedebant luporum in vrbem crebrę incursiones, qui supra octoginta homines cum per agros deuorassent in vrbanos quoq̨ sęuiebant. His temporibus Carolus apud Bituriges cōuentu habito Pragmaticam sanctionem Basiliensis concilij ductus authoritate condixit: quod Eugenij quarti Romani pontificis assensu cōgregatum erat. Verum cum ob eam suę authoritati derogari pontifex cerneret, eam hactenus pontifex non confirmauit. Arbitrantur em̄ pontifices huius temporis sibi omnia licere: quā ob rem exosa habent patrum concilia. Sub his diebus Ludouic9 Delphinus Caroli filius multas ad defectionem aduersus patrem Carolū incitauit. Inter quos tamen post sextum mensem pax icta est. Inde in Anglos copias ducens Delphinus apud Dieppam non modicam eorum cędem fecit. Per id quoq̨ tempus Federicus a Carolo aduersus Heluetios suppetias petijt, quo eos domare posset, quę res Carolo grata cum esset Delphinum mittit cum valida Francorum manu. Inde Basileam adueniens quos repperit Heluetios ad

Ludouic9 Heluetios vincit. vnum interemit, sed cum Frācus miles prędas ex agris ageret, animosam gentem in se concitans magno damno affectus est, adeo vt redire in patriam Delphin9 fuerit cōpulsus. At Carolo semp in aīo erat recuperādi ea q̄ ad se iure ptinebāt. Angli vero iniuste detinebāt. Hinc cōuocatis ꝓcerib9 Frācis Anglos multū bello vexabat. q. vrbes Normanię incolebāt, ꝑdas ex eis multas faciēs. Deinde cū fortunā sibi ꝓsperā crederet maiora tentare ausus est. Nā breui tpe Frācię ciuitates, villas, arces, cęteraq̨ Normanię oppida Anglis expulsis recuperauit. Deinde Rothomagēses adiēs eos multo milite circūdat, sed suū regē agnoscētes repugnātib9 Anglis se suaq̨ regi Carolo dederūt, eū cū magna exultatione recipiētes. Quibus rebus indignati Angli cū magno apparatu militū Normaniā inuadūt. Horū princeps Thomas Quiriclus erat, quib9 occurrentes Frāci licet numero inferiores essent, tantā tm̄ stragē Anglorum fecerūt creditu difficile, vt pecudes mactandas tm̄ Anglos conspexisses: nam apud Histo riographos septigēti septuagita q̄tuor supra millia q̄tuor Anglorum occubuere. Thomas vero Quiricl9 eorum dux cū alijs mille isigni nobilitate āglis capt9 ē.

Ex Fracis vero octo ex toto exercitu desiderati sunt. De hac victoria certiores
facti Parisiani duodecim puerorum infra primam adolescentiam millibus ad
sanctum Innocentem contractis, supplicationem ad diuę Marię templum de
creuerunt, singulis eorum lucernam cereā manu gestātibus. Hac fœlici victo=
ria Carolus aios erigēs oēm Normaniā incredibili virtute perdomuit, adeo vt
nec Anglus vllus in ea remaneret. Tātis igitur apud Normanos victorijs cla
rus Carolus ad Aquitanos animum cōuertit, quos statim suo imperio adiecit.
Erat enī hic rex iam cōsuetudine temporeq bellacissimus. Pacata itaq fere om=
ni Vasconia viginti millia robustorum domum rediere. Interea venere a pon=
tifice ad Carolum legati, qui miserandam Christianorum conditionem narra=
rent, auxilium a rege implorantes, quibus respondit rex se vlrro militem atq
opes daturum, si Anglus aduersus se arma deponeret, dolere insuper Christia=
nos a Turcis affligi. Eadem de causa in Angliam traiecerat Episcopus Rauē=
nas qui eadē Henrico narrās, hoc respōsum accepit: tēpus tūc Christianis sup=
petias ferri, cū tantū terræ Carolo abstulisset quātū Carolus ab eis sustulisset.
Sic sunt Angli pertinaces vt nihil Christianorū rem curēt magisq aduersus fi=
nitimos bella appetāt q̄ aliquid ꝑ noīe saluatoris cōtra hostes gerāt, q̄ si Frā=
ci aduersum Turcos arma desumpsetit eos statim Angli a ꝓposito auertūt, ar=
mis in eos resumptis. Dū hęc gerūtur Burdegalēses in Angliā traijciūt, auxi=
liū ab Hērico aduersus Carolū petētes q̄uis nihil dāni aut molestię eis intulis=
set Carolꝰ, ꝓmittūtq se ac ciuitatē suā cū oī Aquitania Hērico daturos. Ad id Talle=
bellū gerendū mittit̄ Tallebotus cū valida Anglorū manu, qui ad Burdegalē= botꝰ an=
ses appellēs illos in fide recepit, captis qui in pręsidio erāt Frācis. Cōiuratione glus.
ad Carolū perlata exercitū aduersum Anglos mittit, quo eos ab Aquitania ꝓ
pelleret. Veniētes igitur Franci e cōspectu hostiū castra locāt, tātaq vi vtrinq
pugnatū est, vt diu dubia victoria, cui potissimū cederet ignoraretur. At Talle
botus Anglorū duxa sagittario Frāco occisus, Anglorū aios fregit, in eo enī spē
collocauerāt q̄ esset strēnuus in rebꝰ agēdis, quā ob rē aio tabescētes oēs in fu=
gā cōuertūtur. Occubuere in eo ꝑlio octingēti Angli obscuri nois cū quadra= Talle=
ginti viris illustribꝰ, in quibꝰ fuit Tellebotri filiꝰ. Eorū vero qui se fluuio Dor= botꝰ cū
dōne crediderūt, par numerus fuit. Parta de Anglis victoria Carolus sagitta= filio oc=
rios Burdegalā ꝑmittit, q̄ agrū vastarēt, sed veniā petētes Burdegalēses a Cle ciditur.
mēte rege veniā impetrarūt data Anglis abeundi potestate. Verū dū oīa crede
rētur pacata Delphinus Ludouicꝰ a patre deficiēs ad Philippū Burgūdū se cō
tulit, a quo perbenigne receptꝰ est, ac honorificētissime habitꝰ. Deinde post an=
num decimū patri recōciliatus est, verū neq literis neq legationibꝰ Ludouicꝰ
moueri potuit ad patris cōspectū redire. Multa ꝑtetea his diebꝰ cōtigerūt, quę Carolꝰ
scribere longū esset. At Carolus multis victorijs clarus die festo Magdalenes morit̄.
obijt, sepultusq regia pompa apud cœnobium Dionysianum.

¶Capitulum. CCLXXV.

Eugenius quartꝰ patria Venetus populari natus familia post
Martinum quintum pontificatum adeptus est. Hic legatio= Euge=
ne apud Picētos & Bononiēses functus, tādē mortuo Marti= niꝰ. iiij.
no pōtifex est electus, mutatoq noīe Gabrielis, Eugenius est
appellatus, qui inito pōtificatu cōsilio improborū hominum
vsus nōnullis ciuibus Romanis damna intulit, sed aduersus

Concilĩu Basiliense.

eum resumptis armis vtrinq; pugnatum est, tanteq; cędes tunc factę sunt tum a pontifice tum a Colunnẽsibus, tantaq; de sacerdotibus supplicia sumpta, vt vix a Tyranno maiora fieri possent. Nam & sacerdotes nonnulli iussu pontificis in quatuor partes exsecti ad furcas quatuor suspendebantur. Verum cõuersis in Eugenium tum exteris, tum etiam Romanis ciuibus Eugenium qui iam vt elaberetur habitum mutauerat, lapidibus & sagittis insectati sunt: tanta rerum perturbatione motus Eugenius, & q cerneret Basiliẽse concilium indies augeri, concurrentibus eo Hispanię/Gallię/Germanię/Pannonięq; principibus, qui cõmunem reipublicę christianę causam in arbitrio concilij reponebãt ad tollendum concilium versus, illud primo quidem ex Basilea Bononiã trãsferre conatus est. Sed imperator alijq; principes & prelati, qui tum Basilee erãt, non modo pontifici non obtemperauerunt, verum etiam eum bis terq; monuerunt, vt Basileam idoneam a Martino celebrandi concilij locum delectum vna cum cardinalibus proficisceretur, aliter se in eum acturos vt in pręuaricatorẽ & contumacem. Motus istorum verbis Eugenius Basiliense concilium literis etiam apostolicis confirmauit, facta vnicuiq; eundi ad concilium potestate. Verum cum sibi res prospere succederent, intelligeretq; concilium illud Basiliense authoritati pontificum, qui sibi omnia licere arbitrãtur velle derogare, illud transferre Florentiam curauit, verebatur em̃ ne sui mores ibi a concilio dijudicarentur. Vnde & ter citatus ire recusauit: ob quam causam eo amoto quippe q contumax esset, Amedeus Sabaudiensis dux, qui tum ęremiticam vitam agebat in eius locum suffectus est. Eugenius vero indignatione motus Ludouicũ Caroli regis Francorum filium in Basilienses concitauit, cuius impetu ille sanctus conuentus post multas sanctas sanctiones dissipatus est, q̃uis primo vt supra retulimus hoc concilium comprobasset Eugenius, propter quod multa mala inde secuta sunt. Fuit hic Eugenius pręter pontificis dignitatem belloq; amator, eius tamen opera orientalis Ecclesia cũ occidentali coniuncta est. Pręterea religiosos omnes sub regularibus institutis viuere volentes mirũ in modum dilexit, & gratijs alijsq; priuilegijs iuuit. Hic insup Vladislaum Polonię regem cum Iuliano Cęsarnio cardinale in Turcos misit, qui cũ triginta millib⁹ apud Andriopolim cecidere. Moritur autem vir ingenio & rebus gestis insignis ętatis suę ãno sexagesimo quarto, sepelitq; in basilica Petri sepulchro marmoreo.

Hæc q̃ de concilio Basiliẽsi inserũtur, ex Platina Italo historico desũpta sũt.

Eugenius moritur.

Capitulum. CCLXXVI.

Fœlix.

INterea vero dũ viueret Eugenius essetq; ob cõtumaciã a Basilieñ concilio depositus, Fœlix eius nois quintus in eius locum surrogat⁹ est, anno domini millesimo. cccc. xxxviij. xvij. Nouembris: seditq; annis nouem. Hic primum Amedeus vocat⁹, Sabaudię dux fuit. qui. xl. annis post patrem prouincię gubernacula gerẽs, aucto vndiq; imperio paceq; quęsita, relictis oĩbus mundi pompis ad ęremum se transtulit, cum sex viris equestris ordinis ętate iam prouectis. Cumq; in eo statu cœlestem ferme vitam in terris ageret, a Basiliensi concilio pontifex est electus, vocatusq; est Fœlix, qui cerimonias ecclesiasticas discens omnia quę ad summũ pontificẽ pertinent peroptime egit. Sed cum esset virorum mitissimus Eugenio a cardinalibus suffectum Nicolaũ, nullis pulsatus precibus, tanq̃ pacis amator Nicolao humanissime cessit/se tantæ dignitatis indignum iudicans. Verum Nicolaus huius hominis mansuetudi-

Fœlix põtificatu se abdicat.

nem miratus cum cardinalatus honore donauit, probauitq́ omnia quę pontificatus tempore peregisset. Fuit autem clarissimus princeps pręter genus & suę elegantię formam ac regiam dignitatem & promptam eloquentiam, manibus integer, vita & religione sanctus, in subditos clemens, in bello magnanim⁹, & in omnes iustissimus. Sub hoc Fœlice triplex schisma in Ecclesia ortum est. Schisma. Quidam em̄ Eugenium quis abrogatum a concilio sequebantur. Alij neutrales dicebantur, qui nemini obtemperabant: quorum de numero fuere Germani. Reliqui vero Fœlicem tanq̄ verum pontificem sequebantur. Hoc etiā tempore concilium Basiliense quod pragmaticam vocamus, huc usq́ vim suā apd̄ Francos obtinuit reclamante semper summo pontifice, qui non secus ac perniciosam hęresim semper execratur, q̄ eam nemo pontificum dissoluto Basiliensi concilio cōprobauerit. Est tamen de hac re inter populum christianum non modica dissensio, dicentibus Theologis consilium suum pontificem a cōcilio posse deponi vrgente necessitate, veluti si pontificatum simoniace sit adeptus aut si plebi scandalum faciat, ob quam rem summi pontifices horum temporū Synodos generales cōgregare detractant: nemo em̄ nostri temporis vt ait Bernardus de consideratione, pontificatum sine largitionib⁹ adipiscitur. Quapropter nihil mirandum si concilia respuant, cum in his eorum vita crebro discutiatur.

¶Capitulum.CCLXXVII.

POst Sigismundum Albertus Austriæ dux, inde Bohemiæ ac Vngarię q̄ Sigismundi filiam accepisset in vxorem/regno potitus Francfordiæ, millesimo quadringentesimo tricesimoctauo in imperatorem, postea in regem Alemanię delect⁹ est. Hic pius admodum fuit, multisq́ virtutibus clarus, adeo vt populus eum tali imperio dignum, terq́ quaterq́ acclamaret. Obijt autē anno vno post assumptum imperium, relictis filio ac filiabus duabus post patrem breuissime vitę. horum mors veneni suspitione non caruit. Afferūt tamē nonnulli Albertum profluuio vētris obijsse. Huius autem tempore tres in cœlo Soles visi sunt futurorum malorum indices: nam pro salute & reformatione Ecclesię, laborante tunc concilio Basiliensi pessimū schisma ortū habuit. Quidam em̄ Eugenium, alij vero Fœlicem sequebantur. Alij neutrales appellabātur. Basiliense vero concilium quāuis multa authoritate tum pontificis/tū etiā doctorum virorū confirmatū, vigorem tamen apud Gallos tm̄ obtinet. Cōstanciense vero licet nulla authoritate firmatum fuerit, apud omnes tamen inuiolabiliter obseruatur, sed hoc ideo euenisse crediderim, quia Basiliense concilium pontificum mores reformare semper intēderit: quod profecto obhortent nostri temporis pontifices. Albertus.

¶Capitulum.CCLXXVIII.

FEdericus huius nominis tertius dux Austrię defuncto Alberto in imperatorem regemq́ Alemanię est electus. Sed cū vbi q̄ inter ecclesiasticos viros esset dissensio non statim coronat⁹ est. Tandem vero Fœlice pontificatu se abdicante a Nicolao Romę cum Leonora coniuge sua regis Lusitanię filia coronā & nuptiarum benedictionem accepit, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. Qui accepta benedictione vrbe discedentes Neapolim petiuerunt, Alphonsi regis visendi causa. Abeuntem comitati Federicus.iij.

ſunt duo cardinales ad quinquaginta millia paſſuum. Huius tpe Cōſtantinopolis orientis imperij ſedes vi & armis expugnata a Mahumeto Turcorū rege cęde diripitur, anno regni eius tertio. In huius vrbis populatione Cōſtantinus Paleologus matre Helena genitus orientis imperator capite truncatus regni ſimul & vitę finem fecit. At huius Federici temporibus alia multa contigerunt, ſed quia nihil hic imperator memoria dignū geſſit, merito alteri hiſtorię aſcribuntur. Mortuus eſt autem poſt aſſumptum imperium anno. liiij.

¶ Capitulum. CCLXXIX.

Nicolaus. v. Nicolaus huius nominis quintus Thomas Sarzanus antea vocatus a Sarzana oppido Lucenſis agri poſt Eugenium a cardinalibus Romanis pontifex creatus eſt, pridie nonas Martias, milleſimo quadringenteſimo. xlvij. Vir quidem modicis parentibus vtpote matre Andreola, patre Bartholomęo Phyſico natus. Sedit annis octo, vir quidem literarum ſcientiſſim⁹, ac virorum doctorum obſeruantiſſimus. Hic ſtatim inito pontificatu cum eſſet in omnes liberabiſſimus princeps chriſtianos habuit obſeruantiſſimos, ob quā cauſam Fœlix, de quo antea diximus, intelligens ſe omni auxilio deſtitutum pontificatu ſeſe abdicauit, ac Nicolaum tanq̄ verum pōtificem ſalutauit. Cui⁹ rei gratia Nicolaus cognita hominis manſuetudine & galerum rubrum ſolenniter miſit, eumq̄ Germanię ac Sabaudię legatū ex latere creauit. Inſup quicquid in pontificatu geſſerat, approbauit. Ob hanc cauſam celebres admodum ſupplicationes Nicolaus habuit, multa ſeditione liberatus. nam a ſchiſmate & armis diſceſſum eſt. Inſtruxit etiam hic pontifex pręclara maniſeſtiſſimaq̄ ędificia. Multa etiam vaſa aurea & argentea, necnon & cruces multę gemmis ornatę, ac ſacerdotalia veſtimenta auro & argento intexta. Libros quoq̄ multos tranſcribi fecit, quibus valde cum eſſet doctus delectabatur. Huic autem plures q̄ vlli mortalium libri dedicati ſunt. Eleemoſynas in pauperes & virgines erogauit. Gratus erga ſe meritos fuit: pacis, iuſtitięq̄ amator ab omnib⁹ habit⁹ eſt, beatum Bernardum inter ſanctos retulit. Tandem cum captam a Turcis Conſtantinopolim audiuiſſet dolore animi quo plurimum cruciabatur diem clauſit extremum, ſepultuſq̄ eſt autem in Baſilica Petri.

Nicolaus moritur.

¶ Capitulum. CCLXXX.

Calixt⁹ Calixtus huius nominis tertius poſt Nicolaum a cardinalibus pontifex electus eſt, vocabatur antea Alphōſus Borgia patre Ioanne viro nobili natus, natione Hiſpanus: ſeditq̄ annis tribus, & menſibus tribus: qui initio ſui pontificatus magni animi vir Turcis vt ante deuouerat / bellū indixit, ad quam rem principes chriſtianos adhortans Philippum Burgundię ducē Alphonſumq̄ Arogonam regem magnos principes ad hoc adduxit vt deſumpta cruce ſe in eam expeditionem ituros promitterent. Verum propoſiti male tenaces, non ſolū in Turchas nō mouerūt, ſed etiam multis cladibus chriſtianos afflixerunt: nam in Gallos mouens Burgundus datis acceptiſq̄ cladibus non ſine ignominia vitam finiuit. Spe igitur ſua fruſtratus pontifex nō ceſſabat reliquos principes adhortari, vt afflictis chriſtianorum reb⁹ opitularētur. Cuius rei cauſa ſacerdotibus mandauit vt orationem contra paganos in miſſa decantarent. Voluit quoq̄ vt in meridie ſonum campanis darent, vt aſſiduo ro

gatu deus flecteretur ad misericordiam. Misit etiam per vniuersum orbē christianum prędicatores qui Christianos ad hanc expeditionē animarent, ex quorum eleemosynis. xiij. triremes ędificauit, quas in hostes mittens multis cladibus eos vexauit: nā ad Bellogardum Christiani contra Turcos dimicātes duce Ioanne Vaionoda viro clarissimo astante, etiam Ioanne Capistrano ordinis minorum crucem illis pro vexillo offerēte eos Bellogardum oppugnantes ingenti clade superarūt. Ad sex em̄ millia hominum ex hostibus interfecta sunt in parua nostrorum manu, ad centum etiam & sexaginta sex bombardę captæ sunt: qua clade perterritus Turcus Cōstantinopolim propere se recepit. Actū de crudelissimo genere hominum tunc fuisset si principes Christiani omissis intestinis bellis tantam victoriam prosecuti fuissent. Verum resumptis virib9 & Trapezon prius imperatore interempto, Bosinam postea cepit magna clade Christianis illata. Tum Calixtus bonis operibus semper intendens festum Transfigurationis cum indulgentijs celebrari pręcepit, sicut fieri consuetū est in solennitate corporis Christi. Misit quoq̧ ad Persarum & Tartarorum reges legatos cum magnis muneribus vt eos in Turcos animaret, cuius persuasione moti Turco multa damna intulerunt. Tandem multis virtutibus clar9 diē clausit extremum, sepelitur q̧ in Basilica beati Petri. Huius laus pręcipue fuit, ꝙ pauperes benignissime fouit, virgines pauperes cū dote maritis collocauit, nobiles etiam ad inopiam reductos multum iuuit, moriens centum quinquaginta nummos aureorum, quos in Turcis conquisierat, reliquit.

Turci vincūt.

Festum Trāsfiguratio nis.

Calixt9 morit.

¶Capitulum. CCLXXXI.

TErrę cōmendato Carolo septimo filius eius Ludouicus huius nominis vndecimus regni Francorum diadema sumpsit: vnctus q̧ est apud Remos more maiorum, sed cum esset hic rex asper & vehemens, ingenio q̧ vario paucos principes habuit audientes, quos cum parui haberet Ludouicus cōiuratione facta ad Carolum Ludouici fratrem natu minorem deficiunt. Fuerat em̄ aliquando fama Carolum septimum huic iuniori filio regnum relicturum, si cōmodum tempus sese obtulisset ꝙ mores Ludouici admodum exosos haberet. Principum defectione cognita Ludouico cura fuit Parisios in fide continere, ad quos Carolum de Melduno, Ioannem q̧ Balluam mittens eos admonet vt vigilantissima custodia caueant, ne noui motus insurgant. Vnā eorum ciuitatem esse regni caput, nihil q̧ sibi timendum quę coniurati moliatur, si Parisienses in fide permaneant, quib9 auditis Parisij excubias custodiūt, adhibitis etiam ad portas custodibus. Ludouicus vero quo melius cœptis coniuratorum resisteret. xxx. millium militum exercitum cogit, cuius partem in Bituriges duxit, altera in Britones relicta, apud quos tum Carolus frater diuersabatur, profectus q̧ rex Borbonum multa castella atq̧ oppida vi expugnat. Verum hęc apud Bituriges Ludouico gerente Carolus Burgundionum dux Philippi filius Roiam & Mondiderium occupat, nec mota copias ad pontem Maxentij ad Isaram flumen ducit, libertatem q̧ populo quasi in seruitutem tunc redacto promittens plębem sibi conciliabat, occupatis q̧ nōnullis castellis, pecunia q̧ corruptis pręfectis libellos rationum regij fisci diripuit. Erat tum temporis in Auernia Ludouicus Rionem obsidens, vbi sese quasi in tutissimo loco Borbonij atq̧ Nemorsi duces receperant. Verum aduentu Ludouici perterriti,

Ludoui cus.xj.

Karol9 Burgū= dus.

iurant se regi Ludouico tanq̃ suo principi parituros nauaturosq; operam, vt reliqui principes coniurati fidem seruent, & in beneuolentiam redeant. Quapropter obsidione relicta in Burgundum rex progreditur, qui tum ad Montemhericum castra fecerat. Eo vbi Carolus Burgundus castra habebat cum peruenisset rex nulla data militi sui curandi mora furens in hostem progreditur. Fit itaq; mox atrox pugna fusis primo Burgundis. Verũtamen Ludouicus sancti Pauli comes suos in ordine continens, Ludouici vires sustinere fortissime milites admonebat, prospiciebat eñ post Ludouicum peditem nullum esse qui fauẽs Francis prostratos iugularet: vnde & prælium denuo instaurandum semper sperabat, quod in perniciem Francorum factum est, qui tametsi magnis viribus complures prostrauisset, instaurato tamen a Burgundis prælio, varia fortuna vsq; ad vesperam decimę sextę diei Iulij mensis pugnatum est, donec Scoti milites qui regij corporis custodiam gerebant periculum quod imminebat animaduertentes Ludouicum in arcem Montemherici perduxerunt, & sic prælium diremptum est, manente in sua statione Burgundo. Cecidere ex vtroq; exercitu sexcenti supra tria millia, inter quos omnes fere principis Burgundi custodes interierunt. Ex Francis vero cecidere non obscuri nominis Floquet⁹ Petrus Briseus, & Gaufridus de sancto Belino, a quo bis in eo prælio capt⁹ fuerat Carol⁹ Burgũdus, semp tñ a suis erept⁹. At rex pcipitis cõsilij sero pœnitens Corboliũ primo, deinde Parisiũ se cõtulit, a quibus perbenigne receptus est. Nihil tamen illis a delatoribus tutum fuit. Accusati eñ multi ciues q cum hoste verbum habuissent, in profluentem Sequanę demersi sunt, nonnulli vero capite puniti in quatuor partes exsecti fuere. Deinde Rothomagũ progressus comitẽ Deu sui loco Parisianis ciuib⁹ pręfecit. Interim vero principes cõfœderati Charentoniũ quod iuxta Parisios est, vi capiũt: quam ob rem comiti Deu mox cura fuit principum mentem missis legatis ad pacem & concordiam reuocare, quę cum audisset Ludouicus citissime ex Normania rediens ciues nõ parum suspectos habuit: quã ob rem recensitis militibus vrbem perambulauit in armis paratus, cuius aduentu cognito principes ad diui Antonij portam castra metati sunt, stantibus tamen summo silentio ad custodiendos muros ciuib⁹, nihil eñ eruptionis in eos fecere ciues. At non multo post cũ de pace inter regem & principes transactum esset, Leodiorum populus in Brabantinos, qui partium Burgundarum erant non modice grassatus est: ob quam causam data vtrinq; pace Carolus Burgundus Picardiam redire compulsus est. Interea Ludouicus animo secum repetens quomodo de principibus seorsum vlcisceretur primum a Carolo fratrem, quẽ Normanię ducatu donauerat, Rothomagum omnẽq; Normaniã abstulit. Deinde amotis magistratibus sęuissimisq; iudicijs expletis Philippo Burgũdorum duci bellum indixit, priusq̃ tamen in hostem progrederetur Parisios ciues in armis paratos esse iubet, quo facilius cognosceret quid virium in se ciuitas haberet, qui omnes arma desumentes sub magistratuũ signis vrbe ad Idus Septembres spectante Ludouico egressi sunt. Horum numerus ad septuaginta millia pugnatorum fuisse refertur. Per id tempus Pius pontifex abrogare pragmaticam tentauit, eam quasi hęresim execrans, q̃q crederet Ludouicum in hac re sibi non aduersari, ad Ludouicum legatos mittit, qui eum adhortarentur vt promisso se absolueret. Promiserat eñ Ludouicus Pio pontifici q pragmaticam deleret, si aliquando ad regnum sine controuer=

Ludouicus sancti Pauli comes.

Franci apud mõtemheri cũ vincuntur. Ludouici nimia credulitas.

Schola Parisiē‍sis regi testitit ob pragmaticā.

sia deuenisset. Verum repugnante Ioanne Romano regio procuratore, necnon
& Parisiensi schola ꝙ eam sanctissime a concilio Basiliensi institutam diceret,
legati re infecta ad pontificem redierunt. Dum hæc agerentur Leodienses in
suum pontificem insurgunt causam sumentes, ab eo rem diuinam nōdum esse
factam, quorum motus cum iam sedatus esset, Episcopusq; populo reconcilia=
tus, ferocissimus prędo hostis, tranquilitatis Carolus Burgundus vltionē su=
mere de Leodijs parat, coactoq; exercitu cum ad Namurcum castra fecisset fe=
rociter ciuitatem a ciuibus relictam ingrediens, nihil prętermisit quod ad cru=
delissimum Tyrannum humaniq; generis hostem pertineret. Nam a militib⁹
virgines stupratę iugulabantur, & sacerdotes religiosiq; inter missarum solen=
nia passim occidebantur, nec tanto sanguine satiatus impius Burgundus, etiā
his sceleribus sacrilegia adiunxit, incēsaq; postea vrbe riuis fossas ęquauit. Eis=
dem fere dieb⁹ templum diuę Marię apud Clerium igne exustum est, quo etiā
tempore Ludouicus de morte Caroli fratris nuncium accepit, veneno nescio a
quo abbate non inscio Ludouico vt creditū est, appetitus. Burgundionum ve=
ro dux pacis inimicus collecto grandi exercitu Neelam multo milite circūual
lat, duce Antonio fratre notho, quam a sagittarijs Francis accerrime defensam
frustra diu oppugnauit. Verum vrbis præfectus inito cum loci domina consi=
lio hac lege Burgundis ciuitatem permisit, si oppido milites abeuntes vita eis
concederetur incolumis. Fide igitur vtrinq; data cum depositis armis milites
abscederent a proditore perfidoq; Burgundo ad vnum trucidantur, nec melior
conditio fuit his qui ad templa confugerant, nam ad vnum crudelis satelles in=
tra templa trucidauit. Eo cum ferox sanguinisq; appetens Burgundus equo in
sidens aduenisset templum ingressus vt cędem cruoremq; humanum cōspexit.
Iam inquit agnoui ꝙ cruentos habeo carnifices. Ecce burgundi pietas, ecce
cruentissimi perfidi erga deum cultus, quis vnq̄ hęc a Tyrannis etiam crude=
lissimis perpetrata audiuit. Deinde cum prefectū cui fides data erat furca suspē
di iussisset, hinc abiens oppidum succendit, atq; diruit. Moxq; Roiam adiens eā
multo milite circūuallat, quę licet machinis multis atq; egregijs militib⁹ muni
ta esset, vecordia tamen prefectorum ciuitatem hosti permiserunt. Inde bello=
uacum vbi nullum esse pręsidium sperabat adoritur, ratus prima oppugnatio=
ne posse ciuitatem subiugare: verum egregie depugnantibus bellouacis burgū
dum alio se transferre compulerunt. In hac oppugnatione virtus duellę cuius=
dam egregia apparuit, quę militare vexillum a burgundo muros scandente au
ferens tandiu pugnauit, donec Guillermus Normanię Senescali vicarius au=
xilio accessit, qui ducentis equitibus stipatus ad muros se cōtulit, vbi hostis in=
credibili pertinacia depugnabat. Dimissa igitur ciuitate bellouacensi atq; Pi=
cardia de morte Nicolai Lothoringię ducis improbus burgundus certior fact⁹
Lothoringiam armis subiugare meditatur, causam accipiens ꝙ Nicolaus dum
viueret illi obęratus esset. Verum deficiente pecunia potestatem Ludouici for=
midans cuidam mercatori quinquaginta millia nummum promittit, si Ludo=
uicum veneno tollere posset. Itaq; negocium seruo dat montes aureos promit=
tens maleficio feliciter exacto, sed deprehensus seruus capite truncatus est, atq;
in quatuor partes exsectus est, quod intelligens maleficus dux vnius anni in=
ducias a Ludouico petit, quibus datis acceptisq; mox iurisiurādi fractor Lotho=
ringiam petit, sollicitatq; Edouardum Anglorum regem aduersus Ludouicū

Caroli Burgū di crudelitas.

Caroli burgundi ipietas.

Caroli burgundi execrandū facinus

Caroli burgundi perfidia.

Caroli venefica cogitatio.

Edouardus Anglus.

transfretare: quã ob rem magnum exercitum agẽs Edouardus ad diui Michaelis montem classem traducit, quo cognito Ludouicus milites in Normaniam misit, qui Anglis obstarent. Eodem tempore in Burgundia non procul

Burgũdi vicũt.

magna Burgundorũ turma cũ ducentis equitibus qui ex ad Burgũdum auxiliares venerat, a Francis superatur. Prope Atrebatum etiam quingenti supra mille ex Burgundis a milite Frãco trucidati sunt, multis ex nobilitate burgunda captis. At Edouardus a Cõnestabili Burgundoq̃ solicitatus cum viginti millibus armatorum Calesium appulit. Verũ conuentione inter vtrũq̃ regem habita ad septem annos inducię prorogatę sunt, data Anglo ingenti pecu

Connestabilis pacem violat ac fidẽ.

nia. Connestabilis vero Ludouicus de Luxẽburgo cui pax odiosa erat cum sępius datam fidem violasset, essetq̃ maiestatis reus apud Grauiam sententia parlamentei senatus capite punitus est, bonaq̃ eius publicata. de eius criminibus atq̃ supplicio carmina multa scripta fuere. At Burgundus quietis impatiens in Heluetios exercitum ducens nonnulla oppida cepit, sed mox ab illis fusus

Connestabilis capite punit.

fugatusq̃ non modo quæ abstulerat Burgundus recuperant: verum castra sarcinasq̃ diripientes / machinas atq̃ tormenta quibus antea carebant deprębenderunt. Insuper inuentos duodecim & quingentos Alemanos quos burgundus suspendio affecerat terrę cõmendarunt totidem burgundis in eorum loco affi

Carol⁹ burgundus fugit.

xis. Ipse vero Carolus burgundus turpiter fugiens Ioignam in finibus Sequanorum se recepit. Sed cum ferox esset, ac vindictę percupidus bellum iterũ instaurat, inde ad Moracum castra locãs exile oppidum circũuallat. ad quod cum validis copijs Renatus Lothoringię dux cui Nantium abstulerat Burgundus

Renat⁹ dux Lothoringię.

accesserat. qui in burgundos progrediẽs tandiu eos cęcidit quo ad Ioignã in finibus Sequanorũ se recepissent. Occisorum in ea pugna numer⁹. xvij. millium fuit. Heluetij vero castra burgundorũ diripientes, prædam omnem Lothoringo in beneficij compensationem dedere. Hac victoria de burgundis habita, Renato Lothoringo Nantium recuperare in animo fuit. Vnde Argentinam progrediens quatuor armatorum millibus coactis Nantium proficiscitur, oppidumq̃ quod a burgundis tenebatur obsidione angens facili negocio recuperat, qua re cognita burgundus multo milite potens Nantium circũcingit, tam arcte Lothoringos premens vt iam fame deficientes de ciuitate reddenda sermonem haberent. Verum animo erectus Lothoringus quarto nonas Ianuarij cũ nouis copijs adueniens ad locum iuxta Nouamuillam exercitum aciesq̃ instruit. At burgundus multo milite tormentisq̃ non paucis apprime munitus, vnum agmen in hostem mittit. Primum Galeotus Italus, secundum Iudocus

Burgũdorũ cędes.

Lalanus ducebat. Commisso itaq̃ prelio tanta burgundorum cędes facta est vt nec vnus ex eis superfuisset nisi nox plurima pręlium diremisset. Burgundus vero dum fuga salutem sibi quęrit tribus vulneribus vt ipse meruerat confos

Carol⁹ burgundus occiditur.

sus, posteris arrogantibus fabula factus est. Tum Lothoringus vt erat benignus vbi burgũdũ occisum agnouit, eius cadauer in templo diui Georgij apđ Nantium sepeliri fecit. Deinde in burgundiam exercitum ducens post paucos dies eam Ludouici nomine recuperauit. Ludouicus vero de burgundionis morte certior factus, breui tempore Picardiam omnem sibi vendicat expulso inde Flandrensi pręsidio. Attrabatenses tamen duri animi regi obtemperare omnino pernegarunt, aduersus quos exercitum cogens Ludouicus statim eos sibi audientes fecit. Dum hęc a Ludouico agerẽtur Maximilianus Federici imperato

ris filius Mariam Caroli Burgundi filiam vxorem desponsat: quā ob rem nuptijs expletis comparato exercitu ad Flandrenses se contulit. Eo tempore apud Tornacum cecidit dux Geldrensis cum duobus Alemanorum millibꝰ septingentis viuis captis. Flandrensium vero in ea pugna occisorum numerus duorum millium fuit: qui vero in fuga occisi sunt ad duo millia numerati sunt. In Sequanis vero Auraicensis multorum Francorum cędem fecit. Maximilianꝰ vero qui grandem exercitum coegerat ex Flandria mouens Morinum adoritur, in quem erūpentes Franci signo dato pręlium committunt. Cecidere ex prima Burgundorū acie permulti, at Franci sagittarij rati se victoria potitos, dū prędę animum intendunt ab aduersarijs intercepti, non secus ac oues trucidati sunt. Ex Burgundis vndecim, ex Francis quinq̧ millia occubuisse referūtur, eoꝝ vero qui a Francis viui capti fuerunt nongentorum Burgundionū numerus fuit. At Maximilianus receptis militibus Malannozū arcem expugnat, cuius pręfectus fide data ab his qui eum ceperāt, post triduū rupto fœdere iussu Maximiliani strangulatus est. Quo execrabili facinore indignatus Ludouicꝰ, quinquaginta burgundos selectos pari supplicio affici mandauit. Per id tempus tanta fames multa regni Francię loca inuasit, vt dum dono arreptum cibū manderent media iam cruciati arterijsq̧ restrictis prius moriebantur q̄ ad stomachum deducerēt. Post hęc Ludouicus longa ęgritudine iam cruciatus, cum Margaretam Maximiliani filiam filio Carolo desponsasset tertio Kl. Septembres apud Turonos morit̄, licet antea multa medicinę genera sibi adhibuisset, sumpsissetq̧ ex aliquot infantibus humanum sanguinem, sepultusq̧ est in diuę Marię templo apud Clerium, quod magna impensa dum viueret extruxerat.

Maximilianꝰ filiā Caroli duxit vxorem.

Maximiliani idignū facinus

Ludouicus moritur.

¶ Capitulum. CCLXXXII.

DEfuncto Calixto apud Francos regnante Ludouico Pius secundus cognomento Aeneas a cardinalibus in pontificem delectus est. xiij. Kl. Septembres millesimo. cccc. lxviij. Cuiꝰ pater a plębe Senēsi e repu. erectus ad fundum gentilicium Corsunanum se contulit, vbi eius vxor filium pariens Aeneam Syluium nominauit. Hic dū adoleuisset facilitate ingenij statim in virum doctum euasit. Vnde ad concilium Basiliense Dominicū Capranicum secutus magno in honore apud omnes est habitus. Fuit enim Scriba in illa sacra Synodo, & literarum apostolicarum abbreuiator, cuius etiam causa orationes sępe habuit, legationesq̧ complures sępe obiuit. Hic dum apud Eugenium qui cōcilio basiliensi aduersabatur / orationem haberet, primum elegāti oratione se purgauit, q̧ eorum authoritatem secutus esset, quorum sententia concilium basiliense fuerat approbatum / optimam fuisse patrum congregationem demonstrans: deinde vero his de rebus cum eo agere cœpit, quorum gratia ab imperatore missus fuerat. Mortuo vero Eugenio dum Nicolaus in eius locum sufficitur, Aeneam subdiaconū creat, dato illi Episcopatu Tergestino. Deinde post multas legationes Episcopus Senensis, vnde originem ducebat, a Nicolao pontifice creatus est. Deniq̧ apud Calixtum pontificem tanta authoritate valuit, vt cardinea dignitate donatus pontificem quoquo vellet impelleret. Deniq̧ mortuo Calixto Romā rediens oīm cōsensu pontifex delectꝰ est, qui pontificatu inito tantę fortitudinis atq̧ cōstantię fuit, vt neq̧ reges neq̧ duces aliquando formidauerit. Propterea Sigismundum Austrię ducem, qui

Pius secundus

Nicolaus Cuſanus.

percelebrem virum Nicolaum Cuſanum ſancti Petri ad vincula cardinalem in carcerem coniecerat, diris execrationibus perſecutus eſt. Maguntinum inſuper Antiſtitem male de Eccleſia ſentientē ſede deiecit, altero in eius loco ſuffecto. Habuit quoq; frequentes orationes de bello Turcis indicendo, ex quibus perſępe motę ſunt ab audientibus lachrymę, q̃uis nihil tunc a Chriſtianis actū fuerit, conuocatis eīn ex Hiſpania, Germania, atq; Gallia innumerabilib⁹ viris, cum parum idonei ad bellum gerendum viderentur in patriam remiſit, data illis benedictione. Tentauit quoq; Philippum burgundum belli ſocium in Turcos ducere ꝙ ſe ad huiuſmodi expeditionē voto aſtrinxerat, ſed bello Gallico delectatus maluit in chriſtianiſſimum regem Frãcorum, q̃ in in hoſtes fidei arma ſumere. Tandem vero dum claſſem quę paſſim in portub⁹ ſuperi inferiq; maris ad tantum bellum fuerat ędificata, dumq; Venetorum ducem belli ſocium Auioni expectat, diutina & lenta febre afflictatus moritur, anno, lxiiij ſupra.cccc.& mille.xvij.Kl. Septembres, anno ſui põtificatus ſexto, diebus ſex minus, ętatis vero.lxiiij.ſepultuſq; eſt in Baſilica Petri multis collachrymantibus. Fuit autem hic pontifex imprimis ſtudioſiſſimus ac doctiſſimus homo, & doctorum virorum amantiſſimus, ſtatura breui, facie ſenecta & ſerena, canoq; capite, Catarinam Senenſem inter ſanctas Chriſti virgines retulit, pragmaticam ſanctionem in Gallia abrogare conatus eſt, q̃q̃ ante adeptum pontificatum ſanctam eam eſſe diceret vel ſimularet. Adeo eīn eſt Romanorum cupiditas inſtabilis vt quę aliquando approbarunt ob modicę pecunię ſpem ſtatim reprobent. Relatus eſt autem in vrbem patrum decreto, conditusq; vbi caput Andreę Apoſtoli ad ſe Pelopõneſſo aduectum collocari iuſſerat. Libros complures ſcripſit, quorum ſententias notatu dignas hic ad inſtitutionem vitę inſerui.

Pij optima dicta.

Diuinã naturam credendo melius q̃ diſputando intelligi ac comprehendi poſſe dicebat. Omnē ſectam authoritate firmatam humana ratione carere. Chriſtianam fidem etiam ſi miraculis non eſſet approbata honeſtate ſua recipi debuiſſe. Vnius diuinitatis tris eſſe perſonas, non qua ratione probetur, ſed a quo dicatur aiaduertendũ. Mortales mēſores cœli & terrę audaces magis videri q̃ veros. Siderum inueſtigare curſus pulchrius eſſe q̃ vtile. Amicos dei & hac & futura perfrui vita. Sine virtute nulli ſolidum eſſe gaudium. Neq; auarum pecunia, neq; doctum ſciētia repleri poſſe. Cui plura noſſe datum eſt eum maiora ſequi dubia. Plębeis argenti, nobilibus auri, principibus gemmarũ loco literas eſſe debere. Bonos medicos non pecuniam ſed ægroti valitudinē quęrere. Artificioſam orationem ſtultos non ſapientes flectere. Sanctas eſſe leges quę vaganti frena licētię imponũt. In plebe vim habere leges, in potētib⁹ multas res grauiores armis non legibus diffiniri. Vrbanus ſuam domum ciuitati, ciuitatem regioni, regionem mundo, mundum deo ſubijcit. Lubricum eſſe primum apud reges locũ. Vt in mare flumina, ita omnia vitia in magnas aulas influere. Aſſentatores maxime quo volunt reges ducere. Nulli magis principes aures q̃ delatori pręſtare. Peſſimam regibus peſtem adulatoris linguam. Regem qui nulli fidit inutilem eſſe, nec meliorem qui omnibus credit. Qui multos regit a multis regatur oportet. Non eſſe regio nomine dignum qui ſuis cõmodis publica metitur, neq; qui ſacra negligit Eccleſię prouentum, neq; regem qui iuridicundo non aſſidet vectigalia digna petere. Litigatores auiculã, forũ areã, iudicem rethe, patronos aucupes dicebat. Dignitatib⁹ viros donandos, nõ

dignitates hominibus. Magistratus alios mereri & non habere, alios habere &
non mereri. Graue pōtificis onus, sed beatum ei qui bene fert. Indoctū Episco
pum asino comparandum. Corpora malos medicos/animas imperitos sacer=
dotes occidere. Vagū monachū diabolo mancipādū esse, virtutes clerū ditasse,
vitia pauperē facere. Sacerdotibus magna ratione sublatas nuptias maiori re=
stituēdas videri. Fideli amico nullū thesaurū anteferendū. Vitam amico, inui=
diā morti cōparandū, hostem in se nutrire qui nimis filio ignoscit. Nulla in re
auarū placere hominibus nisi in morte. vitia hoim liberalitate obtegi, nudari
auaritia, mentiri seruile vitium esse, vini vsum & labores morbos auxisse mor=
talibus. Vinum quod mentem excitet non quod obruat sumendum, libidinem
ętatem omnem fœdare, senectutem extinguere. Quietam vitā nō aurū ipsum
non gemmas prębere. Dulce bonis, durum iniquis mori. Generosam mortem
vitę turpi oim Philosophorꝫ sentētia anteferendā. ¶CaCCLXXXIII.

PIo Aeneę terrę cōmēdato suffectus est Paulus hui⁹ nominis se= Paulus.
cundus Petrus Barbo antea vocat⁹ patria Venetus, sancti Mar
ci p̄sbyter cardinalis, Eugenij pōtificis ex sorore nepos, seditq̄
annis sex & mensibus. x. Hic pontificatu inito, siue ꝙ Pij decre
ta & acta oderat, siue ꝙ ita pollicit⁹ erat abbreuiatores oēs ode=
rat quos Pius in ordinem redegerat tāq̄ inutiles & indoctos vt
ipse dicebat exauthorauit, quos certe ad sui dignitatem toto orbe conquisisse de
bebat. Horum de numero Platina erat, qui cum in quibusdam literis de conci=
lio mentionē fecisset, maiestatis reus in vincula coniectus est. Deinde canoni=
cos regulares a sancto Ioanne Laterano a Calixto pulsos restituit. At vero cū
nunciatum esset Turcos capta iam fere tota Epiro in Illyricum iter parare ora
tores statim ad reges & principes misit eos oratum, vt compositis rebus suis de
bello Turcis inferendo ad propulsandam iniuriam cogitarent, qui cū grauissi
mis bellis inter se decertarent nihil tandem actum est. Hinc Anglici veterem
regem, interdum vero nouum expetētes, hinc Hispani, hinc Gallici principes
aduersus suum regem Ludouicum decertantes rem tantā impediuerunt. Tum
vero Paulus in filios comitis auerse arma conuertens eos iuuantes bello op=
pressit capto Francisco Deiphebi fratre atq̄ in mole Hadriani per quinquen=
nium retento. Deinde ad ocium conuersus populo Romano ad imitationem
veterum ludos q̄ magnificentissimos & epulum lautissimum instituit, Curre=
batur ab arcu Domitiani vsq̄ ad ædes sancti Marci. Vnde pontifex ipse soli=
dam voluptatem percipiebat. Tandem vero cum ob nouarum rerum formi= Paulus
dinem multos sine causa cruciatibus affecisset, apoplexia moritur solus in cu morit.
biculo nemine vidente, cum eo die lętus etiam consistorium habuisset, pon=
tificatus sui anno sexto, mense decimo, quinto Calendas Augusti, millesi=
mo quadringentesimo septuagesimo primo. Fuit autem hic pōtifex circa cul=
tū corpis diligēs adeo vt a plęrisq̄ dicat eū dū in publicū pdiret faciē sibi fucis Hęc pla
sumptuosis & reb⁹ exquisitis ornare, inspici em̄ ab oib⁹ volebat, & admirari. tina nar
Hanc ob rem nōnunq̄ peregrinos in vrbe retinuit. duo bella in Italia suscepit, rat q̄ ve
quę nulla re prius repetita bello, sed insidijs primo inchoata deseruit. In colli= ra sint
gendis pecunijs ita diligens fuit, vt fere semper beneficia & Episcopatus his nec ne
committeret qui aliquod vænale officium haberent vnde elici munus pos= nihil no
set. His autem pecunijs interdum etiam ad liberalitatem vtebatur. Nam stra in=
cardinales pauperes/& Episcopos/& nobiles/viduasq̄/virgines/& ęgrotos terest.

frequenter iuuabat. Morosus erat & difficilis, iustus tamen & clemēs a quibusdam est habitus, sepultus est autem in Vaticano, cui marmoreum sepulchrum a suis nepotibus erectum est. ¶Capitulum.CCLXXXIIII.

Sixtus iiij. SIxtus huius nominis quartus post Paulum vita functū cōmuni cardinaliū voto pontifex deligitur. Hic antea Franciscus a Runere dictus ordinis fratrum minorum minister accuratissimus fuit, seditq annis.xiij. vir certe ingenio tantus quātum nostra ętās tulerit, cuius pręclara monumenta posteris reliquit. nam scripsit librum de potentia dei, de sanguine Christi, de futuris contingentibus, de conceptione beatę Marię virginis, & quędā alia perpulchra. Fuit autem in pauperes pius, ac in religiosos munificentissimus. Omnes etiam mendicantes religiosos ad ęmulationes euitandas priuilegijs & gratijs censuit esse æquales. Beatum Bonauenturam ordinis minorum in sanctos retulit. Multa etiam ædificia construxit. Hoc tamen ei vitio datur ꝙ suos nimium amauerat, quibus humana diuinaq præter iustitiam tribuit. Multorum quoq iudicio iniuste tumultu bellico Italiam totam vexauit. Florentinos quoq bello vexauit ob Franciscum Saluiatum Pisanum Archiprę sulem, Raphaelemq cardinalem, comitis Hieronymi ex sorore nepotem, cum plærisq alijs eos comitantibus Laurentius de Medicis suspendio affecerat, quoniā Iulianum de Medicis Laurentij fratrem in tēplo sanctę Reparatę obtruncari fecerant. Aliud postea bellum aduersus Ferdinandum Apulię regem suscepit, ꝙ nollet illū Herculi duci Ferrarię genero suo a Venetis obsesso auxilio adesse. Sed cum Ferdinando rebus compositis Venetis mutata sentētia bellū indixit

Veneti excomunicā tur. sacris interdixit, excōmunicauit ac maledixit, atq etiam omnibus dignitatibus eos priuauit, nec quo ad vixit illis absolutionis beneficium impendere voluit, dumq hęc agerentur febribus correptus vitam exalauit. Fuit nihilominus hic pontifex inter cæteros optimus: nam de summa instantia de alacritate animarū custos extitit. Creauit in pōtificatu.xxxij.cardinales, inter quos pręcipuus fuit Iulianus a Runere ex fratre nepos, qui corpus ipsius maxima pompa & de uotis exequijs apud sanctum Petrum in Vaticano sepeliri fecit, multas festiuitates veteribus adiunxit, & multorum sanctorum festa: videlicet Francisci, Cōceptionis/Præsentationis gloriosissimę virginis Marię, sanctę Annę matris

Sixtus morit. eiusdem, sanctissimiq Ioseph sponsi eius celebrari iussit. Obijt autē multis bellis inquietatus anno Christi millesimo.cccc.lxxxiiij.mense Augusti, pontificatus sui anno.xiij. ¶Capitulum.CCLXXXV.

Innocē tiꝰ.viij. INnocētius huius nominis.viij. Ioannes Baptista Cibo antea dictus patria Genuēsis patre Aaron Cibo ę mediocri familia sed honorata natꝰ.ex presbytero cardinali sanctę Cecilię s cardinalibꝰ pōtifex eligitur, anno Christi.M.cccc.lxxxiiij. Idibus Augusti. Hic propter māsuetudinē a cardinalibus creatꝰ pōtifex vt erat vir optimus Ecclesiā pro viribꝰ in pace continere studuit. Nam & inter principes christianos fœdera cōiungēs eos vt Turcas mouerēt persepe hortabat. Nec imerito Innocētius dictus est, Erat vir simplex ac sanctimonia & magnitudine animi pstās, cui pace cōi nil melius videretur, ꝙ si pro tutela Ecclesię desumenda arma forent, non propter victoriam aut gloriam, sed ad quietem & pacem id fieri debere dicebat. Vrsini tamen &

Colūnenses tam sancta consilia respuentes intestinis bellis vrbem infestarūt seipsos lacerantes,eapropter multis sceleratis ac dānatis intra vrbem ac extra licentia peccandi concessa fuit,quę res adeo pontificem afflixit,vt in hostes ecclesię arma sumere coactus fuerit.Inde cōtra Ferdinandū Apulię regē mouēs ad annua tributa ecclesię persoluenda vi armorum iuramentoq̧ astrinxit. His rebus ex sententia cōpositis inter Vrsinos ac Colunnenses summa diligentia composuit.Deinde in Buchalmium tyrannum Ecclesię hostem qui ad Turcham defecerat copias ducens captiuum Ludouico Sphortię Insubrię duci tradidit.Multa quoq̧ pręclara toto suo pontificatu gessit,gessissetq̧ nisi temporis breuitas ac dolor continuus eum impediuissent.Cognatis autem & cōsanguineis beneficium nullum impertitus est,nisi Francisco ac Theodorinę filijs ex scelesto concubitu ante pontificatum satis,quos pręter rationem de cardinalium consensu multis thesauris donauit,Heliopoldum Austrię ducem inter sanctos retulit,Venetosq̧ a censura ecclesiastica absoluit. Fœdere inuicem iuncto Cœnobio fratrum ęremitarum Bergomensium Ecclesiam argenteam miro artificio celatam & subtiliter sculptam proprijs manibus super altare obtulit.Fuit deniq̧ hic pontifex morū probitate,vitę sanctimonia atq̧ omni disciplinarum genere ornatus. Obijt autem anno Christi millesimo.cccc.xcij.sui pontificatus anno octauo,die.xxvi..Iulij.

Innocētius moritur.

ℭCapitulum.CCLXXXVI.

MAximilianus Romanorū rex qui iam septem annis cum patre regnauerat,his temporibus in imperatorem delectus est. Hic Mariā Caroli Burgundionū ducis vnicā filiā vxorē accepit,ex qua Philippū filiū & Margaretā fœminam suscepit. Illa tamen non multo post venatum pergens equo lapsa cecidit.Indeq̧ moriens filios hæredes reliquit.At Maximilianus quāuis animo pusillus,semper tamen Gallis inimicus multas res nouas moliri cupiebat.Vnde multotiens simulata amicitia Ludouico.xj.bellum intulit, accepto,nonnūq̄ dato multo incōmodo,qui cogitatus dolosos procedere conspiciens,tandē aperto Marte Morinos aggreditur multo milite potēs.Erant enim ex imperatoris parte quadraginta millia.At Galli non fracto aīo imperatoris potentiam parui facientes collatis vtrinq̧ signis prelium cōmittunt, quo atrociter cōmisso ceciderunt ex Burgundis & Alemanis vndecim millia nongentis in prędam viuis abductis.Ex Francis vero quinq̧ tm̄ millia desiderata sunt.Hac re exasperat9 Maximilian9 Attrebatū copias mouet,qđ Franci optimo iure sibi vendicauerant,quibus dolose(vt est versipelli aīo)expulsis eo potitus est.Post hęc mortuo Ludouico vndecimo rege Francię iunctis fœderibus cum Alexandro pontifice,Ferdinando & Helisabet Hispanię regibus,senatu Venetorum ac Ludouico Sphortia Mediolanensiū duce,Carolum Francię regem nouellum ex Neapoli redeuntem,nihilq̧ tale cogitātem intercipere tentauit. At Carolus superior existens ex coniuratis ingentem victoriam reportauit,fugato imprimis Maximiliano Romanorum rege.Deinde cū intellexisset Carolum apud Ambosiam defunctum, Ludouicumq̧ Aurelianensem defunctum,multo metu liberatus, cum Ludouico fœdus inijt,a quo etiam ingentem pecuniam mutuo accepit.Nam cum esset inops & multa pecunia egeret:illum miseratus Ludouicus centum millibus nummorum ac

Maximilian9.

Maximilian9 Atrebatū dolose recuperat.

Maximilian9 cū cęteris cōiugatis fugatur.

multo milite iuuit. Vnde factum est vt eiꝰ auxilio Veronam / Patauium / ac Taruisium recuperaret, sed beneficiorum immemor ac ingratus fortunam si=
Maximilianꝰ auxilio Ludouici multas vrbes recuperat.
bi prospere arridere credens contra deum & iustitiam ictam fidem ac fœdera rupit, hortante ad hoc maxime Iulio pontifice, qui ad Venetos a Francis tū de=fecerat. Itaqꝫ iuncto fœdere cum pontifice Venetisqꝫ, bello Francos adoritur, a quibus cum coniuratis deuictus fuga salutē sibi quęsiuit Maximilianus, mul=tis occisis, multisqꝫ viuis in prędam abductis. Vix em̄ ei aliquādo quicq̄ in bel=lo prosperum cessit, nisi Francos habuerit auxiliares: si ab eis deficere ad alios contigerit, infœlix prorsus omniqꝫ virtute carens non solum res antea bello partas deperdit, sed perpetuo dedecore notatus suis posteris ignominię macu=lam non sine fabula comparat. Quapropter si sano acquiescat consilio illorū amicitiam sibi multa benignitate vendicet, quo fœlici ac optato fine cum pace diem claudat extremum. Viuit adhuc hic imperator iam grandęuus non mul=tos ob ętatem superuicturus dies, det illi dominus sanam mentem, qua bonis operibus vacans cœlos tandem conscendat.

Capitulum.CCLXXXVII.

Alexander.vj.

ALexander huius nominis sextus natione Hispanus Rhodori=cus antea vocatus post Innocentium ex Archidiacono sanctę Romanę Ecclesię a cardinalibus pontifex electus est. Hic ex gente Borgia originem ducēs a Calixto pontifice eius parruo a puero educatus literis diuinis pariter humanis operam de=dit. In quibus tantum profecit, vt pręstantissimus in explican dis consilijs discussor ab omnibus iudicaretur, quā ob causam in ipsa sua ado=lescentia cardineam dignitatem adeptus vicecancelariatus officio, ad quod om nes prope graues expeditiones curię Romanę referuntur, summa cum laude quadraginta & quatuor annis constantissime functus est. Deinde vero in pon=tificem omniū beniuolētia & admiratione electus sui pontificatꝰ exordio Chri stianorum principum legatos Romā ipsius salutandi causa venientes perbe=nigne suscepit, quos ad pacem mutuam adhortans nomine principum Turcis bellū indicendū suasit. Tum de more pōtificū duos cardinales creās, videlicet Ioannem Borgiā & Valentinū Borgiam, Ioannem nepotem sanctę Susannę presbyterū cardinalem legatū secūdo sui pontificatus anno Neapolim mittit, Alphonsi noui regis coronandi gratia, hac maxime de causa vt Carolū Fran=corum regem, qui iure hęreditario regnū Neapolitanum vindicare instituerat cuius potentiam formidabat Italia auerteret, prohibiturus etiam quoad posset vrbis ingressum, qui Romanorū numero & virtute fretus cū securꝰ sibi videte tur appropinquante Francorꝫ rege tanta formidine cū suis percellit̄, vt langue scente animo ad oblatas qualescūqꝫ a rege cōditiones descēderet: tū populus oīs ex summa tristitia in plausum & lętitiā cōuertitur, Romani etem̄ Francorꝫ vir tutē aliq̄n experti ratū tenebāt Carolū animi magnitudine strēnuū, māsuetu=dine eximiū, clęmētia cumulatissimū, nil detrimēti eis moliturū si facilis Nea polim tēdēti preberet̄ aditꝰ, sin cōtra cœptis Caroli resistere conarētur armorꝫ
Carolꝰ Romā ingreditur.
vi Romā facile superaturū. Carolus igitur Calēdis Ianuarijs cū vniuerso exer citu Romę exceptus in palatio diui Marci sedem locauit. Ingressus rex vrbem militem a tumultu temperare iubet, nonnullis qui edicto non paruerunt furca suspensis. Pontifex vero non satis sui securus in molem Adriani, quod castrū

ſancti Angeli vocant,tremebunduſꝙ trepiduſꝙ refugit regias copias quæ in auxilium venerant vrbe(licet inuitus)excludens.Ipſe vero vbi quietum regis aduentum agnouit paululum timore leuatus fœdus cum Carolo inijt,atꝙ inter medios complexus Maclodienſem vnum ex baronibꝰ cardinalē deſignat. Subiugata rerū dñā Roma quinto Kl. Februarias rex Francus Roma diſceſſit, & pontifice conſentiente Ozimum Turcam ſecum abduxit,vt eius ope ſubiugata Apulia finitimos Turcas debellaret.Sed pontifex non ſatis ſecurus ob Valentini cardinalis fugā quā Carolo dederat obſidem,initiꝙ fœderis immemor,cū Venetis,Maximiliano impatore,Ferdinādo Aragonū rege,ac Ludouico Sphortia noua fœdera cōiunxit,ſperās hiſce principibꝰ Caroli gloriā imminuere.Id enī Italis īnatū eſt vt Frācorꝫ glorię inuidētes Gallicū nomē ſemper exoſum habeāt,ita vt cū eis inita fœdera fide cū Gallis firmata contra deū & iuſtitiā violare nullatenus vereātur.

Roma a Francis ſubiugata.

Cōiurati ergo apud Fornouiū nō lōge a Parma ciuitate viā qua Carolus trāſiturus erat inſidunt quadraginta millibus pugnatorū ſtipati.vbi quantū Franca virtus emicuerit,qui ex aduerſarijs ſuperfuere ſatis enarrare poſſunt.

Coniuratio in Carolū Francū

Reuerſo igitur cum victoria in Gallias Carolo & ibidem haud multo poſt defuncto Alexander plurima formidine liberatus cū Ludouico noua percuſſit fœdera,validūꝙ exercitū cōgregās Valentinū rei militaris nō imperitū ducē eidē prefecit,qui cōtra Catarinā vicecomitē Hieronymi Riarij relictā paruo milite,multaꝙ penuria afflictā mouens eam ad pontificē in modum triumphi captiuā duxit. Hac victoria lętus pontifex Valētinū ducali dignitate inſigniuit.

Valētinus Catarinā ſuperat.

Tandē cum Lucretiā filiam Alphonſo Aſcenſi Ferrarię duci matrimonio maxima cū dote collocaſſet,ſediſſetꝙ.xj.annis in pontificatu decimo octauo die menſis Auguſti veneno perijt,ſepultuſꝙ eſt apud ſanctum Petrum magna funeris pompa.

Alexander venenopit.

ℭCapitulum.CCLXXXVIII.

Carolꝰ octauꝰ.

CArolus huius nominis octauus tertę cōmendato patre Ludouico.xj.regni diademate de more Francorꝫ regū inſignitꝰ eſt. Hic Remis conſecratione ſuſcepta ſuperfluas a patre donationes factas ad ius fiſci reuocādas eſſe cenſuit,tum de Oliuerio Dain regio tonſore multis criminibus opto ratio habita eſt. Ipſe decreto parlamētei ſenatus ob multa ſcelera neceſꝙ plurimas vna cum Daniele Flamingo flagitioſo ſocio patibulo Pariſiēſi appenſus fuit,Doiaco vero aures amputatę,

Oliuerię cum Daniele ſuſpēditur.

Pręterea de regni tutela orta ſeditione Ludouicus Aurelianenſis dux qui eam ſibi deberi cauſabatur bellū apud ſanctū Albinū in Britannia mouet,vbi dū nō ſatis feliciter cum ſuis Britonibus pręliatur captus in arcem Biturigū deducitur,cuius liberationē poſtea crebris precibus obtinuit Ioanna eius vxor Caroli ſoror.Liberatus vero Carolo fidē pręſtitit cōiuratiōe Maximiliani relicta.

Ludouicus capitur.

At Maximilianꝰ grādē exercitū cogens Attrebatum Carcaluenti pręfecti negligentia cepit,nemine omnino ciuitatem defendente.

Maximilianꝰ Attrebatum capit.

Quapropter Carolus dimiſſa Margareta eius filia reconciliatis Britonibus Annā eorꝫ duciſſam vxorem accepit,quas ob res cū a bellis quieſcere poſſet,magnitudine tamen animi ductus regnum Sicilię quod ad ſe hęreditario iure pertinere cauſabatur,armis vēdicare cogitat. Vnde cōtractis terra mariꝙ copijs Alexādri pōtificis ac Ludouici Sphorrię ſuaſu exercitū in Italiā pręmittit,ipſe milites mox ſecuturꝰ.Nec potuit ante a propoſito diuelli

Carolꝰ Rapellā expugnat.

q̃ eius rei causa Parisiani ciues ad eū oratores misissent. Progrediens itaq̨ Carolus Rapellam Genuensium munitissimū oppidum vi expugnat, multis oppidanorū cęsis, quo audito Pisani ac Florentini, cęteriq̨ Italię principes liberū per suas vrbes transitū permittūt, ministrato affatim cōmeatu. Tuscanelli vero aditum prohibētes suę stultitię pœnas dederūt, multis eorū cęsis. Viterbiēses quoq̨ Caroli exercitū etiā nolentes receperunt. At pōtifex Alexāder, cuius hortatu Carolus Neapolim pergebat, mutata sentētia Carolū exosus Ferdinādū Alphonsi filiū ad sui tutamen in vrbē asciuerat, ratus eius auxilio vrbis aditū Carolo prohiberi posse. Verū aduentante rege Franco tanto terrore afficitur vt ipse tremebūdus (q̃uis multo milite potēs esset) in arcē sancti Angeli quasi in tutum locū refugerit. Romani vero quibꝰ primū Caroli aduētus formidabilis erat, vbi agnouerūt regis mansuetudinē atq̨ clementiā nihil morati portas vrbis Francis patefaciunt: nā apud eos certum erat Carolū armis nansisci, quę verbis obtinere nō posset: tum rex vrbē ingressus benignitate in Romanos vsus, a tumultu temperare iubet, cuius edicto quidam nō audiētes mox furca appensi vitā laqueo finiuerūt. Exercitus vero Ferdinādi qui ad auxiliū venerat, inuito pōtifice extra vrbem exclusus est. Interea pōtifex nullū audiēs militarē tumultū securior sui factꝰ regē q̃ tū in palatio sancti Marci sedē locauerat ad colloquiū admittit, vbi cū pōtifice rebꝰ cōpositis Maclodiēsis vnꝰ ex regis baronibꝰ cardinalis creatꝰ est. Subiugata igr̄ a Frācis Roma oli rerū dña. v.Kl'. Februarias rex Frācus vrbe egredit̄ accepto Valērino Borgia pōtificis nepote, cū quibusdā castellis obside. Verebat̄ eīn rex ne pōtifex (vt postea euenit) redeunti sibi pararet insidias. Omnibꝰ itaq̨ vt sperabatur rite dispositis Cāpaniā adiens Carolus Aquilā vrbem in monticulo positā primo recepit dedentibus se sponte incolis, mox progressus sanctū Germanū situ & arte munitissimū castellū obsidione cingit, quod postq̃ tribus horis acerrime pugnatū est, in potestatē Francorū venit. Ea re perterriti Neapolitani ciues venientē regem summo cū honore plaudentes susceperūt. Ferdinādus vero qui pro patre Alphonso rem apud Neapolim moderabatur in arcē Loue fugiens cū regis iussis parere recusat fugere compulsus est. Recepto deniq̨ Neapolitano regno ad secundas Caroli res Apulia, deinde Calabria, mox etiā Lucania successit: quod ęgre ferens pōtifex Alexāder tantā Caroli gloriā minuere meditatur q̃q̃ antea fœdus data fide cū Carolo firmauerat. Vnde consociatis sibi Venetis & Maximiliano Romanorū rege vna cū Ferdinando & Elizabet Hispaniarum regibꝰ necnō Ludouico Sphortia Mediolanēsi Carolo regi mādat Neapolim liberā dimittat, aut in Turchos ducat. Sciebat eīn pōtifex neutrū horum Carolū esse facturū: quibus verbis indignatus rex primū Neapolitanis grauiora tributa remisit. Deinde per loca pręfectis cum valido pręsidio impositis in Galliā reditum parat. Reuertenti igitur pōtifex Alexāder fœderis immemor in vrbem aditum negat, portis reclusis ac multo aggere, multisq̨ fossis vallatis. Rex tamen vrbem ingressus in ea magno populi Romani applausu statione fecit. Inde profectus dū Fornouiū pergit nunciū accipit, Venetis cum cęteris coniuratis viam occupasse, qua ipse in Gallias iter facturꝰ erat, sed erectiore animo nihilominus Carolus effectus cœptum iter pergit, nihil veritus aduersariorū insidias. Ventum est itaq̨ in prælium datis ab vtraq̨ parte signis, diu anceps victoria fuit: deuicto tamen hoste Carolus superior ad Ascēses se recepit, multis

Carolꝰ Italiam implet militibus.

Caroli benignitas.

Carolꝰ Aquilā recepit.

Carolꝰ Neapolim ingredit̄.

Fernādi fuga.

Calabriā carolꝰ obtinet.

Veneti cū cęteris vincuntur.

ex coniuratorũ exercitu occiſis. Nam ex Venetis multi opulentiſſimi ac nominatiſſimi ciues cecidere, qui licet centũ ducatorũ millia illi promiſiſſent qui regem vel viuum vel occiſum in caſtra abduxiſſet: ei vero qui caput militis Frãci abſcidiſſet prȩmium ducatorum ſex conſtituiſſent: victi tamen a paucis Frãcis perpetua ignominia notati ſunt. Regreſſo in Franciam Carolo cũ omnia de more regũ egiſſet, votaq; ſancto Dionyſio perſoluiſſet, Amboſiã adijt, vbi macilentia extenuatus ob nimias voluptates dũ pila ludentes ſpectat. vij. Idus Aprilis, anno ſalutis milleſimo. cccc. xcvij. morte repentina abſumptus eſt. Cuius funus celebri pompa apud ſanctum Dionyſium delatum eſt, multis veſte lugubri comitantibus.

Atrox nec minus miſerandum prȩliũ. Prȩclara victoria. Carol⁹ repente moriť.

Capitulum. CCLXXXIX.

Defuncto Alexandro Pius huius nominis tertius Senis oriundus Pij ſecundi ex ſorore nepos omniũ conſenſu põtifex eligitur. Vir quidem ingenio clarus, ſcientia eruditus, laboris & inediȩ patiens, ſed dum Gallos haberet exoſos quomodo illos Italia pelleret ſemper in animo voluebat. Sperabat eñ Gallũ circũuentum tandem cõiuratorũ ope damno afficere. Verum dum hȩc cogitaret poſtq̃ ſedecim diebus pontificatum adminiſtraſſet morte pręuentus eſt. ſepultuſq; in Baſilica Petri multis collachrymantibus. Hic nulla iniuria notatus eſt ꝓpter temporis breuitatem.

Pius. iij

Hactenus Laziardus.

AB HVBERTO VELLEIO SABATENSI ADDITVM EPITOMA.

Capitulum. CCXC.

Ludouicus duodecimus defuncto in ipſo ȩtatis victoriarumq; flore Carolo ab Aurelianorum principatu ad regium Francorum culmen fauſtiſſimis auibus aſſumptus eſt. Qui tanta effulſit clementia vt Aulicorum Caroli neminem (& ſi varijs eum iniurijs affecerant) magiſtratu dignitate aut munere abdicauerit. nihilq; Caroli in aula mutatum videretur prȩterq̃ a liberaliſſimo principe in prudentiſſimum. Hinc ab re non viſum eſt ſi paulo vberiore alite tam optimi regis & de republica benemeriti geſta ſcriberem⁹, nõ quin ſuperinclytos eius progenitores omni laude digniſſimos credamus: ſed ſingularior nos deuotio illi deuincit, qui tam humaniter nos habuit.

Ludouicus. xij. Carolo viij. ſucceſſit. Ludouici benignitas.

Capitulum. CCXCI.

Electus igitur ad regium apicem Ioannam Ludouici vndecimi filiam omnium virtutum genere illuſtrem, ſolo gibbo difformem, quam inuitus imperio patris vxorem duxerat, ſuperſtitiq; Carolo fratre ſeruauerat apoſtolico indulto dimiſit, Annamq; Britonũ principem Caroli relictã cõnubio ſibi iũxit, dato Ioannȩ Biturigum ducatu. Remiſq; regũ more vnctus Pariſios magno ciuium applauſu petijt.

Ludouic⁹ Ioannã Ludouici xj. filiã dimittit & Annã Caroli reli

Capitulum. CCXCII.

ctam in vxorē accipit.

In Maximilianū pugna.

CRima in eum exercuit odia Maximilianus quietis impatiens,
qui coacto raptim exercitu ac prędaturus Sequanos(quos supe
riores Burgūdos vocā:)hostiliter impetijt. In temerarios hois
ausus protinus copias misit Ludouicus, leuibus pręlijs ac incur
sionibus, nō sine vtriusq; exercitus dāno pugnatū est, tandē suc
cedente bruma Maximilianus inducias petijt & obtinuit. Ecō=
trario Veneti Ludouici amicitiam suę reipublicę frugalissimā rati, legatos mis=
sere, qui nouo regi gratulantes quicquid virium illis esset, aduersus Ludouicū
Sphorriam Insubrū incubatorem obtulere, haud aspernanda tam potētis po=
puli visa est Ludouico societas. Donatis igitur liberalissime legatis Veneti in
amicitiam recepti sunt.

Veneti i amicitiā Ludouici recipiūtur.

¶ Capitulum. CCXCIII.

Ludouicus formā iudicioꝝ corrigit, & priuilegia studētiū interptat.

VErum minus tute hosti eum bellū indicere ratꝰ qui apud suos
incompositam rempublicam pateretur ad reformandas maio
rū leges animū conuertit Ludouicus, iudiciorum formam cor
rexit, studentiūq; priuilegia interpretatus est. Et a religionis
obseruantia auspicatus ęquissimas sanctiones promulgauit,
quas a senatu atq; alijs regni foris & recipi & obseruari iussit.
Misso eius rei causa Ludouico Albigesiorum pontifice effrenem tueri liberta=
tem nōnulli e Parisiensi academia tentauere. Qui vt in multilingua hominum
cōgerie fieri solet, non modo rectius parendum regi suadentibus pręualere: sed
vt ad senatum oratores mitterētur obtinuere: auditi frequenti senatu, regē vni=
uersitatis optimum parentem protestati, nil suopte ingenio in primogenitā fi=
liam moliri debere, summam illius curā esse ne ignarorū qui bonas odiunt li=
teras suggestione tātū prudentium virorum a quibus orbi vniuerso lumen sca
turit, suo imperio alienet. Optimas regum seruādas, nō abrogandas, nouandas
aut antiquandas esse sanctiones, quas non solum regius apex solidauit, sed diu=
turna obseruatio illibandas reliquit: futurū si quid grauius statuatur vt & aca=
demię vnio soluatur & quietiores sedes petātur. Seditiosę orationi respōdit se=
natus, summam iuris condendi, tollendi, aut interpretandi apud regiam celsitu
dinem authoritatem esse. Plęraq; a regibus pro tempore statuta fuisse, quę sini
strius tracta perniciosa viderētur, priuilegiū cū nociuum esse cœpit omni iure
tollendum. Verum nec regię mentis esse progenitorum suorum sanctissimis
oraculis refragari, sed pro virili illa cōfirmare & authorare. Senatum lubētius
ne indicta causa quidpiam in se tentatū pretendat academia visurum, quibꝰ se
priuilegijs donatam pretendat, sat illi esse debere, si integra ei seruentur quæ &
regia clęmentia concessit & auferre queat: edendi quę pretēdit priuilegia facere
potestatem, quo ęquissima censura robotentur. Igitur hoc iudicāte senatu scho=
lę syndicus biduo tm̄ impetrato quę pro temporis angustia presentanea habuit
priuilegia apud scribā deponit. Sed vbi nil mitius secū agi seditionis authores
videre coacto numeroso cōuētu de intermittēdo studio lr̄arijsq; exercitationibꝰ
deserēdis cōsultant, tertio cōuenietes: id obtinuere, iussumq; fuit his qui ad ple=
bem cōcionaturi postridie(qui Eucharistię festus erat) designati fuerant vt nō
habendas deinceps verbi dei conciones donec scholę priuilegia restituerentur
aperte nunciarent. Temerariū mandatū imprudētius exercuere prędicatores,
liberiusq; loquuti multa euomuere quę ad seditionē spectare plęrisq; visa sunt.
Quinetiā tumultuarij in Guidonē Rupēfortē Cancellariū, qui per eos dies ad

Studentiū Parisieñ motus.

Studentium ad Parlamētum oratio.

Senatꝰ responsio.

Seditio studentum.

vrbem venerat probra famososq; libellos per vrbis regiões posuere. Orta hinc suspitiõe scholasticos apertã seditionẽ moliri vrbis pretor armatos parat, vigi lumq; prefectus excubias habet. Vterq; vias diligẽter circuit, inquirit, vestigat, sed e tota schola inquietus deprehẽsus est nemo, nec tñ ob id euanuit suspitio. Multi eñi ad regẽ litteras dãt scholasticos in armis latere clam ad defectionẽ plebẽ solicitare, verendũ ne tota ciuitas ad rebellionẽ cõcutiat, extinguẽdũ esse priusq; inualescat incẽdiũ. His literis permotus rex plenus indignationis ad- uersus scholã aduenire nunciatur. Ecce q̃ vanius inflati zizanię seminatores. Imbecillius eo nũcio territi tabuerũt, at hi quib⁹ syncera mens semp fuerat vt nebulones pauefactos cõspexere, supplices mittẽdos oratores sanxiũt, qui aut regẽ ad firmãda eo᷑ priuilegia flectãt, aut saltem iratũ cõciliẽt. Eligũtur ergo nõnulli e clariorib⁹ qui vbi Corboliã (quo rex iã aduenerat) appulere, quo aio in scholã esset explorãt, a fidissimis aulicis cõperiunt vehemẽter irritatũ. Ea re perculsi post habito de retinẽdis priuilegijs cõsilio pacare leni oratione regem ante oia cõstituũt. Et corã loqui vt impetrauere: mirari imo perterritã academiã lãguescere, vt infensam ei⁹ in se maiestatẽ audijt pręmittũt, indignum esse si iuuenũ garritib⁹ tota plebs patiatur. Maturãdũ esse ne per paucorũ insipiẽtiã cõsultissimi plectãtur, regẽ (vt apum principẽ) aut aculeo carere aut nõ exerere, summã eius laudẽ aut nũq̃ excãdescete, aut irã mãsuetius remittere: vtq; amari magis q̃ timeri gaudeat pręcipue ab ea vniuersitate, quę ei⁹ celsitudinem ac primogenita filia semp coluerit, falso ab aduersarijs cõfictã seditionẽ fuisse, non eã esse filiam quę parentẽ optimũ odiat, sed quę summa cũ modestia expectet quid ei⁹ sublimitas imperet. Indignos esse regia ira scholasticos qui nil nisi solã libertatẽ & libros possideãt. In quos cõmoueri stipulã siccã persequi videndũ sit. Orandi fine facto Georgius Ambosius Rothomagẽsiũ Antistes iussu regio oratorib⁹ sic respõdit. Et si prius regiũ numen offenderãt quos prę textu vestrę libertatis hactenus pullulare acceperat abusus, magis tñ exacerbauit eius mansuetudinẽ Primogenitę (vt iactatis) filię pertinacia, quę in pia beneuolaq; mẽte inueniri nunq̃ debuit: fateor equidẽ regiam amplitudinẽ quę laxiores vos pessundabãt libertatũ habenas arctasse, quo ad altiora virtutum sidera nõ ad terrenas illecebras vultus attolleretis, sed lucẽ noctuę odiũt, displicuit a pręcipiti vitio᷑ calle retrahi, in stimulũ calcitrare cœpistis, regiumq; animũ cõtumeliose taxastis. Et qui decẽtius vos emẽdassetis nõ modo alienã censurã expectastis, sed cõtumaciter ꝓpellere nõ erubuistis, parũq; duxistis in regiũ culmen oblatrasse, ni etiã in rẽpublicã crassaremini, verbũq; salutis populo obnegaretis. Hi ne sunt viris aut philosophis aut sapientibus digni mores? Hac ne via a regio solio priuilegia extorquere putatis? Nouit eius prudentia q̃ christainissimi ei⁹ progenitores. Vos dũ optimis literis syncera mẽte operã dabatis semp amauerint & amplexi fuerĩt. At nũc plerĩq; vestrũ Curios simulãt & bacchanalia viuunt: induunt vestes ouiũ, intus autẽ sunt lupi rapaces, quos nullus sacerdotio᷑ cumulus explere queat, qui vestris priuilegijs totã rempublicã turbent & litibus oppleãt. Cõsultissimũ regię magnitudini visum est non vobis priuilegia (vt fertis) auferre, sed abusib⁹ limitẽ ponere. Definite igit᷑ conqueri, vestrorũ mores abhinc componite, ne elata ceruice regijs institutionib⁹ obicem ponere conẽtur. & sapientiã cuius gratia cõuenere acquirãt. Sic eñi vobis & principis gratiã, & vestrę cõmunitãti priuilegia acquiretis. Hęc cũ pon

Literę ad Ludouicũ.

Oratorũ scholasticorum ad Ludouicũ oratio.

Ambosius respondit.

tifex dixiſſet,petentibus legatis an aliud eis pręcipere rex optaret.Ite inquit,& conſcholaſticos veſtros qui hoc nomine digni ſunt ſalutate,de malis nulla mihi cura eſt.Moxq̧ percuſſo manu pectore:ipſi me inquit,ſuis prędicationibus taxauerunt,illos autem mittam alio prædicatum.Hoc verbo iratum regē oratores intellexerunt,& in vrbem reuertentes quę compererant numeroſa concione retulerunt.Quā ob rem rector vniuerſoium ſententia & ſtudiorum exercitationes reaſſumi,& prædicatorib⁹ concionari permittit.Ingreſſus autem vrbem Ludouicus multiplici & procerum & armatorum militum manu cinctus poſtridie celebri ſenatu leges ab eo poſitas auctorauit.Nōnulli vero e ſeditioſis profugere.

Leges ſuas Ludouicus ī ſenatu auctorat.

ℂCapitulum.CCXCIIII.

In fidē Philippus Auſtri⁹ recipitur.

REbus ſic geſtis,cum Philippo Auſtrio archiduce ob pręſtandam regi fidem liberaliter actum eſt.Veniens enim Atrebatum quo Guido Rupifortis Cancellarius & Ludouicus Luxenburgus Ligmaci comes ſe cotulerant,in verba regis ſtante pro tribunali Cancellario,vt Flandrię & Artheſij comes iurauit.Et quę Artheſij oppida dum pubeſceret vt domin⁹ feudi rex occupabat,recepit.

ℂCapitulum.CCXCV.

Heluetiorū in Germanos & Maximilianū motus.

AT Heluetij(quos & Suittenſes dicimus)vaſtatis Germanorū agris illorum fines hoſtili agmine ferociter incurrunt & populantur.Indoluit Maximilianus,hinc contracto exercitu in hoſteis magnanimiter fertur,ſperādum fuerat nō ſine vtriuſ partis excidio a pugna abeundum,ſed vt leuibus pręlijs hinc inde ſeſe tentauerunt ſub ſperatę pacis imagine cum victoria ad Heluetios inclinatet,exercitus reducunt.Sunt qui Maximilianum id faciliime ab Heluetijs obtinuiſſe contendant,ne eneruatis ciuilibus bellis Germanis Ludouici animis reſiſtere nequirent.Suſpectam nempe Ludouici potentiam ſemper habuit Maximilianus.

ℂCapitulum.CCXCVI.

Ludouicus in Sphortiā mouet.

A Lugdunenſi b⁹ Ludouic⁹ excipitur.

VErum Ludouicus quas ad Nouariam a Sphortia ſuſtinuerat iniurias vlturus ſimul & Inſubrium ad ſe pertinentem principatum vendicaturus ingentes conflat copias,quas pręeuntes Lugduni,vbi vxor grauida erat,aſſequitur.Lęti Lugdunēſes ſolenni feſtiuoq̧ applauſu magiſtratibus ciuibuſq̧ optimo ordine diſpoſitis regem ſuſcipiunt.Gaudent in cōmunem & virtutum & Gallici nominis hoſtem bellum ſumpſiſſe.Quod ne iniuria feciſſe Ludouicus maleuolis videatur,quo iure ad eum Mediolanenſis principatus ſpectabat,breui manipulo colligere haud abſurdum duxi.

ℂCapitulum.CCXCVII.

Quo iure ad gallum regem Inſubria ſpectet.

INſubriam poſt exactos Longobardos reges varijs ſeruiſſe principibus iamprimum conſtat.Illi enim imperauere & Carolus ille magnus & eius longo ſtemmate poſteritas,ſed ſuccedente tempore delato ad Germanos imperio Germanicis Cęſaribus aut eorum vicarijs ea prouincia(Francis ſegniter vt ſuſpicor id curantibus)ceſſit,vltimi eam vicecomites,primū

vicarij,dehinc comites,& tandem ducali laurea insigniti a Cęsaribus in feu=
dum accepere. Quorũ postremus Philippus vicecomes sine virili sobole cœ=
los petijt,superstitibus tamen sorore superillustri Valentina quę Aurelianen=
sium duci Ludouico Caroli sexti fratri nupsit.Et Blancha Maria quam illegi=
timo thoro Philippus ex Agnete Mayna filiam susceperat. Quamq; Franci=
scus Sphortia vxorem duxit.Eiusq; pretextu a Renato Andegauorum duce
qui copias in Siciliam parauerat adiutus Mediolanensium(qui frustra liberta
tem vendicare moliebantur)principatum inuasit.Perijt Franciscus quatuor li
beris superstitibus,Galleacius natu maior eius fasces pręripuit,sed dum libidi
nibus totam vrbem inficit ab Andrea Lampugnano in æde diui Stephani occi
ditur:cui Ioannes Galleaz adhuc impubes filius sub Bonę Sabatensis matris
tutela successit.At Ludouicus Sphortia qui Iugurtino ingenio tyrannidẽ am=
biebat Bonam blandiorib9 verbis circũuenit.Illa(& si a Ciccho Simoneta au=
lico familiari ne id faceret dissuaderetur)Ludouico tamen reipublicę curam cõ
misit,quo(vt Ludouicus iactabat)voluptatibus liberius totam se prostituere
posset.At ille vbi rerum moderamen tenuit, arcem quæ munitissima a Fran=
cisco genitore condita fuerat non modo occupauit,sed & nepotem matri surri=
puit:quem tandem veneno de medio tulisse creditus est.Cui & si filius adhuc
infans esset,non erubuit tamen paricida Tyrannus ducales titulos vsurpare.
Ecce satis aperte constat Ludouicum regem Valentinę in qua legitima viceco
mitum soboles defecit nepotem merito auitum principatum pretendere.Econ
trario Sphortiam Ludouicum ab illegitima stirpe deriuatum indigna nepotis
cęde per mille dolos imperium incubasse.

¶Capitulum.CCXCVIII.

HIs fretus titulis Ludouicus rex,superatis mense Augusto alpi
bus cum vniuersis copijs Astam peruenit,moxq; duo in Ale=
xandrinis oppida,quorum alteri Non/alteri Roqua nomen
est expugnata militibus diripienda concessit,quib9 solo ęqua
tis in Alexandriam itum est,duce Ioanne Iacobo Truuilcio, Io.Iaco
qui a Ludouico Phortia male habitus ad Carolum,dehinc ad b9 Tru
Ludouicum regem defecerat,sed Alexandrini valido Sphortianorum teneban uilci9.
tur pręsidio,vixq; expugnari posse videbantur donec Galleacius Sanseuerin9 Alexan
vrbis pręfectus muro se porripiẽs ad Sphortiã aufugit. Terruit obsessos Gal dria ca=
leaci fuga,eos tamen vetus Gallici nominis odium pertinacius aut despera= pitur.
tius sese tueri impulit:sed dum contumaciter resistere deliberant,nostri non si=
ne magno incommodo vrbem expugnant,parte illius direpta,ac ingenti ciuis=
um cæde.Pernix fama Alexandrinorum expugnationẽ ad Papiẽses & Sphor
tiam detulit,illi & si non mitiori odio Gallos prosequerentur, ne tamen gra=
uius q̃ Alexandrinis eis succederet,in regis potestatem venere.Hic vero siue
innata vecordia stimulatus,siue suis parum fidens posito in Mediolanensi arce Sphor=
pręsidio,cui cum ingenti pecunia Ambrosium Curtium pręfecit, ad Maximi tię fuga
lianũ ignauior cũ filijs abscessit.

¶Capitulũ.CCXCIX.

SO fugiente Mediolanenses extemplo regem admiserunt:solus ar= Medio=
cis pręfectus eam syncera fide Sphortię se seruaturum iactat:at vbi lanẽses
regias machinas fulminib9 tonare audijt, partim metu, partim aua cũ arce
ritia ingenita fractus se arcem dediturum promittit,si quam abiens dedũt.

Sphortia reliquerat supellectilem regio dono sibi accipere liceat. Placuit partim conditio, dimidium suppellectilis auarus accepit, decemq millibus nummum aureorum a rege donatus est. Mediolano cum arce recepto reliqua regionis oppida regi sese dedidere. Preterea & Genuenses cum omni Liguria Ludouici regis imperium subiere.

¶ Capitulum. CCC.

Turcorũ classis fũditur.

AT Turchorum classis quos auxiliares Sphortia asciuerat, a Venetis Gallisq maxima parte deleta est. Venetę classi pręerat Antonius Grimanus qui & si victoriam in manibus haberet Turco tamen segnius restitit. Id Gaguinus noster a quo hæc orsa est historia pusillanimitati adscribit. Ego potius crediderim Venetum solito more christiano hosti viam dedisse. Occupauit Naupactum Lempatum vocant Veneto dissimulante hostis, & solo equauit, Franci vero suspecta Venetorum fide Salamina hostiliter inuasere ferro, igniq omnia vastantes. Cephaloniam Venetus vt ea nube culpam tegeret impetijt, cepitq. Turcus Forum Iulium inuadens omnia crudelissime in prędam vertit, sed obsessus ab Hungaris & Bernardino comite Francpano fame tabescentibus equis per inaccessa montium iuga occisis pletisq quos abducebat christianis, reptando potius q̃ incedendo euasit.

¶ Capitulum. CCCI.

Parlamẽti rothomagen̄ erectio.

TAm prospera & fere incruenta victoria territi vniuersę Italię heroes / ciuitatesq / legatos regi gratulatum mittunt, opem omnem illi offerentes. Illis perbenigne acceptis, regiaq munificẽtia donatis Ludouicus ad componendam Insubrum rempublicam animum accingit. Ante enim q̃ a Gallis discederet suasu Georgij Ambosij Schacarium Normanię in Parlamentũ erexerat. Salubre hinc ei visum est patriã, vt & subectos Marte pp̄los legibus optimis moderari, hinc a liberali clemẽtia orsus ex annuo vectigali mille sexcentorũ octo millium octoginta sex librarũ Turonen̄, quę Sphortia exigebat. Rex sexcenta & viginti duo millia quingentasq libras tm̄ accipere contentus, reliquum remisit. Senatum instituit, cui Lucionensem pręsulem pręsidem cancellariumq creauit, Ioanni Iacobo Triuulcio primariam ducatus gubernationem commisit, Palatinisq in ędibus habitare iussit, Quentino Scoto Roquetã arcis credidit, eiq ducẽtos pedites Frãcos, & totidẽ Scotos attribuit. Maioris arcis Scepeio curam cum quadringentis leuis armaturę Franci sanguinis militibus mandauit. Genuensibus Rauastenum, Sauonensibus Iuonẽ Allegram pręfecit. Palatio eiusce vrbis Ioannes de sancto Simone, Castelleto vero quod ipsi vrbi imminet Guyonus regis Admiraldus pręponitur: at Papiensibus bonarum literarum altricem academiam fiscali ęre restituit.

¶ Capitulum. CCCII.

Claudię Ludouici priogenitę natiuitas.

CVm & armis munit & legibus Insubriam ornat Ludouicus anno Virginei part⁹ quadrigẽtesimo nonagesimo nono supra mille, tertio id⁹ Octobris Anna regina fœminã parit, cui Claudię nomen inditum est, sed fœlici regię sobolis natiuitati dira sequentis fortunę rabies apud Parisios successit. Nam & pluuiosus aer fuit & vuę non maturuerunt. Et peste nõ tamen

diututna laboratum eſt. Et quod ſiniſtri quidpiam portẽdere videbatur, Pons nouus ſecundo & nonageſimo anno quo cõditus fuerat cũ vniuetſis ȩdibꝰ, quȩ pulchro ordine ſupextructȩ erãt, horã ante meridiẽ circiter nonã totus cõcidit prȩpoſiti ac Scabinorũ vrbis vt ferebatur negligẽtia. In quos ſenatuſcõſulto animaduerſum eſt, & pecunia mulctati ſunt. Rediẽs ab Italia Ludouicꝰ Trecas aduenit, vbi Guillelmũ Iulliaci & Carolũ Gheldriȩ duces, quibꝰ erat de inſignibꝰ cõtentio offendit, & tandẽ eoꝝ litẽ cõpoſuit: hinc Lochias petijt, & demum Pariſios lȩtus aduenit, vbi ſumma diligẽtia pontem ornatius inſtaurari perpetuo lapide iuſſit.

Pontis Pariſij ruina.

❡Capitulum.CCCIII.

VErũ Alexãder põtifex maximus, vt & ipſe ſidereũ pontẽ adſtruere videref, Iubileũ indixit. Tãtus gentiũ cõcurſus in vrbe fuit, vt vix ab ea caperef. Maior tñ futurꝰ fuerat, ſed Sphortia impetrato a Maximiliano Germanicis principibꝰ ter ob id cõgregatis auxilio in Inſubriã violẽtus redijt, totãq Italiã terruit. Et in Romipetas hoſpites ſacrilegus ſȩuitiam exercuit ſingulumq Galli caput aureo emit. Nõ erubuere Mediolanẽſes ſpreto regis ſuauiſſimo iugo Tyrannũ recipere ſolito humaniorẽ rediſſe forſitan putãtes, ſed vbi intra vrbis mœnia receptꝰ eſt, famelici more lupi miſeros ciueis aut trucidauit, aut proſcripſit, aut cumulatis opibꝰ priuauit.

Iubileꝰ ab Alexandro pontifice indicitur.

Sphortia i Inſubriã redit.

❡Cap.CCCIIII.

SEd quia vix poſſibile eſt Tyrãnũ libera in vrbe diutiꝰ regnare, Sphortia Mediolanẽſes in ſe quidpiã ſeditiõis moliri, Frãcos vero vniuerſas ad Nouariam copias cogere audijt. Infremuit tutiuſq viſum ei eſt hoſti ire obuiã q̃ inſenſa in vrbe obſidionẽ expectare. Ea propter relicto Mediolani Aſcanio cardinale fratre exercitũ in agrũ Nouariẽſem duxit. Nec mora idẽ Trimollius / Triuulcius & reliqui Galloꝝ proceres fecere, quos vbi Sphortiadȩ cõſpexere intra vrbis mœnia, a qua Ludouici regis p̄ſidia prius abierant timidi ingrediũtur. Tãtuſq pauor eos inuaſit vt maxima Burgũdionũ phalanx ad noſtros trãſfugerit, Sphottiȩ, vt reor ignauia offenſi: q vix noſtris cõſpectis Mediolanũ ad Aſcaniũ fratrem profugit.

A mediolano Nouariam

Sphortiȩ fuga & illinc mediolanũ reditus.

❡Capitulũ.CCCV.

QVibus vt Burgũdionũ ſubita defectio innotuit, ne cœptȩ militiȩ deſertor videref Sphortia a frẽ pſuaſus Nouariã repetijt, vocatiſq vbi appulit ad ſe exercitꝰ primoribꝰ cõciõe habita ſe ab inuictiſſimis ortũ parẽtibꝰ a Ludouico p iniuriã impeti, iuſtiſſima arma (quo illatã vim ꝓpelleret) ſuſcepiſſe: ſumma, in capeſſẽdis pugnis iuſtã habere cauſam ꝓteſtatus ſuos obſecrat vt toto robore in hoſtẽ prorũpãt. Parent & explicatis ſignis vrbe egrediũtur. At vbi noſtros audẽtes, inſtructoſq cõſpiciũt, ſeu ſuapte pfidia, ſeu ducis vecordia perculſi ſeſe noſtris dediderũt, quibꝰ ſub iugũ miſſis Sphortia Chordigeri laruatus habitu dep̄hẽditur, & captiuus Nouariã remittitur. Pernix nũciꝰ ad Ambaſiũ cardinalẽ qui Vercellis erat, adq Ludouicũ in Gallias fert. Quin etiã & ad Aſcaniũ miſera fratris ſors perlata eſt. Percitꝰ Aſcanius contractis quingẽtis leuis armaturȩ e primoribꝰ Sphortiadȩ factionis ad Bentiuolũ Boniȩ incubatorẽ ire parat, ſed obuios habuit Mõtoſoniũ, ac nõ exiguã Venetoꝝ aciẽ, a quibꝰ acri pugna victus in arcẽ cui Ripealtȩ nomen eſt ſe recepit, in qua obſeſſus, ſe tandem Veneto Tribuno dedidit. Tentauit Tribunus Vene-

Nouariã repetit ſphortia, & ſuos ad pugnã hortatur.

Sphortia capitur.

Aſcanius fugit & in fuga capitur.

tias captiuũ traducere, ſed Montoſonius ac aliqui Gallorũ proceres obſtitere. Re ad ſenatum Venetum relata Ludouico adiudicatur.

Prece Mediolanẽſiũ Carolꝰ Ambaſiꝰ Mediolanũ venit,& placatꝰ rẽpublicã cõpoſuit.

Capitulum.CCCVI.

AT Mediolanẽſes vbi Sphorciadũ ruinã audiere cõſternati,ꝓpriæꝗ peruicaciæ cõſcij vnicã ſalutis ſpem in placãdo Ambaſio(cuius nutu oĩs Ludouici res agebatur)vnanimes põnũt,a quo per legatos(erat em̃ humaniſſimus)impetrauere,vt Mediolanũ leges quas vellet daturꝰ veniret.Vt appulit Palatinis ædibꝰ exceptus Michaelẽ Tõſum Ciceroniana facundia concioneis purgatem audijt.Cuius flexamina ac ciuiũ qui lineis amicti veſtibꝰ nudatiꝗ capita proni circũſtabãt:inclinatus leniter multatis culpã clemẽtius remiſit:hinc ad rẽpublicã cõuerſus ſenatũ reſtituit,magiſtratus per ſingulas vrbes cõſtituit,& Ticinẽſem academiã(qua nil Italia maius ſuſtinet)cõquiſitis toto orbe bonarũ doctrinatum peritis reſtaurauit.

Ludouicus & aſcanius Sphorciadæ lugdunũ adducũtur.

Cap.CCCVII.

INntera Lugdunũ applicuit Sphortia,quẽ aulæ ac Lugdunẽ prætores excepere,& per mediã vrbẽ ridiculũ ſpectaculũ in arcẽ,cui Petræſciſſæ nomẽ eſt/ deduxere.Vnde poſt paucos dies iuſſu regio Lochias perpetuã illi domũ tractus eſt.Per id tẽpus Federici Parthenopæi Tyrãni filia heroi Eupiſbaran e Britãniæ ꝓceribꝰ nupſit.Et Ligniacus Ludouico gratiſſimus ex Inlubria Lugdunũ aduenit.Venit & Aſcanius & in arcẽ Petræſciſſæ truſus eſt.A qua intercedẽte Ambaxio qui fratrẽ ſui ordinis in vinculis eſſe ferre nõ potuit liberatus eſt.At Alexãdrũ põtificẽ maximum ea quæ Eccleſiæ cardines vexauerat fortuna nõ bellico ſed æthereo fulmine terruit,a quo afflatus ſemiuiuus inuentus eſt.Sed rediens ad cor votiſꝗ ſolẽnibus & publicis,quas ipſe magna populi corona exegit ſupplicationibꝰ/cõualuit.

Cap.CCCVIII.

CVra põtifici inceſſit chriſtianos reges vnanimi pace fœderatos in chriſtiani noĩs hoſteis armare.Ob id cũctis apoſtolicas dirigit literas,quibꝰ exciti plæriꝗ Germaniæ ꝓceres Maximilianũ Cæſarẽ,ipſumꝗ Ludouicũ precibꝰ pulſant vt arma cõibus votis ſuſcipiãt.Cõuenit Ludouicꝰ ſe Trecas venturũ vbi Germaniæ legatos audiret.Quã ob rẽ Anna Auguſta comite illuc perrexit,ſed Heluetijs aliter viſum eſt,vt qui principũ cõcordiam ſibi exitialẽ ſemp autumauere ſibi inde melius ſperãtes hoſtili agmine Burgũdionũ regioſꝗ fines inuaſere,quinetiã plæriꝗ eiuſce gentis quibus regij corpis cuſtodia creditur ad ſuos trãſfugere.Itum eſt cõtra temerarios Barbaræ gẽtis auſus,qui tam facili negocio ꝗ incõſulte attentauerant repreſſi ſunt.

Heluetiorum impetus repprimit.

Capitulum.CCCIX.

Philippus Auſtrius a Pariſijs ſuſcipit & fœdꝰ cũ eo ferit Ludouicꝰ.

AVdijt ergo Ludouicꝰ legatos,qui nõ ſolũ põtificiã mẽtem exequi, ſed liberũ Philippo Auſtrio per regiã ditionẽ trãſitũ petiere,vtrũꝗ Ludouicꝰ principũ amicitias magnifaciẽs annuit.Donatis ergo diuiſiſꝗ legatis Pariſios petijt,quo vẽturus erat Auſtrius,quem ingẽti pompa excipi ſalutariꝗ a primaria noſtræ tempeſtatis vrbe curauit,ſancitoꝗ fœdere Carolo illius filio Claudiam vnigenitam ſpopondit.Et illi vale dato Lugdunum copias quas illic congeſſerat recenſurus perrexit.

Capitulum.CCCX.

Quod & si decreuisset Ludouic⁹ in Turcas exercitū ducere, visum tñ est ei parū a prouincia diuertere si Parthenopeū regnū eadē expeditione a Federico Aragonio extorqueret. Eā ob rē Aubiniacū ducē legionib⁹ designatū Neapolim petere iubet. Nec mora trāsactis alpib⁹ Aubiniac⁹ peragrataq; Italia tādē Neapolim, & in ea Federicū obsidet. Maluit gratiā Ludouici q̄ indignationē tentare Federic⁹, & ob id minimo negocio sese vrbēq; & omne imperiū Aubiniaco dedidit. Et sub fida in Gallias missus est custodia, quē adueniētē cū cōiuge nōnullisq; liberis Ludouicus humanissime amplexus est, & ingētes amolosq; prouētus illis assignauit.

Aubiniac⁹ i Federicū Neapolitanū i cubatos rē mitti tur.

Capitulum. CCCX.

Vixit victori Ludouico aios Aleāder pōtifex maxim⁹, & quo in fidei hostes pliū susciperet Ambaxiū Galliarū coapostolū creauit, qui a Lugdunēsib⁹ solēni pōpa except⁹ Ludouico psuasit vt copias in publicū iimicū mitteret. Veneti nēpe & cęteri principes pmiserāt Ludouico auxiliares se affuturos. Hac fide illusus Ludouic⁹ Rauastenū cū ingēti classe Turcas inuadere imperat, cui nec Veneti cōmeatū, nec principes auxilia misere. Et qđ acerbi⁹ ē Veneti ipi i amicas copias Turcę viā fecere, hic ad Mithylenē infeliciter pugnatū est: vnde verit⁹ Ludouic⁹ ne hęc pcella emulo᷑ aios attolleret Insubriā, Liguriāq; visitauit. Illincq; in patriā rediēs Reneriū Philippi Sabaudi nothū Grationo poli offēdit, a quo multa a Philiberto Sabaudo instigāte Margareta Austria, q̄ paulo antea Philiberto nupserat, in se moliri (vt ferebatur) accepit, sed Philibert⁹ & Margareta vt Ludouicū hac suspitione leuarēt Lugdunū ad Annā Augustā venere, a qua lautissime iucundissimeq; excepti proprios lares repetiere.

Ambaxi⁹ legat⁹ Galliarum creatur.

Ad Mithylenē infelicit pugnat.

Reneti⁹ Sabaudi⁹ telis phi lippi nothus ad Ludouicū pfugit.

Capitulum. CCCXI.

Visum regij esse instituti Ludouico est vbi quietē supis fauētib⁹ q̄sisse spabat, q̄ religiōis erāt excolere. Nutu igr̄ Ambaxij ac Chordigero᷑ pricipis, quē gñalē vocāt, miores reformari studuit. Nec igratiorē erga patriā sese exhibuit. Nā onerosas q̄suis ipositiones a cētū annis nullo regū decreto attētatas remisit, negociatoresq; plerisq; priuilegijs donauit.

Minores refor mātur.

Cap. cccxij.

Sed dū paci studet noua belli rēpestas orit̄, quippe Ferdinādus Arragonū Hispanorūq; rex Ludouici potētiā verit⁹, aut illi⁹ psperitati iuidēs cōsiliū de extorquēdo Parthenopęo impio cepit, at nō virtute sed dolis auspicat⁹ numerosā classem raptim instruit fingitq; i publicū hostē parari, dimissoq; austrio ad Ludouicū, pacē ppetuā firmari petit. Austri⁹ vero siue Ferdinādi perfidię cōscius, siue Ludouicū ab Hispano colloquio in suspitionē deductū timēs anq̄ patriā exeat obsides petit, qb⁹ obtētis Lugdunū triū phāti pōpa peruenit, vbi Maximiliani pr̄is ac Ferdinādi soceri verbis infidū fœd⁹ pcussit, mox q; ad Margaretā sororē sororiūq; Philibertū migrat.

Cap. CCCXIII.

Interea dū nil timet Ludouic⁹ ecce Gōsallus Ferrād⁹ Hispanę classis pfect⁹ copias i Neapolitanos fines ducit, nr̄osq; falso fœdere deceptos semipalātes adorit̄, fuditq;, Ludouico Armigniaco Nemorēsi duce occiso, dehic Neapoli obsider, quā psidijs exhaustā mīmo negocio cū maxia regni pte recepit, sol⁹ Aubiniac⁹ cōtractis nr̄o᷑ reliquijs, nōnulla calabria munitotia loca occupauit, & i fide pstate coegit, nec distulit Ludo. vltionē tētare, sed

Aubiniacivir tus.

cõſcriptis nouis copijs Trimolliũ pręfecit,& Aubiniaco ſuppetias ferre iuſſit ſed dũ ardẽtius properat ęgra valetudine corripitur,ęgrũ exercitus pręijt.

Capitulum.CCCXIIII.

Hęretici ipiũ facin⁹.

ACce eo tpe anno ſupra milleſimũ & quingenteſimũ tertio die diui Ludouici indignũ impiũq; facinus,quodq; horreſco referens in ęde palatina admiſſum eſt.Scholaris enĩ quidã Abbatiſuillę natus a cõdiſcipulis Hiſpanis falſa doctrina infectus a ſacerdote celebrãte ſacram extorſit hoſtiã,quã vbi a populo prępeditur exportare nõ potuit,cõtriuit & in terram crudiſſime fragmẽta iecit:tentus cũ nec parẽtum prece, nec virorum omnifariã doctorũ monitis a pertinacia deſiſterer,ſuillo in foro viuus cremat⁹ eſt,fragmenta aũt ſtudioſiſſime cũ pauimẽto ſuper quod iacta fuerãt/collecta, inter ſacraria ędis Palatinę concluſa fuere.

Cap.CCCXV.

Alexander ponti.max. morit.

Pi⁹ terti⁹ põtifex creatur,dehic moritur.

CVm Ludouici exercitus in Italiã ꝑperat mors Alexãdri põtificis Romani Ludouico nũciatur.Haud ab re viſum ei eſt põtificẽ optimũ creari.Ob id Ambaxiũ Aſcaniũ ac cęteros qui apud Gallos erãt cardinales vrbẽ petere iubet:illuc vbi aduenere Cęſar Borgius Valẽtineñ dono Ludouici princeps Ambaxio pro virili ſuadere nixus eſt,vt Romanã ſedẽ precio ambiret,id nephas exiſtimãs Ambaxi⁹ ſpreuit. Eo detrectãte cardinalẽ Senẽſem Pij ſecũdi nepotẽ,qui & Pius terti⁹ dictus eſt,ſuprem⁹ ordo põtificẽ creauit,q̃ vix decimũ diẽ põtificatũ renuit,Eo mortuo Iulian⁹ Runer⁹ etiã Petri ad vincula cardinalis ꝓcurãte Aſcanio cũ quo amicitiã recõciliarat,e vinculis ad Petri ſedẽ raptus eſt,qui ne Gallico orbi infeſtior cẽſeretur,coapoſtolatũ Ambaxij firmauit,eiuſq; nepotẽ Narboneñ tunc pręſulẽ ordini cardinalũ adſcripſit.

Capitulum.CCCXVI

Salſę Ruſſilionę pugna,

Fraus Ferdinandi,

INteger Gallicus exercit⁹ in Parthenopeos fines iã venerat: ſed veritus Ludouicus ne auxilia ſuis mitteret Ferdinãdus,in Ruſſilioneos fines haud paruã militũ aciẽ duce Mareſcallo de Ruyeulx miſerat,qui Salſę oppidũ obſedit,qđ iam deditioni ſe accingebat,ſed Mareſcallus vt ferebatur Hiſpano fauẽs Narbonã valitudine ſimulata repetijt,Interea dũ ſegnius obſeſſi oppugnantut ingẽtia ſupuẽnere auxilia,q̃ noſtros paucis deſideratis fudere.Hac victoria elatus Ferdinãdus a Ludouico Ruſſilioneis finib⁹ inducias perijt,quas ſub ſpe integerrimę pacis obtinuit,ſed nõ pacẽ ſed exitiale bellũ moliebatur.Quippe qui impetratis ſuis finib⁹ inducijs reuocatas auctaſq; copias ad Gonſallũ ꝓpere Parthenopẽ miſit,ille auctus noſtros nullo ſupremo duce ꝓſide Acephalos & in diuerſa ſciſſos ſtudia adoritur & ſuperat non ſine aperta nõnullorum e primotibus nota.

Cap.CCCXVII.

Philibertus Sabatẽſiũ dux morit.

NEc ſolũ bellis ſiniſtrũ ſidus anno.M.cccccijij.Gallicas oras vexauit,ſed etiã ardẽtiſſima ęſtas tã inualuit vt ſegetes cœleſtis roris penuria fere aruerit,inualuit etiã plęriſq; in locis dirior peſtis.Sed prohdolor nil inauſpicatius dolẽtiuſue cõtigit morte Philiberti Sabarẽſiũ ducis optimi.qui mẽſe Septẽbrio inſontẽ ſpm̃ dijs reddidit.At nec fœcundior aut mitior annus ſubſequens fuit. Nã & triſtis annonę caritas irrepſit.Et Ioanna Biturigũ dux ſuper ęthera aſſumpta eſt.Et Ludouicus adeo ægre valuit vt de eius vita iam

desperaretur. Sed vniuersę patrię precibus cœlestes placati pristinā valetudinē illi restituere. Federicus vero Arragonius infœlix astrū nō euasit, sed mortalē sarcinā exuēs ad cœlestes migrauit.

Ludouicus rex ęgre valet.

℃Capitulum.CCCXVIII.

QVinetiā nec pacata cœlestiū est ira anno finiēte. nā qui secutꝰ est annus illustriū principū morte insignior fuit. Elizabeth enī Castellę regina Ferdinādi vxor, Philippusq́ Austrꝰ, qui sociu mortua regnū vēdicaturꝰ Hispanos petierat, ac Vngarię regina fragilē vitā cū perenni mutauere. Verūtā nec oino infœlix is annus fuit. Nempe Ferdinādo Germana Fuxij comitis soror nupsit. Vnde perstabilis inter Ludouicū, Ferdinandūq́ sperabatur pax. Sed fœlicissimus saltē in eo refulsit dies, qua superinclytus Franciscus Valesiorū dux ac Angolismę princeps Claudiā Ludouici primogenitā despōdit.

Plęriq́ illustres moriūtur.

Soror comitis Fuxij Ferdinādo nubit.

℃Capitulum.CCCXIX.

MIrū est Genuēses ingenitā leuitatē tā excęcasse vt nō erubuerint a Ludouico deficere. Et Paulū nouū, plebeiū nouūq́ oino hoiem pulsis nobilibꝰ ducē sibi creasse. Cōparataq́ ingēti classe Mœneciā arcē obsedisse. Sūt qui ferāt a Iulio pōtifice (qui & nōnullas in Ligustrio mari triremes habuisse cōpertꝰ est) persuasos tam temere ceruices erexisse. Doluit Ludouicꝰ illoꝝ dementiam, & trāsactis cū terribili exercitu alpibꝰ in illos mouit, & vltra spem celeriusq́ ꝗ credidissent deuicit. Victor tamen adeo clemēs fuit, vt Genuā ingrediēs sumpto de Paulo nouo supplicio cęteris pepcerit.

Genuēses a Ludouico deficiūt.

Vincūtur a Ludouico Genuēses.

℃Cap.CCCXX

QVod & si haud parua esset suspitio Iuliū Genuēsibꝰ fauisse nō tamē ei defuit Ludouicus quin auxiliares copias duce Carolo Ambaxio ei in Bentiuolos Bononię icubatores miserit. Quarum ope pulsis Bentiuolis Bononia iuris pōtificij effecta est. Rediens in Gallias Ludouicus iam quietē animis suis pollicери audebat, sed a Iulio / Maximiliano ac Ferdinādo docta Margarita Austria infaustam Erinnyn laxauit, impetratoq́ a Ludouico Ambaxij cardinalis colloquio eum Cameraci tā blande habuit, vt arma in Venetos Ludouicum sumere impulerit, sciens eam esse vnicam ruinę Ludouici viam.

Bononia pulsis Bētiuolis Iulio pontifici auxilio Ludouici restituitur.

℃Capitulum.CCCXXI.

VIdens a muliere verbis patris ac Ferdinandi percusso federi Ludouicus transiliens alpes totamq́ Insubriam pręteriens in Venetos mouit, quos ingenti virtute profligauit & attriuit ingenti clade. Captoq́ Bartholomęo Aluiano eorum imperatore ac plęrisq́ ex insigniorībꝰ. Nec solū quas Mediolanēsi e ducatu surripuerāt vrbes extorsit, sed Iulio pōtifici / Maximiliāo ac Ferdinādo, ꝗ eoꝝ iuris erāt populosissima latissimaq́ impia restituere coegit & victor Mediolanū redijt, & mox in Gallias redijt.

Veneti a Ludouico superātur.

℃Ca.CCCXXII.

SEd inaudita ingratitudo Iuliū ac cęteros cōfœderatos iuasit. Quippe inuidēs Iulꝰ Ludouici glorię quo ipm Italia pelleret Venetos in amicitiā recepit, & a Ferdinādo auxilia in Ferrarię ducē Ludouici sociū obtinuit, satis scius Ludouicū ęgre id laturum. Parto igitur numeroso exercitu Iulius in Ferrarium mouit. Ferrarius autem dux ad Ludouicum tristes querelas

Vide cōfœderatoꝝ i Ludouicū ingratitudinē.

de pontifice misit. Noluit Ludouicus quidpiam temere in pontificem moliri, sed blandioribus literis illum a temerarijs ausis reuocare tentauit. Quod vbi frustra nixus est, Ecclesię Gallicanę patres, mortuo tamen Ambaxio cardinale, Turonos ad se vocat, quibus pontificis perfidiam exposuit, qui vbi pauca de hac re determinarunt Lugdunum migrant, vbi vniuersę Ecclesię synodum congregādam censent: adstipulante etiam Maximiliano, Pisis plęriq; tum cardinales tum pręsules conueniunt, & citandum pontificem decernunt. At ille vbi exactæ vitæ rationem ab se expeti conspexit, complicum cardinaliū qui Romę erant numine fretus, alteram Synodum apud Lateranū intimat & causam armis defendere parat.

Ecclesia gallicana cōgregatʀ. Conciliū Pisis congregatur. Apđ lateranū cōciliū a Iulio aitētatʀ.

❡ Capitulum. CCCXXIII.

Carolꝰ Ambaxiꝰ moritur. Comes Fuxius prorex insubrū creatur.

INterea Carolus Ambaxius Insubrię prorex obijt, cui comes Fuxius Gasto Nemorensi principatu a Ludouico donatꝰ suffectus est. Territus noui Cęsaris aduentu Iulius Heluetios pecunia solicitat, quo Insubriam inuadant. Parent illi & infesto agmine Mediolanum vsq; aduolant, sed quo omine processerant repressi sunt. Oblato namq; ingenti auri pondere abiere. Illis excussis Fuxius in Bononienses fertur, quos Cardinale Papiensi, papaliq; p̄sidio munitos obsedit, & expugnauit. Fugiēs Cardinalis a Io. Francisco M. Ruuere Vrbini duce, Iulijq; nepote ante pontificias ędes obtruncatus est.

❡ Capitulum. CCCXIIII.

Brixia a Fuxio diripitʀ. Bergomates ī fidē Ludouici redeūt. Rauennę pugna. Fuxiꝰ & nōnulli p̄ceres occidūt.

A Bononiensibus ad Brixienses, qui a Ludouico defecerant, Fuxius arma conuertit, perq; arcem a suis qui illic pręsidio erat exceptus vrbem ingrediens diripuit, & in prædam militibus largitus est. Id audientes Bergomates qui etiam rebellauerāt, pulso Venetorum pręsidio in Ludouici fidem rediere. Sed nec ob id lenitus pontifex tum Hispanis tum Venetis auxilijs ferocior ingentem exercitum ad Rauennam coegit, vbi aduersum Iulianas copias diu ancipiti Marte pugnatum est. Sed tandem profligatis cęsisq; hostium innumera plebe victoria nostris cessit, sed dum victor redit Fuxius quingentos fere milites e reliquijs pugnę congestos cōspicit. In quos pręter amicorum salubres monitus solum pręcipitem sese dedit. Puduit comites qui vix decuriā explebant tam audentem ducem non sequi. In hostes igitur prorumpentes, & vndequaq; clausi non sine ingenti aduersantium strage cęsi sunt. Quos tamen inultos nō reliquit aduenięs cū victricibꝰ copijs Pallicius, sed inclyti sanguinis sparsores ad vnū deleuit, Fuxijq; Iuonis Allegrę eiꝰ filij ac cęterorū comitū corpora studiosissime cōquisita efferri curauit, Fuxiū pręcipue solenni & triūpho & funebri pompa Mediolanū captiuis signisq; pręuijs, subsequenteq; pulsatorum heroum ac ministrorū longo ordine deduci, sepelirīq; fecit.

❡ Capitulum. CCCXXV.

Heluetij suscitati a Iulio ī Insubriam descendunt.

COnsternatus tanta strage Iulius Parthenopem profugere tū deliberabat, sed Seduneñ pręsule, quem numero cardinalium addiderat procurāte tractoq; in suas partes Maximiliano, per Veronēsem agrū Maximilianū Phortiā Heluetiosq; cū reliquijs pugnę in regiam ditionem immisit. Non poterat aperto Marte Pallicius tantam hostium vim reprimere, Maximā

ẽm peditum partem quęstores exauctorarāt. Ob id collectis quātis ex subito casu licuit militibus pręsidia munitioribus locis disposuit. Ipse vero cum reliqua licet exigua manu Ticinū occupauit: sed ingruente hostium exercitu perfidiaq́ ciuium pressus abire compullus est. ¶Cap.CCCXXVI.

Iam Mediolano Senatus, patresq́ qui a Pisis illuc migrarāt diuerterant. Idq́ tam trepide, vt Cardinalis Medices qui expugnata Rauenna captus fuerat (dum incautius ducitur) elapsus libertatem quęsierit. Dehinc nostris cedentibus Maximilianus Phortia Heluetiorum Iulijq́ ope Insubriam occupauit. Nostri tamen incolumes patriam repetiere.

¶Capitulum.CCCXXVII.

Debuit Ludouico aduersa fortuna odium tantis cladibus saciasse, sed violentior insurrexit. Nam dum ille acceptas vlcisci iniurias molitur, ecce Allebretus heros, Ioannisq́ Nauarrę regis oratores ei indicant Ferdinandum hostiles copias in Nauarram misisse, totamq́ prouinciam incursare. Rogitant amico regi opem ferat. Ingemuit Ludouicus, & Dunensem principem extemplo cum valido exercitu Nauarram proficisci iubet. Cui pꝛ peranti affuit nuncius qui Aquitanico in mari Anglicam classem vela dare significauit. Ob id veritus ne si Aquitaniam vacuam pręsidijs desereret, Angl9 non modo illam inuaderet, sed a tergo ei viam reditus pręcluderet, satius duxit lento incessu prouinciam munire, donec Ludouicus ad quem ob id dedit literas auxilia augeret, sed dum cūctatur Hispanus Papillonam in saltu Pyrenęo primariam Nauarrę vrbem occupat. Et ecce Franciscus Vallesius princeps Borboniusq́ dux auxiliari exercitu cincti Aquitaniam ingrediuntur. Quorū inclyta phama & Anglum & Hispanum adeo turbauit, vt ille in Britānicas vndas retrocesserit. Hic vero inducias a Ludouico instantissime petierit, non abnuendas tot hostibus vallatus Ludouicus duxit, quibus firmatis ad se Franciscum Valesium, Borboniumq́, ac Dunensem regulos reuocauit.

¶Capitulum.CCCXXVIII.

At Anglica classis Britannico in mari interea in conspectu nostrę classis vagabat: id ęgre tulit Prymaugai9 regię nauis, cui Chordigerę nomen Anna Augusta dederat magnanimus ductor, velaq́ in Regiam Anglicę, cui Admiraldus pręerat, nauim magno impetu explicari iussit. Econtrario & Anglus non minore vi emicat. Primum eminus missilibus iaculis, mox manu cōminus concurrunt, sed qui nostrę puppi pręsidebat ignem in Anglicam misit, qui & in nostram antea q̄ diuelli ab ardēte posset irrepsit. Et vtramq́ medijs in vndis deuorauit, sed Primaugaius coclitis instar sese armatum in mare pręcipitem dedit.

¶Capitulum.CCCXXIX.

Interea Iulius ille pontifex maximus spiritum quem frequenti cōcilio purgare recusarat efflauit. Cui Cardinalis Medices Leonis decimi nomen insignitus a patribus vnanimi adsensu suffectus est. Tam aduerso pontifice liberatus Ludouicus Insubriam reuendicare statuit. Et ad eam prouinciam Trimollium cum magnis copijs destinat, qui apud Nouariam ab Heluetijs fusus est. Hinc auxere animos Maximilianus

Senat9 & vniuersę ecclię pres ac gallicę copię relictis pſidijs i gallias migrāt.

Ferdinād9 in nauarram mouet.

In eum Dunensis mittitur.

Anglica classis.

Ferdinād9 Pāpilonā occupat.

Ferdinādo inducię a ludouico cōcedūt

Naual' pugna.

Primaugaius chordigerę nauis pfectus.

Iulius morit.

Leo.x. creatur.

Trimollius infeliciter apud nouariam pugnat.

Cæsar & Margareta Austria, qui actum de Ludouici imperio ducẽtes, si Heluetij in Burgundiam, Anglus vero in Picardiam traijciant, vtrosq; solicitãt vt iam aperta excidij Ludouici via protinus in eum moueant, q; & si Ludouicus Trimolliũ ad Heluetios placandos misisset non potuit ab innato odio illos dimouere quin infesto agmine in Burgundiam venerint, Diuionemq; vbi Trimollius nonnihil pręsidij raptim congesserat obsederint, sed quos vix armis repressisset auro deaicit Trimollius, & ingenti auri massa profusa patriã repetere & obsidionem soluere coegit.

Trimolli9 a burgundia Heluetios auro abire obtinet.

ℭCapitulum. CCCXXX.

Angli ĩ Gallias traijciũt

INterea Anglus Calisium transfretauit, Taillebotumq; cũ copijs in regiam ditionem misit, qui Morinum obsedit. Tentauit Lõgueuillę priceps obsessos cõmeatu iuuare, sed dũ incautius redit ab Anglis pręrept9 cũ multis e nobiliorib9 capitur, & captiui Calisium mittuntur: quos Anglus pignus suę victorię in patriam misit. Audiens tamen Franciscũ Vallesiũ aduentare priusq̃ aditus ad suos ei pręcluderetur, festinauit a Calisio Morinũ petere. Idq; tam incaute vt plęriq; adseuerẽt n'Pyennius heros nostros repressisset facile in manus regias deuenisset. A tam aperto periculo elapsus a suis excipitur, sed illi offertur nuncius regem Scotorum in suos fines descendisse. Pœnituit temerarij ausus, sed dum fere desperat a regina cõiuge accipit literas regem Scotorum Anglos quidem in fugam vertisse, sed tamen dum ardenti9 pugnat occubuisse. Vix legerat literas ecce & Maximilianus Cæsar auxiliaris adesse nunciatur. Iubet ergo rem gratam illi facturus Morinum acrius oppugnari, sed cum id suo malo sępius tentasset Maximiliani consilio decreuit longa obsidione quod armis non poterat/obtinere. Et tandem vbi obsessis nil qđ mandi posset supererat, Pons Remigi9 pręsidij Morinensis dux vrbẽ dedidit. Et acie armis instructa cum omni supellectile & bellicis impedimẽtis per medios hosteis ad Ludouicum se recepit. At Maximiliani milites, & si saluum se seruaturum vrbem Anglus promiserat, illam tamen diripuere & bonam eius partem incendere. Hinc Tornacũ Anglus Maximilianusq; pettere, vbi a proditoribus intromissi vrbem inuasere.

Anglus Morinũ obsidet.

Morinũ ꝑter fidẽ diripitur.

ℭCapitulum. CCCXXXI.

Margareta Austria tornacũ venit & eã vrbẽ ab Anglo ĩ mun9 nepoti petit.

ID audiens Margareta Austria sperãs Tornacũ ab Anglo nepoti Carolo facile dono accepturã, quęsitis accitisq; formosiorib9 vndequaq; Belgici imperij puellis ad patrẽ Anglũq; ꝓperauit, ludis publicis festiuoq; vultu suscepta Anglũ tam belle irretijt, vt nihil iam negaturus videať. Venato igitur tempore adsistẽte patre nepotẽ offert & Tornacũ illi in mun9 petit. iã daturus videbatur, sed a Tailleboto leniter obiurgatus, tadẽ ne peterẽt qđ sibi indecoꝝ esset respõdit: indignati ea repulsa abiere. At ille dubitans ne si id Frãcisco Vallesio innotesceret in eum animosior moueret, clam raptimq; relictis Tornaci pręsidijs Calisium petijt.

ℭCapitulum. CCCXXXII.

Heluetij insurgere nũciantur.

SO abeunte Ludouicus dispositis per Picardiã pręsidijs Parisios, dehinc Blesas repetijt, vbi dum lętissime ab vxore susceptus quietem sperat: motus moliri ab Heluetijs nũciãtur, in illos Borboniũ properare iussit, sed ducis virtutẽ extimescẽtes fœdus quod cũ Trimollio percusserãt seruaturos significant, si quę apud Insubres habebat ꝓsidia Ludouicus reuocet. Excepta cõditione Ludouicus pręsidia quę vel fame peritura

erãt ptinus reuocat. Sed abeũte a Brixiẽsi arce Gallico presidio Hispani illam occuparũt, id egre tulere Veneti, & abhic suspectã Hispanorum fidẽ habẽtes per Aluianũ Andreãq Gritiũ, q captiui Lochijs erãt obtinuere, vt in Ludouici gratiã reciperentur. Idem & Genuenses curauere fastiditi Sphorcidiũ tyrannidis.

Hispani Brixiẽsem arcem occupãt

¶Capitulum. CCCXXXIII.

IAm vel hosti timẽdus erat Ludouicus, & ecce violẽta mors Annã Augustã ad superos migrare coegit luctu ingẽti deploratã, regioq funere a Blesis ad Dionysianũ cœnobiũ efferri curauit Ludouicus sed inualescente indies mœrore Blesas odio habẽs, Parisios, dehinc sancti Germani in Laya arcẽ petijt, vbi ab Aulicis crebris precibus pulsatus Francisci Vallesij & Claudię eius primogenitę nuptias celebrauit.

Anna Augusta moritur.

¶Capitulum. CCCXXXIIII.

SEd cũ nec sic Annę desideriũ leuaretur audita Marię Angli regis sororis venustate illã per oratores in cõiugẽ petijt & obtinuit, adductãq Abbatisuillę ingẽti letitia despõsauit, mox per singulas vrbes per quas illi via fuit salutatã in Dionysiana ede coronari, & a Parisienlib⁹ reginarũ more recipi curauit. Sed dũ dimissis quos secũ adduxerat Anglis sanctũ Germanũ petijsset, dehinc & Parisios remeasset, morbo mortales artus optimus princeps exuit, & in Dionysiano templo ad latus Annę sepult⁹ est Kl. Ianuarijs. M.ccccc.ac.xiiij. dominicę pietatis anno, sui vero iperij. xvij.

Mariã Angli regis sororẽ Ludouicus vxorẽ accepit. Ludouicus moritur.

¶Capitulum. CCCXXXV.

PAtri patrię Ludouico Frãciscus Augustus prim⁹ illi tertio gradu affinis ac suauissimus gener fausto sidere successit. Prim⁹ qui dem inter mortales virtute, pceritate, facũdia, magnanimitate, gratia, & sic primus vt si secũdum ei cõferas longe erit a primo quisq secũdus erit. Remos petijt a Parisijs, & illic more regum cœlesti oleo linitus Parisios repetijt, vbi ingenti publicoq applausu susceptus est.

Franciscus primus Ludouico successit.

¶Capitulum. CCCXXXVI.

A Clemẽtia auspicat⁹ Carolo Austrio quicquid prius sub Margaritę Austrię tutela attẽtarat remisit, nõ solũ, sed pcurãte comite Nassaucij in cõiugem Renatam Ludouici filiã ac Claudię Augustę germanã illi despõdit. Mariã vero Angli regis sororẽ & Ludouici relictã tã benigne habuit, vt inde omnem Angli animũ sibi deuinxisse credit⁹ sit. Illius eñ nutu: & si plerisq cõtra cõtenderẽt duci Sufforcij assignata dotali pensione in cõiugẽ dedit, & reginarũ pompa comitatã Calisium magna impensa deduci curauit.

Fœdus cũ Carolo Austrio initur.

¶Capitulum. CCCXXXVII.

TEntauit Heluetiorum aĩos etiã flectere, sed vbi id frustra, ingentem exercitũ in Italiã trãsduxit, & deceptus a fœdifragis Heluetijs qui simulata pace eũ intercipere rẽtarunt, quodq ad eos per Sabatẽsiũ ducẽ Carolũ auũculũ, Reneriũq nothũ, ac Lautreciũ heroem miserat aurũ cũ ferẽtib⁹ aucupari moliti sunt, biduana pugna illos fregit, duob⁹ & viginti millib⁹ ex eis cęsis; ex nostris vero duob⁹ millibus desideratis: inter quos Frãciscus Borboni⁹ Castellerandi dux, Imbereurtus Tallimõtis princeps, Bussiacus & plerique alij illustres viri extremũ fatũ subiere.

In Heluetios & maximilianum Sphorciã Frãcisc⁹ exercitũ ducit.

¶Capitulum. CCCXXXVIII.

Medio= lanēſes vrbē nutui re= gio de= dūt.

TAm inſigni ſtrage merito affectis Helu:tijs Franciſcus Me= diolanenſiū oratores benignius q̄ ſperaſſent audijt & in dedi= tam vrbem Aubinianum, ad obſidendam vero arcem in qua Maximilianus Sphortia latebat Nauarrum deſtinauit. Ipſe vero interea Ticinum petijt, ſed Sphortia labantem tormen= tiſq; cedentem arcem vbi conſpexit, ſe cum arce Franciſco de= didit, quem benigne acceptum F.rāciſcus aſſignata ingenti annua penſione in Gallias miſit. Et triumphās vrbem arcemq; deditas ingreſſus eſt.

¶Capitulum. CCCXXXVIII.

Franciſcus ad Leonē Pontificē Bononiā pperat.

PErnix fama ad Leonē pōtificē victoriā virtuteſq; Frāciſci detu lit: hinc & ſi eatenus Frācis aduerſari viſ⁹ ſit mutato aīo ad Frā ciſcū dedit lr̄as, qb⁹ vt ad ſe Bononiā veniret expoſcebat. Paruit ſīplicis mādatis Frāciſcus & innumera ptocerū plębe ſeptus, fi= lialem pontifici exhibuit obedientiam. Lętus pontifex chriſtia niſſimo filio benedixit, tamq; amice habuit, vt omnia Franciſci nutu ageret, quinetiam de pragmatica ſanctione tranſactum eſt. Et Adrianus Boyſiacus inter cardinales ex voto Franciſci relatus eſt.

¶Capitulum. CCCXXXIX.

Franciſcus gallias repetijt.

Maximiliani Cęſaris motus.

A Pontifice abiens patriam victor triumphator Auguſtus Frā ciſcus repetijt, ſed eo iam a ſuis lętitia publica excepto Maxi= milianus Cęſar a Sedunenſi cardinale ſtimulatus per Vero= nenſem agrum cum numeroſo exercitu, in Mediolanenſem ditionem furibundus penetrauit, inanes conatus vt reprime= ret Borbonius dux Inſubrum prorex coacta pręſidia in illū duxit, ſed dum iam dimicatur⁹ (& ſi impar) ſe pugnę accingebat audijt Medio= lanenſes ad defectionem aſpirare, idcirco reductis copijs Mediolanum repe= tijt, & quos conſpiratores comperit aut vltimo ſupplicio affecit / aut carceri mancipauit.

¶Capitulum. CCCXL.

Maximilian⁹ Mediolanū obſedit.

AVxit animos cedente Borbonio Maximilianus, & omnia ferro igneq; vaſtans Mediolanum obſedit, ſed audiens Heluetios qui vi cti pacis cōditiones a Franciſco acceperant auxilia mittere, trepi= dus ignauuſq; abſceſſit, cauſatus Vngarię regem obijſſe, & eius re= gnum ad ſe deuolutum, ſed fugientem perſecutus Borbonius crebris incurſio nibus a tergo opprimens haud leui clade affecit.

¶Capitulum. CCCXLI.

Borboni⁹ a Frāciſco benigne ſuſcipitᷣ

SIc pacata Inſubria ſuffecto ſibi Lautricio heroe Borbonius in Gal= lias redijt, Frāciſcumq; Chamberiaci vota ſacroſanctę Syndoni ſol uentem inuenit humaniſſimo ſupercilio excepit Borbonium Fran ciſcus. Et peractis cerimonijs Lugdunū, & illinc Turones repetijt.

¶Capitulum. CCCXLII.

Nouū cū Auſtrio pactis Lu

ST ecce a Carolo Auſtrio oratores illi veniunt, qui ſuo regi (Hiſpa= nor; etem illi per eos dies defuncto Ferdināādo imperiū ceſſerat) vt ſtrictior amicitię nexus inter reges ordiretur Ludouicam Franciſci primogenitam, & quę dū in Inſubria expeditione erat illi nata fue= rat futuram cōiugem (& ſi tunc annicula eſſet) vtq; legati ab eo Nomonū mitte rētur oēm diſſidię radicem extirpaturi expoſcebant. Miſit legatos Franciſcus

idem & Austrius,qui fœderis leges cõscripserũt,quas vt firmaret Franciscus Luteciam venit,Rauastenũq; principẽ ibi excepit,repositisq; more regum sanctorũ martyrũ in Dionysiano templo corporib⁹/ingẽti pompa cũ Rauesteno initũ fœdus a legatis iuramẽto sanxiuit,allatũq; ab Austrio torquem aureum militari cerimonia recepit,& suę militię diui Michaelis monile ad Austrium misit,perpetui amoris pignus.

douicę Francisci primogeni tę nuptijs fœdus scritur.

ℭCapitulum.CCCXIII.

AVctorato fœdere Frãciscus cũ grauida cõiuge Ambaxiam diuertit,vbi filiam illa ei peperit.Illicq; venationibus ocia terẽs annũ exegit.Natusq; est ei fili⁹,quẽ nomine pontificis maximi Vrbini dux a sacris fontibus leuauit,& paterno noĩe Franciscũ appellauit.Quinetiã Borboniensis filiã comitis vxorẽ duxit.Et liberalissime donatus in Italiam cum ea redijt.

Filia frã cisco nascitur.

Delphini natiuitas.

ℭCapitulum.CCCXIIII.

EO abscedente Frãciscus totã Britãnię oram visit.Illic Ludouicę primogenitę ei mors nũciatur,& quo sors etiã paternũ mœrorẽ leuaret literas a Anglo rege accepit,qui vnigenitę filię Franciscũ Delphinũ maritũ exposcebat.Ob id quo cũ venturis legatis nuptiarũ cõditiones spõderẽtur Parisios venit,vbi tanta lętitia totq; ludis & cõuiuijs hęc spõsalia celebrata sunt,vt Pelei & Thetios nuptias excesserint.

Ludouica Frãcisci priogenita morit.

ℭCapitulum.CCCXLV.

Dimissis legatis natus est Francisco filius quẽ Aureliensiũ ducem designauit,& lętus Ambasiã repetijt,Pictauosq; omneis visitauit.Illic cõsumpto octimestri fere iterum ab Anglo literas accepit,qui libẽter se corã allocuturũ Frãciscũ scribebat.Ea propter Parisios venit,cõgestisq; ibi vniuersis imperij sui regulis Picardiã profectus est,vbi reges & eorũ Augustę tantis pompis regalibusq; triumphis & apparatibus familiarissime conuenere,vt omnem historię acumen ingens magnificentia superauerit.

Delphini & marię Angli regis filię spõsalia celebrãtur.

Francisco fili⁹ nascit.

ℭCapitulum.CCCXVI.

FRanciscus ab Anglo digrediens Parisios venit,& diui Germani in Laya arcem petens,a grauida Augusta filiam suscepit,quam a sacris fontibus leuatam Venetorum legatus Magdalenem nuncupauit.Dij & parentem regem,& Augustam,& liberos fœlices nobis conseruent.Hęc ante sextum imperij sui annum gessit Franciscus.

Filia Francisco nascitur.

ℭVELLE IVS GLORIA MEA.

ℭVniuersalis Historię Epitomatis Finis.


Hemon · le · Feure